Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres



AMSTELAEDAMI, LUGD. BAT. ULTRAJECTI } Apud { R. & G. WETSTENIOS. SAM. LUCHTMANS. JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

Phil. a. Gunst. sculp.

FLAVII JOSEPHI

QUAE REPERIRI POTUERUNT,

OPERA OMNIA

GRAECE ET LATINE,

Cum Notis & Nova verſione

JOANNIS HUDSONI, S.T.P.

Aulae B. Mariae Virginis Principalis, & Bibliothecarii Bodlejani.

Accedunt nunc primum Notae integrae, ad Graeca JOSEPHI *& varios ejusdem Libros,*

D. EDUARDI BERNARDI, JACOBI GRONOVII, FRANCISCI COMBEFISII, JO. SIBRANDAE, HENDR. ALDRICHII,

Ut & ineditae

In Univerſa FL. JOSEPHI Opera,

JOANNIS COCCEI, EZECHIELIS SPANHEMII, HADRIANI RELANDI, & ſelectae ALIORUM.

ADJICIUNTUR IN FINE

CAROLI DAUBUZ Libri duo pro Teſtimonio FL. JOSEPHI de Jeſu Chriſto;

Et ejusdem Argumenti EPISTOLAE XXX. virorum Doctorum, ut REINESII, SNELLII, JO. FR. GRONOVII aliorumque, Philologicae & Hiſtoricae; ut &

PETRI BRINCH Examen Chronologiae & Hiſtoriae Joſephicae; JO. BAPTIST. OTTII Animadverſiones ad JOSEPHUM & ſpecimen LEXICI FLAVIANI; CHRIST. NOLDII Hiſtoria Idumaea, ſeu de Vita & Geſtis Herodum &c. &c.

Quorum Syllabus exſtat ante initium Libri Primi Antiquitatum.

Omnia collegit, dispoſuit, & poſt JO. HUDSONUM *ad Codices fere omnes, cum inpreſſos, tum Manuſcriptos, praecipue* LUGDUNO-BATAVOS, *diligenter recenſuit, Notasque paſſim ſuas, & quinque in fine Indices adjecit*

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS;

Linguae Graecae, Hiſtoriarum & Eloquentiae Profeſſor, in Academia, quae Lugduni eſt, Batava.

TOMIS DUOBUS.

AMSTELAEDAMI, LUGD. BAT. ULTRAJECTI } Apud { R. & G. WETSTENIOS. SAM. LUCHTMANS. JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

ILLUSTRIBUS ET AMPLISSIMIS

ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE CURATORIBUS,

ALBRECHTO NICOLAO,

BARONI DE SCHAGEN, TOPARCHAE IN GAUDRIAAN, EQUESTRI ORDINI NOBILIUM HOLLANDIAE ADLECTO, MAGISTRORUM RATIONUM COMITATUS HOLLANDIAE PRIMO, JUDICII VENATICI ADSESSORI, AGRI RHENOLANDICI CURATORIBUS ADSCRIPTO, SOCIETATIS INDICAE ORIENTALIS RECTORI &c. &c. &c.

HERMANNO VAN DEN HONERT, J.U.D.

DORDRACENAE URBIS SENATORI AC CONSULARI, AGGERUM ALBLASSERWERDENSIUM COMITI &c. &c.

CORNELIO VAN VALKENBURG, J.U.D.

HARLEMENSIS URBIS SENATORI ET CONSULARI, EJUSDEM URBIS PRAETORI, AGGERUM RHENOLANDICAE PRAEFECTURAE ADSESSORI &c. &c.

EORUMQUE COLLEGIS

AMPLISSIMIS ET GRAVISSIMIS,

URBIS LUGDUNO BATAVAE CONSULIBUS,

CONRADO RUISCH J.U.D.
NICOLAO VAN BANCHEM J.U.D.
AEGIDIO VAN DER MARK.
THEODORO VAN GROENEVELD J.U.D.

ET

VIRO AMPLISSIMO

DAVIDI VAN ROYEN J.U.D.

ILLUSTRI CURATORUM ET CONSULUM CONSESSUI A SECRETIS,

NOVAM HANC JOSEPHI EDITIONEM

D. D. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

*

ILLUSTRES ACADEMIAE PATRES;

SCRIPTOR ISTE, VOBIS QUEM OFFERO,

QUIS, ET QUALIS SIT, SI QUAERITIS;

JUDAEUS EST FLAVIUS JOSEPHUS,

NOTUS OMNIBUS.

ANNALES QUI NOBILIS CONDIDIT GENTIS,

CUJUS DUCTOR COLONIAE DEUS;

FAMAMQUE, FALSIS TEMERATAM CRIMINIBUS,

VICTURIS CONTRA APIONEM DEFENDIT CHARTIS.

SACERDOTALI ORTUS GENERE,

PONTIFICES PROAVOS ET REGES VIDIT.

HINC AD HISTORIAM ATTULIT

SANCTAM MENTEM, FIDUM CALAMUM, CELSUM SPIRITUM,

TANTI VIRI MIRABILES NE LATERENT CASUS

MIRANDA MAXIME ORBI QUI PATEFECIT,

LEGI VOLUIT

VITAE SCRIPTOR IPSE SUAE:

NE VIDERETUR VIXISSE MALE, QUI SCRIPSIT BENE.

IRATI DEI JUDICIUM TREMENDUM

SENSERE SOLYMAE, DEVOTA CIVITAS;

HORRUIT HERODUM STIRPS EXCISA RADICITUS;

SUBIIT EXSTINCTUM MOSIS IMPERIUM.

FILIUM

FILIUM DEI, VITAE DUCEM, JESUM CHRISTUM,
JUSTUM, VERACEM, SACERDOTEM SUMMUM,
PATRIA ADORANT MOENIA, SED PROSTRATA;
SANCTA DESIGNANT ALTARIA, SED EVERSA;
UT DOMINUM AGNOSCIT TEMPLUM, SED DESTRUCTUM;
AB HOSTE, A SUIS, A COELO.
FLAMMIS IN PORTICIBUS, IN ADYTIS CREPITANTIBUS,
CLARA LUX ORITUR EVANGELIO.

PRAECO JOSEPHUS.
JUDAEUS UT SCRIBENS, AN CHRISTIANUS,
PARUM DIFFERT.
VERITATI SUA FAMA VEL AB HOSTE CONSTAT.

AUCTOREM HUNC MAGNUM,
NOBILEM, DOCTUM, DISERTUM, UTILEM,
SAEPIUS AD PRELUM REVOCARANT TYPI,
NON PRO SUO NITENTEM MERITO.
PLURES TENTARANT PER ORBEM ERUDITI,
INFAUSTO OMNES ADFLICTI SIDERE.
QUORUM FLEBILES AUXIT RUINAS,
SEPELIIT QUEM NUPER HEROUM ALTRIX,
UBI NOVAE FLORENT ATHENAE,
GENS ANGLICANA, MAGNUS HUDSON,
QUI LATIO QUOQUE PURIOREM DEDIT.

 HUJUS

HUJUS EGO SOLLICITA PREMENS VESTIGIA,
CONRADENS UNDIQUE FLAVIO QUAE PROSINT,
LABORIOSA HAEC EDIDI VOLUMINA,
ORBI BENE UT FACEREM ERUDITO,
VOBIS NON MINUS UT PLACEREM;
DECUSQUE BATAVO CONSTARET LYCAEO,
LUGDUNIQUE INCLYTUM VIGERET NOMEN;
CUJUS EX MEMBRANIS, SENIO VERENDIS,
JUVENTAS JOSEPHO, CEU PELIAE, DATUR.

JUDAEUM SCRIPTOREM TITUS IMPERATOR
BIBLIOTHECAE INSERUIT FLAVIAE,
IN ICONE SUSPEXIT ROMA.
VOS ME AD ALTA EVECTUM MUNERA
CONSPICUUM FLORI REDDITIS JUVENTUTIS,
ORNATIS TITULIS, INVITATIS PROEMIIS,
QUOD SPIRO, QUOD SPERO, VESTRUM EST.

LE

LECTORI BENEVOLO
S. D.
SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

RESPONDIT tandem votis noſtris eventus, neque conatus ille, viſus quibuſdam audax & periculoſæ opus aleæ, irritus fuit. Quaſi vero, aut equum *Sejanum* agitaret is, qui *Flavii* Operibus edendis incumberet; aut *Fulviam*, fatalem maritis ſuis uxorem, domum duceret; ſic omnes *Joſephum* edere cogitantes idem manere fatum, notiſſima inter Eruditos vagabatur fabula. Meticuloſus merito, imo ſtultus a cordatis viris vocari meruiſſem, ſi animum infringi hiſce plus quam anilibus nugis ſiviſſem. Ita videlicet mecum reputabam: omnes illos, qui tam longo atque difficili labori ſeſe adplicuiſſent, vel duodecima diei hora cœpiſſe ædificare, vel in longum laborum ſuorum procraſtinaſſe uſum; quin nec hoc mirum videbatur, vegeto corpore & virentibus annis abreptos quoſdam, qui in ea deſudarant palæſtra, quum miſceri quotidie funera ſenum juvenumque videamus. Imo tanto magis ſtimulum indies admoveri mihi ſentiebam, ut perficerem opus perfectoque gauderem, quod plures ante me vel ad primam lineam prolapſos, vel in medio curſu deſtitutos, vel denique, ad ipſam metam impacto vitæ curriculo, effuſos, in vanum exercuiſſet. Dederant in hunc Agonem olim & proximis quoque temporibus nomina *Bertrami*, *Scaligeri*, *Caſauboni*, *Cunæi*, *Petiti*, *Bigotii*, *Bœcleri*, *Noldii*, *Voſſii*, *Cocceji*, *Scotani*, *Boſii*, *Monachii*, *Bernardi*, *Spanhemii*, *Olearii*, *Gronovii*, *Relandi*; & quis non, qui vel inter principes Eruditi Orbis gradiebatur, vel inſeri principiis illuſtri aliquo edito facinore ambiebat? Quorundam intra verba ſtetit fides; Plurimos in ipſo labore mors oppreſſit; Huic indignatio præreptæ laureæ, illi obortæ ſimultates, aliis alia obfuerunt.

Tandem (neque enim diſſimulanda ſunt merita aliorum, ſed ſua cuique jura reddenda) omnium omnem ſuperavit jactum *Joannes Hudſon*, vir Græce doctiſſimus, & cujus plurima in Helladem exſtant merita. Hic enim eſt, qui *Joſephi* nobis dedit Opera, non tantum ad perfectiſſimam, multorum annorum ſudore, limam revocata; verum, abdicata illa Veteri, & non uno nomine culpanda, quæ *Epiphanii Ruſinique* nomine fulgebat, Verſione; ad ipſa Græca prorſus Novam laborioſa concinnavit induſtria. Sed ipſe dum *Joſepho* ſuos indulget annos, laborem cepit multum, fructum laboris percepit nullum. Diſceſſit enim ad plures, dum ſuprema manus operi inponitur, & in Indice verſantur typi, præfandi quoque vice aliis derelicta. Avide hanc Editionem Batavi Germanique exſpectabant Bibliopolæ, ut addita nova quadam acceſſione hederam placentem ſuæ merci apponerent. Ea cauſſa *Gronovium*, *Olearium*, *Relandum* continuit, ne vel ante ſua publicarent, vel acrius etiam Scriptori huic incumberent, quam multum ſperata illa Editione frui liceret. Sic nulla præter Anglicanam illam Cl. *Hudſoni* præ manibus erat Editio, elegans certe, ſed pro more gentis pretioſa, nec facile omnibus comparanda. Quare, quum præclaro inſtituto laudatiſſima hæc Bibliopolarum Triga, qui jam ante magno ære *Jo. Coccceji* notatum emendatumque manu exemplar ſuum fecerant, atque de aliis ad novam locupletationem ſibi proſpexerant, mihi ſuum aperuiſſet conſilium revocandi *Joſephi* ad typos Batavos, quam maxime fieri poſſet luculenter &

ope-

operoſe; & ſtudii mei & officii eſſe exiſtimavi hunc amplecti laborem, atque in id incumbere, quo majore, quam hactenus, cum uſu fructuque haberetur atque legeretur ab omnibus nobiliſſimus Hiſtoriarum Auctor, & proximo poſt Sacros Scriptores loco *Flavius Joſephus*.

Prima inde mihi cura fuit, in omnes oras circumſpicere, atque Doctos ubicunque Viros ſollicitare de juvando hoc inſigni molimine meo, deque plurimorum Eruditorum votis bene mereri. Angliam tantum non expilaverat Cl. *Hudſonus*, omnibuſque ibi perluſtratis Bibliothecis, reſiduum inde nihil fecerat; miſſa & ipſi aliunde plurima erant ſubſidia. Et tamen poſteriorum curæ atque diligentiæ quædam reliquiſſe teſtari hæc Editio poterit, quæ novis Collationibus atque Acceſſionibus haud pœnitendis locupletata, dignitatem ſuam facile tuebitur. Principem certe merentur locum Codices duo *Lugd. Bat.* quos olim poſſedit *Iſaacus Voſſius*, quorumque excerpta quædam habuit Cl. *Hudſonus*, & copia itidem facta fuiſſe *Jo. Coccejo* notata manu ejus ad oram libri teſtantur. Hos diligenti cura inſpeximus, paſſimque varietatem illorum, ubi a *Voſſianis* excerptis diſcrepabant, per literas L. B. nonnunquam lineolis (L. B.) incluſas, ubi *Hudſonianis* Lectionibus interſeri neceſſe erat, adnotavimus. Uterque Codex in charta ſcriptus eſt, ſed notæ valde bonæ & antiquæ; Prior, qui olim pertinuit ad *Wilhelmum Nooms*, ut appoſitum nomen teſtatur, poſteriores Antiquitatum libros novem integros continet, non vero decem, uti perperam inpreſſum exſtat in Bibliothecæ Lugd. Bat. Catalogo Pag. 392. Num. 26. incipit enim ab initio libri duodecimi; & quoniam hi maxime libri corruptiſſimi olim erant, hinc *Boſii* editionem retardavit, quod integrum horum Codicem nanciſci nondum potuerit, hujus MS. excerpta interim plurimum deſiderans, ut ſcribit *Grævius* in Epiſtola ad *Heinſium*, quæ in noviſſima Collectione Cl. *Burmanni* occurrit Num. CLI. Eoſdem libros, ſed addito undecimo, exſtare accepi in *Mediolanenſi* Bibliotheca *Ambroſiana*, verum ita cum editis congruentes, ut vix inde diſcedere animadvertas. Placuit tamen ejus Codicis dare notitiam eam, qualis ad nos pervenit ex literis Clariſſimi Italiæ ſui luminis *Ludovici Antonii Muratorii*. *Vetuſtior* (inquit) *Flavii Joſephi MS. Codex pergamenus Ambroſianæ Bibliothecæ ſignatus Lit. F. n. 128. fol. minori, qui fuit olim Archiepiſcopi Philadelphiæ, mancus eſt, ac initium habet a libro* XI. *Hiſt. Judaicarum. Præſtantiſſimæ ceterum notæ, ac venerandæ antiquitatis. Prima pagella in ſuperiori externo angulo lacera: aliæ omnes integræ, nullaque temporis injuria vitiatæ, ita ut perſpicue legi poſſint ab homine vetuſtiorum characterum perito, vel in ejus codicis lectione parumper exercitato; nam litera* β *in eo ſemper hac forma ſcribitur u.* κ *vero u, ita ut ab* η, *quam frequentiſſime in eodem codice idem character repræſentet, nec minimum differat. Rari admodum nexus, at is in errorem facile inducit, qui* λ. *&* ι. *complectitur, ea forma perpetuo expreſſus, quæ pro litera* μ *in adjacenti verbo ſit accipienda. Subſcriptam præterea literam jota recentiorum more nullam habet, ſed vocali ſuæ adhærentem.*

Poſt eam partem hiſtoriarum ſequuntur libri Antiquitatum, ac demum vita Joſephi græce ſcripta, & typis vulgata.

Primæ pagellæ faciem alteram a prima integra linea fideliter exſcripſi, atque ita ſe habet; & præter τὸ ὕστερον πρότερον *duobus in locis, nil aliud varium notavi ab impreſſo, quo utor, Aureliæ Allobrogum typis Petri de la Roviere* 1611.

Καὶ τὸν ναὸν οἰκοδομήσει, καὶ τὰς ἀρχαίας ἀποκαταστήσειν ἐλευθερίας, ταῦτ' αὐτοῖς παρέσχε. παροξυνήσας γὰρ τὸν κύριον ψυχλῶ, ἐπέπεισεν αὐτὸν γράψαι καθ' πᾶσαν τὴν οἰκίαν. Οὕτω κύριος ὁ βασιλεὺς λέγει· ἐπεί με ὁ θεὸς ὁ μεγιστος τῆς οἰκουμένης ἀπέδειξε βασιλέα. πείθομαι τοῦτον εἶναι ὃν τὸ τῶν ἰσραηλιτῶν ἔθνος προσεπυνθάνετο καὶ χαίρ τοὐμοὶ πρόσπεμπον ὄνομα διὰ τῶν προφητῶν. Καὶ ὅτι τὸν ναὸν οἰκοδομήσω αὐτῷ ἐν ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἰουδαίᾳ χώρᾳ. ταῦτα δ' ἐγὼ κύριος ἀναγινώσκων τὸ βιβλίον, ὃ, τὸν αὐτῷ προφητείας ὁ ἡσαΐας κατίλυ-

πίλιπε ϖϱὸ ἐτῶν ἑξακοσίων καὶ δέκα. ἔτϖ γὰϱ ὁ ἀποῤῥήτωι εἶπε ταῦτα λέγειν τ̀ θεόν. Οτι βέλομαι κῦϱον ἐγὼ πολλῶν ἐθνῶν καὶ μεγάλων ἀποδείξας βασιλεία. πίμψαί μι τ̀ λαὸν εἰς τὼ ἰδίαν γῆν, καὶ οἰκοδομῆσαί μι τ̀ ναόν.

Ταῦτα ἰουδαίας ϖϱοφήτδοεν ἔμϖεσοθεν, ἢ καθαϱκαφῆναι τ̀ ναὸν ἔτεσιν ἑκατὸν καὶ τεσσαϱάκοντα. Ταῦτ' ὢν ἀναγνόντα τ̀ κῦϱον. Καὶ θαυμάσαντα τὸ θεῖον ὁϱμή τις ελα--βεν.

Addiderat Cl. idem *Muratorius* in ſuis ad me literis, miſiſſe ſeſe olim ad *Hudſonum* ipſum nonnulla adnotamenta ſua in antiquiſſimam *Joſephi* Verſionem Latinam, quam Ambroſianæ Bibliothecæ MS. Codex ex Ægyptia papiro conflatus, ac propterea venerandæ antiquitatis, complectitur, ſed nunquam certiorem ſeſe fuiſſe factum, an ad *Hudſonum* pervenerint. Ego vero perveniſſe quidem exiſtimo, verum uſui non fuiſſe, quod ille plane novam adornaverit verſionem. Quare ego quoque recipere non potui conditionem oblatam mihi ab Eruditiſſimo atque amiciſſimo viro *Petro Piovene* S. I. qui a Re Antiquaria eſt Sereniſſimo Duci Parmæ atque Placentiæ, unico in Italis oris literatorum Mecænati; Scripſit enim in Sereniſſimi Principis ſui Bibliotheca exſtare Exemplar Joſephi Latinum curioſiſſimum in pergameno XIII. circiter ſeculo elaboratum, & mirum quantum ab exemplaribus adhuc evulgatis diſcrepans; ordine primum deinde verbis.

Poſterior Codex MS. Bibliothecæ *Lugd. Bat.* Pag. 395. Num. 72. in charta ſerica conſcriptus, libros VII. de Bello Judaico omnes complectitur, in initio tantum & fine paullum mutilus; deëſt enim Prologus, & incipit Στάσεως τοῖς δυνατοῖς Ἰουδαίων &c. finit vero aliquanto ab extremis poſtremi libri, in verbis Ἀνθέχω δὲ &c. Exſtat præterea in eadem Bibliotheca pag. 402. Num. 7. Fragmentum *Joſephi* ex Libro Antiquit. XIV. quod in Græcis ante defuit, excerptum videlicet ex Codice illo inſigni Antiquit. L. B. de quo modo egimus. Comprehendit Decreta illa Romana & Aſiatica, quæ primus vulgavit, ingenti ex hoc MS. ſuppleta lacuna, *Jacobus Gronovius*, una cum Emendationibus quibuſdam in Suidæ Lexicon. Unde & hiantem illum locum in Editione ſua ſupplevit *Hudſonus*, paucula tantum in Notis ſuis ex *Gronovianis* Animadverſionibus excerpens, quæ ſuis locis a pag. 706. & ſequent. inſertæ integræ in hac Editione comparent. Inter alia collectanea reperta mihi etiam fuit Oratio *Agrippæ* & *Berenices* ad Judæos tumultuantes, quæ exſtat Lib. II. de Bello Cap. XVI. pag. 186. cujuſque Collatio exſtat inter Addenda pag. 181. Ipſe vero Codex reperitur in Catalogo Bibliothecæ *Lugd. Bat.* pag. 396. Num. 13. ut taceam Editionem unam atque alteram *Joſephi* ab *Iſaaco Voſſio* multis in locis cum MSS. ſuis, & ab aliis collatam, uti Editio Baſ. 1544. cujus mentio pag. 391. Num. 5. & Genevenſis, pag. 391. Num. 6. qui apparatus univerſus in præſtantiſſimâ illa Bibliotheca ſervatus, uſui noſtro inſerviit. Credideram & amplius quid ibi me inventurum, quum legerem pag. 403. Num. 34. memorari Lectiones *Flavianas* deſcriptas ex libris *Hermolai Barbari* & *Scipionis Catoromachi*; ſed animadverti nihil cum Flavio noſtro illis commune eſſe. Atque hæc quidem propius ad manum fuerunt; petita vero longius atque accepta ſunt ea quæ ſequuntur. Poſſedit *Fred. Roſtgardus* Nobiliſſ. Danus, exemplar MS. *Joſephi* de Bello Judaico præſtantiſſimum, quod itidem in Catalogo librorum ejus, menſe Januario hujus anni Hafniæ ſub haſta venditorum, pag. 459. Num. 151. ſic deſcribitur: *Joſephus de Bello Judaico, Græce. Codex MS. chartaceus, optimæ notæ, quadringentorum circiter annorum. Spiſſum volumen in 4^to minori.* Integer vero iſte Codex eſt, atque nullo modo interruptus a principio uſque ad finem pergit; inque ejus calce adſcriptum erat notum illud de *Jeſu Chriſto* teſtimonium. In tempore collationem ejus inſtituerat vir doctiſſimus, & cum alias, tum hoc facto optime de me & eruditis meritus *Joannes Grammius*, Linguæ Græcæ in Academia

Hafnienſi Profeſſor; cujus liberalitate ex ſuis quoque MSS. tranſmiſſus ad me eſt accuratiſſima pariter Collatio librorum contra *Apionem*, ipſius, uti & ſuperior de Bello, manu inſtituta & ſcripta. Citatur ultima hæc nomine Codicis *Hafnienſis*, quoniam ita appellaverat quoque *Hudſonus*, qui non niſi pauca ejuſdem excerpta nactus fuerat. Numerum jam MSS. ſi quærimus denſitatemque Variantium Lectionem, immanem ſylvam ex Regiis Codicibus *Gallia* ad nos tranſmiſit; fuitque ibi fautor hujus Operis, atque indagator talium Theſaurorum *Jacobus Philippus D'Orville*, tum peregre ibidem Studiorum cauſſa agens; nunc vero poſt viſam quoque Britanniam, Italicis fruens opibus, & antiquum viſens Latium; cujus inde avide reditum exſpectamus, ut collectam undique eruditionem pleno ſinu in patriæ ſuæ gloriam effundat. Hæ vero Collationes & aliæ plures propter infinitum V. L. numerum, & quod ſerius veniſſent, in Addendis collocantur pag. 1. & ſeqq. Complectuntur autem libros de Bello Judaico ad ſex vel ſeptem MSS. collatos; inter quos Regius ſeculi undecimi, & inſigne Exemplar Bibliothecæ *Coiſlinianæ*. Liber deinde *Joſephi* de *Maccabæis* cum quinque Codd. Pariſienſibus miræ diſcrepantiæ collatus cernitur ibid. pag. 157. uſque 171. Vita dein *Joſephi* cum MS. Regio pag. 171. uſque 175. Ordo tum ſequitur & lectio capitum atque fragmenta quædam ex Regiis item Codd. pag. 176. uſque 180. Denique Variæ Lectiones excerptæ ex MSS. Codd. Regiis quinque in Antiquitates Judaicas, quarum magna parte uſus *Bigotius* fuit, & quæ paſſim in *Hudſonianis* titulo *Bigotianarum* citantur (ſicuti excerpta *Bigotiana*, nullo certo adſcripto Codice in plurimorum Doctorum Virorum manus atque Bibliothecas pervenerunt) ſed ſine auctoritate ulla ex quibus Codd. depromtæ eſſent; quare conſpectum earum accuratiſſimum invidere Curioſo Lectori nolui, præſertim quum plurima quoque occurrant in iiſdem quæ fruſtra in *Bigotianis* quæras; miſit hanc ultimam farraginem Pariſiis D. *Sallierus*, atque invenies pag. 424. uſque 481. quæ ultimæ Librum itidem de Vita, & alios contra *Apionem* cum MSS. collatos exhibent. Et hæc quidem de Codd. MSS. qui vel in tempore vel ſerius ad nos pervenerunt, quibuſque vel in Notis uſi ſumus, vel prout citius tardiusve ad nos venerunt, inter Addenda collocavimus.

Progredior jam ad Doctorum Virorum Curas quibus auctior hæc Editio quam *Hudſoniana* procedit, quæque vel editas Notas vel ineditas complectuntur. Editæ ſparſim fuerant Notæ *Edw. Bernardi* & *Henrici Aldrichii* ad aliquot Antiquit. & de Bello libros; item *Franciſc. Combefiſii* ad Librum de Maccabæis; *Jacobi Gronovii* ad Decreta Romana & Aſiatica: Ineditæ autem, & quas nunc primum damus, *Joannis Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, & *Hadriani Relandi*, quibus noſtras ſubinde animadverſiones correctioneſque adſperſimus. De ſingulis horum aliquid dicendum eſt, ut & inſuper de illis, in quas fruſtra inquiſivi.

Norunt omnes, magno impetu atque maximo labore ad *Joſephi* ſcripta provolaſſe virum undecunque doctiſſimum, & ab orientali præſertim literatura inſtructiſſimum, *Edwardum Bernardum*. Tota hiſtoria *Joſephi Bernardini* & abortivi veluti fœtus, expreſſe admodum continetur in Vita ejuſdem, quæ a *Thoma Smitho* edita eſt Londini MDCCIV. una cum *Roberti Huntingtoni*, Epiſcopi *Rapotenſis*, Vita & Epiſtolis. At quoniam iſtius libelli pauca admodum impreſſa ſunt exemplaria, & ob id in paucorum verſetur manibus, ipſa ejus verba apponam, prouti leguntur pag. 29. & ſeqq. *Jam ſibi redditus Bernardus, ad anteactos labores, iſto itinere per annum & ultra intermiſſos, alacriori animo reverſus eſt. Habuit vero, ſi quiſquam alius, vaſtum omniumque diſciplinarum capax ingenium, quod induſtriam, laxamentis debili infirmoque corpori ſuſtentando neceſſariis ægre cedentem, multo minus turpi*

otio

otio & ignavia obſoleſcentem, nunquam deſtituit. Veruntamen licet ſcientias Mathematicas ex inſtituto Profeſſionis diligenter quidem excoluerit, uti poſtea videbimus, tamen longe fortiori animi propenſione & genio ductus, amœnioris literaturæ, puta Hiſtoriæ, tum ſacræ tum prophanæ, omnium gentium omniumque ſeculorum, Chronologiæ & Antiquitatum ſtudium magis deperibat, habebatque in deliciis. Nec diu pulcherrima & maxime optanda ingenii vires hac ex parte late explicandi defuit occaſio. Ante plures annos D. Fellus, illius opera uſurus, Joſephi, *præſtantiſſimi Hiſtoricorum, & poſt Scriptores ſacros maxime æſtimandi, novam, eamque cæteris omnibus emendatiorem, editionem typis Sheldonianis adornare conſtituerat: ſed ab iſto propoſito, neſcio an ſubſidiis ad id opus complendum deſtitutus, an ex fama de V. Cl. Andrea Boſio fere ubique ſparſa, quod ille nimirum eundem quoque edendum deſtinaſſet, collectis undique e codicibus MSS. Viennenſibus, Lipſienſibus, Schluſingenſibus, quos ipſe,* * *Vir maxime induſtrius ſagaxque, & in Græcis literis excellens contulit, variantibus lectionibus, & etiam e Pariſienſibus & Florentinis, quorum nimirum lectiones amicorum ſuorum curæ ac humanitati debuit, aut aliorſum impeditus, tunc ſibi deſiſtendum eſſe pro prudentia ſua voluit, præſtolaturus, donec foetum iſtum nobilem, quem omnes pulcherrimum ſuiſque partibus abſolutum fore & ominabantur & optabant, prelum Lipſienſe, obſtetricante doctiſſimo Boſio, parturiiſſet. Ille iſta bona ſpe per multos annos concepta, & quæ luctuoſa Boſii, de re literaria ſcriptis ſuis hactenus præclare meriti, & opere deſtinato longe præclarius merituri, morte plane decollaverat, fruſtratus, metam, ſine læſa cujuſpiam æmuli curſoris in iſthoc ſtadio ambitioſe certaturi fama, jam attingi poſſe ſatis gnarus, iſtius incepti, auſpiciis ſuis, qui omnia in Academia potuit, maturandi ſive gloriam ſive onus in Bernardum curavit transferendum. Bernardus autem inſtar ſapientis Architecti de omni idonea re materiaria, inſtrumentis, reliquoque neceſſario apparatu, ante jacta ædium condendarum fundamenta, ſumme ſolliciti, quantum eſſet exemplarium manuſcriptorum, tum Græci textus, tum verſionis Epiphanianæ in noſtris Bibliothecis latentium, primo in uſus ſuos comparavit, ſchedis Boſianis, jam illo inſtigante, ab hæredibus ingenti pretio redemptis, & magni ſane faciendis: cum ex Samuelis Petiti largis commentariis longe antea in Bibliothecæ Bodleianæ gazophylacium ex Gallia tranſvectis, vix quippiam ſubſidii ad illuſtrandum textum colligi potuerit, (demptis exceptiſque quibuſdam e membranis Peireſcianis, ab illo Viro ingenioſiſſimo olim excerptis)* † *quos nimirum ſpiſſa Rabbinicarum obſervationum farragine ad nauſeam uſque oppleviſſet. Deinde, Bernardus, ſpecimine operis Joſephici edito, doctiſſimos Amicos ſuos per Galliam, Belgium, & Germaniam, alibique ſparſos, crebris literis ſolicitavit, ut ſuppetias in hac re omnibus profutura laboranti ferre vellent. Vix quicquam nuncii aut faventiori aure exceptum aut ſonantiori plauſu. Omnes bona dicere de opere & Editore certatim gaſtiebant: & inter ipſos quoque D. Iſaacus Voſſius, acerrimus ingeniorum cenſor, imo laudum, quas aliqui jure vendicaverint, ſive ex exquiſitiſſimo judicandi acumine, ſive ex moroſitate indolis, ſæpe nimium quam parcus. Hiſce ſubſidiis inſtructiſſimus Bernardus grande hoc opus jam aggreſſus eſt; fruſtra querelas ſuas de hac palma ſibi prærepta interponente D. Monachio Leidenſi, inque illo, craſi licet labore continenti vigiliiſque pene exhauſta, ac viribus debilitatis, alacer & ſibi conſtans, neglecta bonæ valetudinis cura, diu perſeveravit. Unde vero contigerit, quod opus iſtud deſideratiſſimum & tanto molimine elaboratum, quaſi in medio abruptum, pro deplorato relinqueretur, ſalva & integra manente D. Bernardi fama, hoc paucis indicabo. Multi verſionem Epiphanii, tanquam imper-*

** *fe-*

* Ad D. Boſium ſcripſit Bernardus A. M.DC.LXXIII. de hac, quam dudum aggreſſus eſt, editione, epiſtolam inter cæteras de eodem argumento ad illum datas editum, pag. 137. Vide epiſtolam Schelhammeri ad eundem, p. 462. Vide quoque D. Lionelli Jenkinſii epiſtolam ad eundem, p. 425. De literis vero hiſce D. Jenkinſii v. epiſtolam D. Ezechielis Spanhemii ad Boſium, p. 465.

† Vide epiſtolam Bredelii ad Boſium, p. 350.

fectam, indoctam, & Græco textui in quamplurimis parum respondentem, redarguentes, novam, vel saltem Gelenii interpretationem recognitam & emendatam, ubi iste Vir doctissimus præ festinatione aut oscitantia sensum Authoris non rite fuisset assecutus, importune & pene ingestis convitiis desiderarunt, & de variantium lectionum in molem vix tolerandam excrescentium copia acriter questi sunt. Quod & ipse primo inspectis perlectisque, D. Bernardi rogatu, antequam typis excluderentur, schedis, objectum iri facile præsentiebam, amice monens, in his tanto cum labore, ne dicam curiositate, annotandis, inque censum referendis, omnem operam inutiliter collocari: paucis tantummodo, quarum ope vera Græci, ubi aut luxatus aut corruptus jacebat, textus lectio erui & restitui potest, exceptis, & cum cura seligendis: exemplo Viri præstantissimi, & in hisce literis tractandis summo cum judicio exercitatissimi, Henrici Valesii, quod imitandum proposui: versionibus Rufini Aquilejensis & Epiphanii Scholastici sæpenumero ab illo consultis, inque novum examen, ubi opus erat, revocatis. Librarii autem, alii ex aliis transcribentes, voces sæpe aut mutarunt aut addiderunt, prout ipsis lubebat: unde pro numero exemplarium, si plura suppetiissent, feracior ejusmodi lectionum seges, non cujuspiam bonæ frugis, & plane resecandæ, continuo excresceret. Quod de quamplurimis quoque Græcis lectionibus, quarum tamen diversa ratio laboriosa exploratione melius indigeret, pariter dicendum est: sæpe enim pompæ quasi causa & ad ostentandam diligentiam ab Editoribus recentioris ævi accumulari solent. Maxime vero displicuit Commentariorum prolixitas, in quibus integræ Dissertationes, ad calcem operis meliori jure rejiciendæ, aut justo volumine seorsim edendæ, extra omnem, ut hi putabant Censores, necessitatem inferuntur. Hinc inter Curatores & D. Bernardum primo ortæ simultates, deinde mutua displicentia, & apertæ lites, utrisque, pro diversa, quam secuti sunt, sententia, argumentis ultro citroque agitatis tenacissime inhærentibus. Hoc ussit animum Bernardi, ægerrime ferentis, aliam methodum, contra quam ipse statuisset, sibi juberi ineundam. Cessant operæ Typographicæ, nec amplius jam, Democraticis Schismaticisque rempublicam literariam, pariter ac civilem & ecclesiasticam, turbantibus, præsertim post D. Felli, præcipui hujus editionis fundi, animam in cœlis receptam, de edendo integro Josepho sumptibus Universitatis erat cogitatum. Post sex septemve annos, D. Bernardus importunis trium bibliopolarum Oxoniensium precibus victus, opus illud denuo in manus sumpsit, jam contractiori forma ad modulum novi speciminis publicandum: cum vero flagrante bello tanto oneri ferendo vix essent, paucis schedis impressis, jam suæ temeritatis satis convicti, & ipsi quoque destiterunt. Ita de Josepho ejusque Chronologia restituta conclamatum est: cujus tristi fato comites & assecla, Aristeas, Josephus Gorionides, & Hegesippus de excidio urbis Hierosolymorum, *prostrati, tantisque sub ruinis sepulti jacent. Quantum vero in omni literarum genere excelluerit Bernardus, qualem Polyhistora & Criticum, quanta subtilitate ingenii, quam solerti pollentem judicio, quam in intricatissimis temporum supputationibus accuratum, quam in Scriptoribus omnium generum, Latinis, Græcis, Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Armeniacis, Copticis, legendis familiarem, quam antiquitatum sacrarum prophanarumque probe callentem, in Scholiis, annotationibus, & dissertationibus in quatuor libros Archæologiæ Judaïcæ Flavii Josephi, & partem quinti, (in his enim solis illius sudavit industria, nec ultra in alienam provinciam extenditur) se præstiterit, supervacanei erit laboris hic pluribus ostendere: cum id jam omnes, distractis exemplaribus, norint, & ubivis sit testatissimum. Dolebunt mecum harum literarum studiosi & amantes, hisce, sive æquis sive iniquis, interpellationibus, grave istud damnum, quod vix seculum reparaverit, Reipublicæ literariæ contigisse.*

Hujus *Bernardi* Curas integras, prout ad Græca ipse edidit, suis locis adposuimus, excerpserat enim modo pauca quædam, quæ ad Varietatem Le-

Lectionis facerent, *Hudſonus*; quum *Græca* dico, intelligo Notas ejus in *Joſephum* inchoatas & editas, quæ *Græcam* ejus dictionem aut hiſtoriam illuſtrant; plura enim in ejus Editione *Latinam* Veteris Interpretis verſionem ſpectant, quæ nullum hic locum merebantur, quod aliam atque novam Cl. *Hudſoni* interpretationem ſecuti ſumus. Inter illos libros, quos de Bello edidit, in Primo atque parte Secundi crebro in Notis *Aldrichii* nomen legitur. Fuit autem *Henricus Aldrichius* Rector in Ædibus Eccleſiæ Chriſti; eratque omnibus humanioribus ſtudiis egregie excultus; muſices gnarus & Muſarum amicus, Poëta quoque haud mediocris; Indulgentia ſumma exſtitit erga Alumnos, præſertim Nobiles, qui ſub ejus auſpiciis vivebant, diſciplinæ alias Eccleſiaſticæ exactor rigidus, Presbyterianarum partium inimicus atrox, Regiæ vero auctoritatis propugnator acerrimus. Diu vixit in Academia ſumma cum gratia & virtutum omnium laude; perpauca ſcripſit, exque ſuis ipſe ſcriptis nihil fere edidit, factis vero ſuaviſſimam ſui memoriam amicis & poſteris reliquit.

Franciſci deinde *Combefiſii* Commentarium ad libellum de *Maccabæis* inter reliquorum Notas inſeruimus. Opuſculum hoc cum Notis ejus & nova contra *Eraſmum* Verſione editum erat in Auctario noviſſimo Bibl. Patrum, atque inde in *Joſephi* ſui Appendicem receperant *Lipſienſes* anno MDCXCI. Denique, & Præceptoris quondam noſtri honoratiſſimi, *Jacobi Gronovii*, doctiſſimis ad ingentem iſtam Lacunam, ab iſto primum expletam, Notis meritum locum adſignavimus.

Apparent autem nunc primum *Jo. Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, atque *Hadriani Relandi* ad *Joſephi* Opera Omnia Notæ. Exemplar *Cocceji* ubique ad oras adſperſas habebat MSS. collationes, *Bigotianas* videlicet ex duobus Codicibus optimæ notæ ad Libros x. priores. Antiq. *Voſſianas* vero ad reliquos, ut & Libros de Bello. *Bigotianæ* quidem in plurimorum venerunt poſſeſſionem, nam & *Bernardus* habuit, & *Hudſonus*, & ipſe reperi in *Joſephi* Editione Baſileënſi ad marginem diligenter adſcriptas, habuique ex humanitate plurimum reverendi *Myſtæ* Harlemenſis Eccleſiæ *Abrah. Allardini*, qui inſuper alterum exemplar *Joſephi* poſſidet, in quo omnia illa, quæ ſua manu in meo *Jo. Coccejus* perſcripſit, alia nitidiore deſcripta exſtabant. Quorum librorum etſi propter Originales, aliosque a priore manu, non magnus mihi uſus eſſe potuit; volui tamen publice exſtare commendationem hanc honeſtiſſimam ſuaviſſimi quondam in literarum rudimentis, altioribuſque deinde diſciplinis, mei ſodalis. Multas conjecturas libro ſuo adſcripſerat *Coccejus*, quas fideliter ſub ejus immortali nomine publicavimus. *Relandi* vero meritum haud exiguum quoque erga *Joſephum* exſtitit; inſerta enim charta pura, ubique Notas ſuas & Animadverſiones ſeminaverat, in numerum molemque majorem excreturas, ſi per acerba, heu! tanti viri fata licuiſſet. Sunt tamen illæ tales, ut adfirmare auſim, plurimam Auctori Maximo lucem affundere, atque ingenium ſcribentis doctrinamque mirifice commendare. Debemus illas hæredum laudatiſſimæ benevolentiæ. Magna apud omnes Eruditos fama eſt *Ezechielis* illius *Spanhemii*, qui non modo ſuis præluxit majoribus, ſed inexpletam omnifariæ eruditionis videtur habuiſſe copiam. Notum erat nobis exſtare Codicem manu ejus notatum in Bibliotheca Potentiſſimi Boruſſiæ Regis, ſed ardua via adipiſcendi; tandem eluctatus moleſtias, ipſum Exemplar manu ejus ubique conſcriptum nactus ſum, mittente Cl. viro *Maturino Veyſſière la Croze*, Regiæ Majeſtati a Bibliotheca, idque ex ſingulari humanitate Baronis *de Printz*, qui ipſe addita Latiniſſima Epiſtola, verbis quoque honorificentiſſimis munus illud exornavit. Et utinam immortalitate dignus ille Heros adhuc inter vivos verſaretur; quo omnes commendata illa tot virtutibus adſpicientes ora, ut *Joſephi* quoque *Spanhemiani* Servato-

rem ſuſpicerent! In recenſendo autem *Joſepho* duo intendit Ill. *Spanhemius*, primum ut *Joſephi* dictiones & narrationem ubique inter ſe conferret, dein ut rariora verba atque ſignificantiores dictiones, quales multæ in nobili hoc Auctore occurrunt, ex *Homero*, *Æſchylo*, *Euripide*, *Sophocle*, *Heſychio* & aliis, illuſtraret; quæ quidem omnia plurimum ad Scriptoris hujus intellectum facere, nemo inficias iverit. Breves plerumque ejus Notæ ſunt, neque mirum, quum in ora Editionis *Geleniane Genevenſis* omnia illa ſcripſerit, manu difficili, per citationes locorum ad paginas, quæ ut Novæ huic Editioni per Capita & Paragraphos aptarentur, multo labore conſtiterunt. Haſce notas adepti ſumus, ubi typi perveniſſent jam ad finem Lib. Quinti. Uſi itaque mox ſumus illis ab initio Libri VI. & quæ notata erant ad Libros V. priores, inter Addenda ſeu Appendicem locavimus pag. 416. Exemplari *Spanhemiano* complures chartæ ſolutæ adjectæ erant, manu ejus deſcriptæ, quæ præter alia multa Indicem quoque Geographicum pulcherrimum, atque alios continebant Indices; unde apparet omnino animum ad *Joſephi* Editionem applicuiſſe inſignem illum Virum. Comprehendebant pagellæ iſtæ ſolutæ Chronologica *Joſephi*; Æras apud *Joſephum* in Hiſtoria Sacra & Externa obſervatas; Rectores *Syriæ* & *Judææ*; *Judææ* Præſides & Procuratores, nomina item aliorum Præſidum in *Joſephi* ſcriptis occurrentia; Obſervationes de *Joſepho* ipſo; Loca & Verba in *Joſepho* ſuſpecta & notanda; verba denique *Joſephi* apud *Heſychium* obſervata; Quæ omnia collocata ſunt in extremo Tom. II. pag. 402. & ſeqq.

Omnibus hiſce Variorum Doctorum Notis inter *Hudſonianas* locum dedimus, ſed ita, ut ſemper illorum nomen adpingatur, ubi vero nullum additum nomen eſt, eas ſciat L. B. *Hudſonianas* eſſe. Crebro autem in illis, ut & in Addendis (jam loco ſuo inſertis) & Addendis *Hudſonianis* nomina leguntur Eruditorum Virorum *Ibbetſoni* & *Lauthii*, quorum conjecturæ ibidem laudantur; in hoſce ante mihi ignotos inquiſitione facta, *Ibbetſono* prænomen *Richardo* dari agnovi, virumque ipſum privatam vitam & paucis notam egiſſe; *Lauthios* vero eſſe duos ejus nominis, in pagis prope Londinum degentes, quorum ulteriorem notitiam dare nequeo.

Jam tandem aliquid quoque adferam de iis, quæ feruntur in ſermonibus, Doctorum Virorum lucubrationibus, quæ vel interciderunt, vel in occulto ſervantur. Præter hoſce ſcilicet quos modo memoravi, notum eſt *Petrum Cunæum*, *Stephanum Le Moyne*, ſive *Monachium*, *Gottfridum Olearium*, & *Jacobum Gronovium* ſerio omnes de edendo *Joſepho* cogitaſſe. *Petri Cunæi* laborioſa commentatio, repetita ſæpius lucerna evigilata, voracibus flammis, ipſo quidem volente & coram jubente domino, abſumta eſt. Quum etenim Clariſſimum illud Academiæ noſtræ Lumen, quæ ultima ipſi fuit gravaretur ægritudine, ſentiretque ſibi vitæ lucem, ſe cito ſuis defuturum; captata occaſione quum juxta focum forte decumberet, neptem ſuam juſſit certum chartarum faſciculum (quo videlicet omnia quæ ad *Joſephum* adnotaverat comprehendebantur) ex Muſeo ſuo adferre, atque allatum coram oculis ſuis igni injicere; quod ita factum ex Ampliſſimis doctiſſimi iſtius Viri nepotibus intellexi. Incerta magis de *Monachii* laboribus fama eſt; volunt, denſum fuiſſe ipſi Volumen, in quod omnia (ut erat diffuſæ admodum eruditionis) quæ ad *Joſephum* aliquo modo trahi poſſent, conjiciebat; certum vero illud, ipſum dolore percitum, quod *Bernardus* novam hujus Auctoris Editionem occupaſſet, abjeciſſe per tempus conſilium ſuum de edendo *Joſepho*, atque plurima ex illo Obſervationum Oceano in Libros, quos ſub titulo Variorum Sacrorum edidit, derivaſſe. Dicitur tamen poſtea ad antiquum reverſus laborem; ſed intervenit ſuprema dies, atque ita imperfectum relictum non modo illud opus eſt, verum nuſquam quoque denſum

illud

illud Volumen, multis ante (ut ferunt) viſum & oſtenſum, apparuit, licet etiam nomine Magiſtratus inquiſitio per Domeſticos eſſet habita, quod mihi etiamnum quædam ex illis ſuperſtes ita ſe habuiſſe adfirmavit. *Olearium* quod attinet, adfirmare nequeo, an aliquid ad prelum paratum habuerit, amici ex Germania nunciarunt mihi nihil ex lucubrationibus ejus in hunc Auctorem inveniri. *Jacobi Gronovii* denique ipſe aliquid vidi penes filium *Abrahamum*, inchoatum non perfectum, Notulas videlicet, quæ non ultra primum Antiquitatum librum pergerent, atque adeo vix ad vigeſimam nonam integri *Joſephi* partem pertinerent; ſcriptas in ſchedis tumultuariis; neque tamen illas neglectui habuiſſemus, ſi noſtri arbitrii ea res fuiſſet; famam vero Viri & Eruditionem multo melius tuebuntur doctiſſimæ illæ ad Decreta Romana & Aſiatica Obſervationes, quas ſuo loco inſeri curavimus. Nihil etenim, quod prece vel pretio acquiri potuit, a nobis fuiſſe prætermiſſum patere poteſt ex Notulis poſtumis *Joannis Sibrandæ* Franequerani, atque in patria ibidem Academia Prælectoris quondam Græcarum Literarum; quæ & ipſæ non ultra primum iſtum Librum progrediuntur, & tamen legi poſſunt poſt eundem pag. 60. & nobiſcum ultro communicatæ fuerunt a praeſtantiſſimo *Joanne Doitſma*, Hornanæ Scholæ prudentiſſimo Moderatore.

Et hæc quidem ſunt, quæ ad *Flavii Joſephi* contextum illuſtrandum ſumma cum cura a nobis requiſita, vel ultro a Viris Doctis, quorum nominibus publice a nobis honos (ut par eſt) habetur, ſuppeditata fuerunt. Quoniam vero Tomus Poſterior mole ſua Priorem minime æquaret, in illum conjecimus quæcunque vel ſerius accepimus, vel integros inplebant libellos, ad Joſephicam tamen ſcriptionem facientes. Unde præter illas, quas memoravimus, Collationes, invenies ibi Doctiſſimi Viri *J. Waſſe* Specimen Examinis V. L. *Hudſonianarum* pag. 51-56. *Jo. Alberti Fabricii*, Germanorum longe clariſſimi, Excerptum ex Bibliotheca Græca de *Flavio Joſepho*, ſed plurimum ab auctore, qui pro ſua humanitate id ad nos tranſmiſit, locupletatum, pag. 57-71. Sequuntur dein Præfatio *Arnoldi Peraxyli Arlenii*, longe pulcherrima ad *Diegum Hurtadum de Mendoza*, quæ præfixa Editioni *Baſileënſi* immerito ab aliis Editoribus fuit neglecta, pag. 72-75. aliarumque ſimul ſubſequentium Editionum Præfationes, ut & *Thomæ Ittigii* laudatiſſima Prolegomena, pag. 76-95. Appendix dein ad *Flavii Joſephi* Opera, quæ una cum *Ittigii* Prolegomenis in poſtrema Editione *Joſephi* Germanica exſtat, olim a *Jo. Alberto Fabricio*, ut ipſe teſtatur, tunc adhuc admodum juvene (vide ibidem paullo ſuperius pag. 76.) congeſta; qua continentur *Ariſteas* de LXX. Interpretibus, Fragmentum *Joſepho* tributum περὶ πανὸς, & alia quædam, quæ inveniri ibidem poſſunt uſque pag. 156. interpoſitis dein quibuſdam V. L. habes Excerptum de *Joſepho* ex *M. Andreæ Frankenbergeri* Inſtitutionibus Antiq. & Hiſtor. pag. 182-185. quod excipiunt *Caroli Daubuz* Libri duo, quibus aſſeritur *Joſepho* ut legitimum Teſtimonium illud vexatiſſimum de *Jeſu Chriſto*, uſque pag. 232. quibus ob argumenti ſimilitudinem adjunximus xxx. *Epiſtolas Philologicas & Hiſtoricas* plurium eorumque celebriorum in literis Virorum, quæ minori olim forma editæ Noribergæ anno 1661. cura *Chriſtophori Arnoldi*, Eruditorum uſui minus patebant, & procedunt uſque pag. 285. Teſtimonium illud de Jeſu exſtat in Editione noſtra Antiqu. Lib. XVIII. Cap. III. §. 3. pag. 876. atque ibi cum verſaremur, de peculiari Diſſertatiuncula ſuper illud cogitatio animum ſubiit, cum alia, quæ Numiſmata, *Joſepho* illuſtrando ſculpta, explicaret (quæque hanc Præfationem meam ſequitur) ad finem Tomi II. adjicienda; Sed, ut verum fatear, quæ dici poſſunt, dicta ſunt omnia, & quantumvis clamitent Faber, & qui illum ſequuntur, omnino *Joſepho*, ita

ut legitur, tribuendum existimo, quæcunque Scriptorem nobilem causſa ſtimulaverit, ut nobiliſſimum hoc emblema purpuræ ſuæ aſſueret.

Poſt hæc omnia occurrit *Petri Brinch*, apud *Danos* Collegii Medicei Inſpectoris Chronologiæ & Hiſtoriæ *Fl. Joſephi* Examen, quod editum *Hafniæ* A. MDCCI. rariſſime in hiſce terris viſum, ab amicis *Hafnienſibus* ad me transmiſſum eſt. Scriptum vero illud, in quo ab origine Mundi uſque ad mortem Herodis Magni Chronologiam Joſephicam examinat; & præterea ex Antiquitatibus ejuſdem Judaicis notat & examinat ea, quæ Scriptoribus Sacris V. T. parum conſentanea, vel certe illis non ſunt memorata, invenitur pag. 290-304. Et quoniam hic mentio incidit diſcrepantiæ cujuſdam *Joſephicæ* cum S. S. commodum inſerere heic lubet ſtricturas quaſdam, quas adſcripſerat in fronte libri ſui Reverend. *Albertus Alberthoma*, Eccleſiæ Lugd. Bat. quondam paſtor fideliſſimus, quique in literis plurimum ſibi vixit, miraque cura atque diligentia omnes Bibliothecæ ſuæ libros a capite ad calcem maxima cum attentione legerat. Joſephum inter illos avidiſſime pervolutaverat, ut adſcripta ubique loca ex aliis ſcriptoribus, inter legendum obſervata, abunde teſtabantur. Is itaque hiſce ipſis verbis ad hæc Capita ſeu Numeros retulit crimina quædam, ſeu aſtutias *Joſephi* noſtri.

I. *Plerumque Auctor* COPIOSIUS COMMEMORAT, *quæ a Moſe & Sequentium temporum Hiſtoricis Sacris compendio tradita ſunt, & narratione ſua quamplurimis Scripturæ locis lucem affundit: quod inprimis obſervare licet l.* 4. *c.* 8. *Antiq. ubi ſæpiſſime legum Moſaïcarum rationes & cauſas exponit.*

II. *Nonnunquam tamen (neſcio quo conſilio)* OMITTIT, *quæ tradiderant Scriptores Sacri: ita pauciſſimis mentionem facit raptus Eliæ: nihil quoque refert de Naamanis lepra ope Eliſæi curata.*

III. *Rurſus varia Hiſtoriæ Sacræ* ADTEXUIT, *quorum ſola fides penes noſtrum Auctorem eſt. Vide quæ ſcribit de Moſis rebus geſtis in Ægypto. ſic Plurima Hiſtoriæ Salomonis admiſcuit, de quibus altum in S. Litt. ſilentium.*

IV. ORATIONES *a ſummis viris publice habitas totidem quaſi verbis repræſentat, & velut integras exhibet, quorum fragmenta ſolummodo in S. Libris ſuperſunt, prout mos quoque eſt Hiſtoricis præſtantiſſimis Livio & aliis. Conſer Voſſ. de Arte Hiſtor. c.* 20. 21. *& Juſtin. l.* 38. *c.* 3. *in f.*

V. *Ad eundem modum Epiſtolas, velut ex autographo recitat; e. g. literas Hirami & Salomonis.*

VI. *Inprimis notandum eſt*, AUCTOREM NOSTRUM SOLLICITE CAVISSE, NE NARRATIONES DE REBUS SACRIS MINUS PLACEANT GENTILIBUS:

1. *Hinc* MIRACULA *a Deo olim edita, ad captum Ethnicorum vulgo exponit. Exempla videri paſſim poſſunt.*

2. *Eo ſpectat formula, ſæpe ab Auctore uſurpata ut in fine Lib.* 11. *&c.* SED DE HIS UT CUIQUE LIBET, ITA SENTIAT.

VII. *Sæpiſſime profert* TESTIMONIA AUCTORUM GENTILIUM, *ad confirmationem Hiſtoriæ Sacræ.*

VIII. *Plurimum quoque utitur* LOCUTIONIBUS, *Græcis & Romanis Scriptoribus uſitatis.*

1. *Eo quoque referendum eſt, quod Hebræorum menſes vulgo interpretatur mox adjecta appellatione Macedonum, aliquando etiam Ægyptiorum.*

2. SUPPUTAT *quoque* TEMPORA *per Olympiades & per annos Coſſ. Rom.*

IX. SOMNIA, *quæ viris quibuſdam Sanctis divinitus contigerunt, interpretatur fere (ut videtur) ex regulis Oneirocriticis Veterum. Erat autem Joſephus ipſe interpretandorum ſomniorum peritus, uti de ſe teſtatur.*

X. DIVINA ORACULA (*quæ Romanum Imperium ſpectant*) *ita vulgo exponit, ne ingrata queant eſſe Romanis. e. g. illa quæ notat de ſomnio Nabuchodon. & paſſim.*

XI.

XI. Ut Judæorum Gentem *Ethnicis commendet*,

1. *Eorum hoſpitalitatem & benignitatem erga alias gentes maxime laudat.*

2. *Principum extraneorum munificentiam erga Judæos ſtudioſius etiam commemorat.*

XII. *Adde quod in Græcorum & Rom. gratiam cenſeat Joſephus ſacram Poëſin fere contineri metris earum gentium. Clerici Ep. Hieron. p.* 311. Hæc ille.

Similis fere argumenti ſunt Diſſertatiunculæ quædam, ſtudioſe conſcriptæ ab *J. B. Ottio*, atque ad nos tranſmiſſæ ab eodem Eruditiſſimo Viro, curante plurimum Reverendo *F. A. Lampe*, S. Th. celeberrimo in Ultrajectina Academia Profeſſore. Continent *Omiſſa Varia a Flavio Joſepho*, & inſuper *Centuriam Locorum N. T. cum Flavianis vel Phraſibus vel Hiſtoriis aliquid commune habentium &c.* quæ quidem ultima pars ſpecimen continet laboris utiliſſimi, ſi quis eum ſubire vellet, ut ad Raphelii morem, ſicut ille ex Polybio, Xenophonte atque Arriano collegit, quæ ad N. T. illuſtrationem faciant, *Joſephum* quoque accurata induſtria perlegeret; quem plurimum in phraſi ſua atque verbis cum S. S. N. T. convenire inter legendum ſæpiſſime deprehendimus. Miſit vero haſce Obſervationes inprimendas Auctor, ut ſalvam literatis moveat Lexici in *Joſephum* Operoſioris commemoratio atque promiſſio, in quo ſecundum literarum ordinem pag. 320. in fine, congeſta dicit quidquid vel *Joſepho* vel ex *Joſepho* S. S. lucem credidit adferre poſſe, & ſic quaſi *Concordantiam* fore *Joſephicam*. Verba ejus hæc ſunt: *Hanc Centuriam ſpeciminis ſaltem loco damus; poſſent enim in ſexcenta alia Scripturæ etiam Novi Teſtamenti loca pura ſiſti, quibus aliquid vel ex Joſepho lucis affunditur vel ex Scriptura ipſi. Majores noſtri labores ex quibus hæc excerpſimus, in modum Lexici conſcripti juſtum & magnum Volumen in Folio habent & quaſi Concordantiam, infinitis Obſervationibus refertam, cumprimis in iis quæ ad Geographiam pertinent, quibus parum aut nihil deſit, dein quæ rem Numismaticam veterem illuſtrant, conſignata enim ſunt non paullo minus quam mille Hebræa, Græca, Romana Numiſmata, quæ omnia vel abſolute vel quodammodo ad hunc Authorem referri poſſunt.* Ipſius Lexici Specimen habes pag. 319. ex quo conſilium & modus Viri Præſtantiſſimi omnibus patere poteſt. Sed in ejus Libri editione obſervandum erit, prius omnia *Joſephi* loca, quæ ex Veteribus ante *Hudſonum* Editionibus expreſſa ſunt, conferri ad noviſſimam debere, ut non ſolum Libri, Capita, Paginæ, ſed verba quoque reſpondeant; dein ut Numiſmata non alia adferantur, niſi quæ *Joſepho* illuſtrando faciant, eaque, ſi fieri poſſit, multa hactenus inedita oſtendant, Nummi ipſi juſta magnitudine, non veluti æquales picturæ ſculpantur, neque archetypis deteriores, in quo tantum propter inſcitiam artificum ex Typographorum avaritia peccari video, ut pluries, imo nonnunquam prima vice repetiti, vix umbram ſimilitudinis oſtendant. *Ottiana* iſta comparent pag. 305-323.

Sequitur dein pag. 324-329. Diſſertatio *Chriſtophori Cellarii* contra iſtum celeberrimum Novatorem *Joannem Harduinum*, qua contra illum *Flavii Joſephi* de *Herodibus* hiſtoriam a Νοθείας ſuſpicione vindicat. Agmen denique claudit Opuſculum Doctiſſimum, *Chriſtiani Noldii* Hiſtoria *Idumæa*, ſeu Diatribe de Vita & Geſtis *Herodum*. pag. 333-401. Quæ enim ſuperſunt ſuperius memoravimus, *Spanhemiana* videlicet & Collationes qualdam MSS.

Univerſum Opus Indices claudunt; Auctorum videlicet, qui a *Joſepho* citantur; Vocum Græcarum, quæ obſervatu digniores apud *Joſephum* occurrunt; Chorographicus Regionum, Urbium, Locorum &c. multum ex ſchedis *Spanhemianis* ſuppletus atque emendatus, ſicuti in illo quoque Rerum, qui ſequitur plurimum Incomparabilis ejus viri nobis profuit induſtria. Index Quintus atque ultimus nomina habet Scriptorum quibus in Notis aliqua lux affunditur.

****

Et

Et tantum erat, *Candide Lector*, quod præfari neceſſe erat, ut & ſuſcepti Operis atque Benigniſſimi Numinis auxilio abſoluti, ratio conſtaret; ſuuſque honos haberetur tot Viris Clariſſimis, de *Joſepho* & Re Literaria optime meritis, a quibus maximum huic Editioni momentum acceſſiſſe fateor.

Tria reſtant verba. Sæpius in Notis ad Tabulas Numiſmaticas (præſertim ab Ill. *Spanhemio*) provocari videas; eratque animus ad finem Tomi Secundi illas ponere, ſed mutavimus poſtea conſilium, & melius duximus poſt hanc Præfationem eaſdem collocare. Adjunximus iiſdem brevem interpretationem, qualis ſcilicet pro *Joſepho* illuſtrando ſufficiebat, & paſſim quoque ſignificavimus ad quæ loca in Auctore noſtro pertinerent, & ubinam a *Spanhemio* vel Nobis in Notis mentio eorum injecta eſſet. Nummi vero inter eos haud vulgares occurrunt, & nonnulli qui nunc primum ex Muſæo noſtro, vel incogniti antea, vel integriores prodeunt; quod ſupereſt, labore Noſtro fruere, & Literarum Felicitati bene precare.

ADDENDA ET EMENDANDA.

De Bello Jud. Lib. II. *Cap.* VIII. §. 9. inter τὶς & ἀκόντων intercidiſſe σ'. exiſtimat *Petitus* in Var. Lect. p. 204. ſc. *invitis ſex à novem qui adſunt* Cap. XIV. §. 1. in initio pro ἐπιτροχὴν legit ἐπισοχὴν *Caſaub.* Cap. XVI. §. 4. pag. 188. in Notis Hudſoni pro *cis Iſtrum*. repone *trans Iſtrum*. Ibid. pag. 189. in f. ad illa *Octo menſibus* conferri meretur *Lipſius* de Magnitudine Rom. II. 10. pag. 190. lin. 18. pro *pendit* lege *pendet*. Cap. XVIII. §. 1. pag. 197. ad primam notam addiderat in Add. *Hudſ.* Lectionem Γεβωνῖτιν ex Bod. rectam forſitan eſſe, & conſuli debere *Relandum* in Palæſtina pag. 199. Ibid. §. 3. p. 198. in verſione ad *diſſimulantes illorum fidem*, notaverat in Add. *Hudſon.* Fortè, *ineſcantes illorum fidem*. ut & §. 5. *audaciores—è medio formidandos autem earcere detinebant* ſeſe malle. dubitatque an non Κέστιον Γάλλον ſcripſerit *Joſephus* ibid. §. 11. in init. pro eo quod legitur Κέστιον Γάλλον, Cap. XIX. §. 5. Vide *Savilii* Notas ad *Tacitum* p. 115. Ed. *Arg.* §. 8. in f. pro *Beteron* repone *Bethora*.

1.
Æ.s.

2.
Æ.s.

3.
Æ.

4.
Æ.s.

5.
Æ.s.

6.
Æ.s.

7.
Æ.s.

8.
Æ.

9.
Æ.

10
Æ.s.

11.
Æ.s.

12.
Æ.s.

13.
Æ.

14.
Æ.s.

15.
Æ.

16.
Æ.

17.
Æ.

18.
Æ.

19.
Æ.s.

20.
Æ.s.

SIGEBERTI HAVERCAMPI NOTÆ IN TABULAS DUAS NUMISMATICAS,

QUÆ CONTINENT NUMISMATA XLI. PRO ILLUSTRANDIS VARIIS JOSEPHI LOCIS.

Nummi, quibus Aſteriſcus apponitur, ex Muſæo Noſtro vulgantur.

TAB. I.



um. 1. ΑΤΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΔΡΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ. *Caput* Hadriani, *corona laurea, radiis inde erumpentibus, quaſi alter* Apollo, *decori. Ab altera parte dimidia ratis eſt, cum literis quibuſdam lectu difficilibus, ſed ex quarum reliquiis apparet pertinere Numiſma ad* Dorenſes, *qui ob beneficium aliquod ab* Hadriano *acceptum ſeſe* Sebaſtenos, *i. e. Cæſareenſes vocant.*

Doram, Phœniciæ *civitatem plus ſemel commemorat Antiq. Lib.* XIII. *Cap.* VII. *pag.* 655. *&* 656. Joſephus. *Ubi enim prælium deſcribit inter* Antiochum *atque* Tryphonem, *& quomodo hic ex ſuperiore* Syria *ejectus fuerit in* Phœniciam, *addit inſecutum ad* Doram *uſque* Tryphonem, *qui eo ſe receperat, fuiſſe* Antiochum; *fuiſſe autem dicit locum munitum & expugnatu difficilem. Sita fuit hæc civitas in* Phœnicia *ad montem* Carmelum, *uti teſtatur* Flavius *Lib.* II. *Contra* Apionem §. 9. *pag.* 478. *ubi paullo ante lepidam fabellam ejuſdem* Apionis *commemorat, videlicet* dum bellum Judæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, ex aliqua civitate Idumæorum, qui in ea Apollinem colebat veniſſe ad Judæos, cujus hominis nomen dicitur Zabidus, deinde eis promiſiſſe traditurum ſe eis Apollinem Deum Dorenſium: venturumque illum ad noſtrum templum, ſi omnes aſcenderent, & adducerent omnem multitudinem Judæorum. Zabidum vero feciſſe quoddam machinamentum ligneum, & circumpoſuiſſe ſibi, & in eo tres ordines finxiſſe lucernarum, & ita ambulaſſe, ut procul ſtantibus appareret, quaſi ſtella per terram iter agens. Judæos quidem, inexſpectata viſione obſtupefactos, cum procul quidem abeſſent, quieſcere: Zabidum vero multa quiete ad templum veniſſe, & aureum detraxiſſe cantherii caput (ita enim ſcripſit, facetus videri volens) & rurſus Doram velociter ſe contuliſſe. Igitur & nos dicere poſſumus, quod aſinum, hoc eſt ſemetipſum, gravat Apion, facitque ſtultitia ſimul & mendaciis oneratum. nam & loca ponit, quæ nuſquam terrarum exſtant, & civitates earum ignarus transfert. Nam Idumæa quidem regioni noſtræ confinis eſt, poſita juxta Gazam, & nulla in ea eſt urbs Dora: in Phœnicia vero juxta montem Carmelum civitas Dora appellatur, quæ nihil commune habet cum Apionis nugis. quatuor enim dierum itinere diſtat à Judæa. Cur itaque nos præterea accuſat, quod non habeamus communes cum aliis Deos, ſi ſic facile credidere patres noſtri ad ſe venturum Apollinem, & cum ſtellis ſuper terram eum ambulantem intueri putaverunt? Scilicet enim manifeſtum quod lucernam nunquam prius conſpexerunt, qui tot & tanta lucernarum accenſionis feſta celebrarunt.

Integrum adduxi locum, quod ex eo appareat urbi Doræ (*licet perperam* Idumææ, *a qua, uti in Notis docemur, quatuor dierum itinere diſtabat, tributæ*) *adſcribi cultum* Apollinis, *ita ut* Apollo *Deus* Dorenſium *appelletur. Quod* Doræ *tamen* Phœniciæ *convenire ſingularis hic docet nummus, quem ſub* Hadriano *cuderunt* Dorenſes, *in quo ab altera parte* Apollinis *inſignia, radios præter laurum, Imperatorio addunt capiti; & ab altera parte navalem ſuam potentiam, per navis figuram exprimunt. Fuit enim hæc urbs eo nomine inclita, quare etiam* ΝΑΥΑΟΧΟC *ſeu* Navale *dicta fuit; uti obſervat* Spanhemius *ad Lib.* V. *Antiqu. Cap.* I. *pag.* 422. *in* Addendis. *Ipſum vero Nummum ſecum ex itinere* Græco *atque* Aſiatico *munifice redux adduxit Nobiliſſ. & Generoſiſſ.* Jo. Ægidius ab Egmont, de Nieuburg, *ipſumque inter reliqua omnis generis inedita Numiſmata, ex indulgentia ejus, in uſum meum, & aliquando forſan publicum, delineari juſſi.*

Num. 2. ΗΡΩC ΕΥΡΥΠΥΛΟC. *Caput Herois* Eurypyli; *ab altera parte* Paphiæ Veneris *templum, cum inſcriptione,* ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΠΙ CΤΡΑ. ΠΩΛΑΙΩΝΟC. Pergamenis *cur* Eurypylus *in Nummis decori ſit, erudite* (*ut ſolet*) *explicat* Spanhemius *de Uſu & Præſtantia Numiſm. pag. minoris Edit* 479. *Adducimus vero Nummum hunc, ut oſtendamus, id quod dicimus in Notis ad Antiq. Lib.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 722. *ſemper nomen id efferri per duplex* Lamda, *&* ΠΩΛΛΙΩΝΑ *æque ab Antiquis ac* ΠΟΛΛΙΩΝΑ *ſcribi, quod & idem docet Nummus qui numero inferius* 32. *occurrit, & qui obſervatur Num.* 11.

Num. 3. *Caput biceps, virile atque muliebre; ab altera parte laureæ incluſa cernitur bipennis inter monogramma quoddam, botrum, atque pharetram, cum literis* ΤΕΝΕΔΙΩΝ. *Similes huic nummo* (*qui nunc primum ex Muſæo Nobiliſſimi* Markii *prodit*) *innuit Ill.* Spanhemius *in Notis ſuis ad Antiqu. Lib.* XI. *Cap.* VI. *pag.* 568. *ubi ad illa de Rege* Perſarum, *cujus thronum cum ſecuribus circumſtabant Satellites,* ὧν οἱ μὲν ἔσηκεσαν ὃ δὲ θρόνον αὐτῷ πελέκεις ἔχοντες ἀνθρωποι, *notat, ſic quoque ſecurigeros circa ſolium* Teni *aut* Tenedi *fuiſſe, quo ſecuri continuo plecterentur rei.*

Num. 4. ΜΟΚΑ ΙΕΡ. ΑCΥ. ΑΤΤΟ. *quæ epitheta declarant fuiſſe urbem* Mocam *Sacram, jure Aſyli gaviſam, & ſuis legibus uſam. Nummus vero ipſe, delineatus apud* Patinum *pag.* 184. Antonini Pii eſt, *atque Deam* Fortunam *in templo tetraſtylo exhibet. In alio ejuſdem urbis nummo* (*quem in* Severo *memorat Vaillantius pag.* 84. *nuſquam vero adhuc depictum offendi*) *eadem epitheta occurrunt; & muliebris deprehenditur figura, dextra præferens ſpicas & papaver, læva vero cornucopiæ tenens, ad indicandam regionis ejus ſummam fertilitatem. Fuit vero* Moca *civitas* Arabiæ, Maacha *aliis dicta, de qua Nota conſuli poteſt* Spanhemii, *qui hoſce citavit nummos ad Antiqu. Lib.* VII. *Cap.* VI. *pag.* 378.

Num. 5. ΣΕΡ. ΓΑΛΒΑ ΙΜΡ. CΑΕC. ΑΥG *Caput* Galbæ *laureatum. Ab altera parte laureæ incluſa hæc legitur inſcriptio.* ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΤ ΙΖΡ. *qua innuitur cujus fuiſſe anno æræ*

*****

An-

Antiochenſis CXVII., *de qua, uti & de Nummo hoc videndus* Noriſius *in celeberrimo de Epochis* Syro-Macedonum *libro pag.* 165. *Hujus* Muciani, Syriæ *Præſidis, ſæpius cum laude mentionem facit* Joſephus, *ipſumque hunc nummum citavit* Spanhemius *ad Lib.* IV. *de Bello. Cap.* I. *pag.* 266.

Num. 6. ΝΕΡΩΝ. *Caput* Neronis *laureatum, & ab altera parte, pro fertilitate terræ deſignanda, Cornucopiæ gemina figura, cum inſcriptione* ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΑΑΡ. Gadara, Cœle-Syriæ *urbs, cujus epocham docet Eminentiſſ.* Noriſius *pag.* 297. *& ſeq. crebro a* Flavio *commemoratur; narrat enim Lib.* I. *Cap.* VII. *de Bello, pag.* 69. *& Antiquit. Lib.* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. *inſtaurata fuiſſe* Gadara (Judæi *enim paullo ante everterant*) *a* Pompejo, *poſt devictum* Ariſtobulum, *in gratiam liberti ſui* Demetrii Gadarenſis. *Eandem urbem antea* Alexander Jannæus, Judæorum *rex, poſt decem menſium obſidionem expugnaverat, teſte eodem Antiqu. Lib.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 669. *poſtea vero* Herodes Magnus *minus civiliter* Gadarenſes *tractavit; unde acris Legatorum ad Cæſarem* Auguſtum *in* Syria *agentem expoſtulatio cum* Herode, *quem imperioſum, acerbum, atque tyrannum nuncupabant; quemque de vi, rapinis, & templorum everſionibus, ſed infelici ſucceſſu, accuſabant, teſte* Joſepho *Antiqu. Lib.* XV. *Cap.* X. *pag.* 775.

Num. 7. *Spectat & hic nummus ad* Gadara, *de quibus modo egimus; eumque deſcripſit* Noriſius *pag.* 300. *non autem depinxit, communicatam modo ſcripturam ejus a* Nicolao Toinardo *memorans; depinxerat vero jam olim* Æneas Vicus *inter* Neronis *Numiſmata, verum alteram tantum partem, quam itaque ſolam dare poſſumus. Legitur ibi præter inſcriptionem* ΓΑΔΑΡΑ *æra eadem, quæ in ſuperiori,* L ΑΑΡ. *addita priori litera quæ nota anni apud* Græcos *eſſe ſolet; innuitur autem annus* CXXXI. *Male enim connectuntur apud Vicum literæ* ΑΑ. *quaſi* ΑΜ. *eſſent. Figura vero muliebris turrito capite, dextra lauream tenens, læva cornucopiæ, palmamque ad pedes, ad caput ſtellam habens, urbis* Gadaræ *Genium deſignat, quæ Neroni, tanquam Apollini alteri, victoras ſuas muſicas gratulari videtur. Capitis epigraphe apud Noriſium eſt* ΝΕΡΩΝ ΚΑΙCΑΡ.

Num. 8. & 9. *Sufficit delineationem aureorum horum numiſmatum proponere, quæ paſſim apud Antiquarios,* Vaillantium, Begerum & Spanhemium (*ex quo pag.* 404 *&* 406. *deſumta ſunt*) *celebrantur & explicantur. Occurrunt in illis capita jugata* Ptolemæorum Ægypti *regum, quorum amorem & munificentiam in literas & literatos, & alii omnes paſſim, tum quoque* Joſephus *celebrat, ubi ſtudium Philadelphi pro conquirendis libris* Judæorum *Sacris, atque magnifica ejuſdem donaria,* Hieroſolymas *miſſa, commemorat Antiq. Lib.* XII. *Cap.* II. *pag.* 590. *ubi ipſos hoſce Nummos, in Notis, citat Spanhemius, cum inſcriptione* ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ. *in quibus a parte illa, quæ* ΑΔΕΛΦΩΝ *inſcribitur,* Ptolemæi Philadelphi, *ejuſque conjugis ſimul ac ſororis,* Arſinoës *jugata occurrunt capita; ab altera vero parte illa Ptolemæi Lagi atque* Berenices *pariter jugata ſpectantur. Putat vero male verti Ill.* Spanhemius *pag.* 406. *ab* Leone Allatio *in Monumento* Adulitano ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ *per* Deorum Fratrum, *atque ipſe mallet,* Deorum Fratris Sororiſque *; ſed fruſtra; quum pariter jam olim* fratres *inter Deos dixerit* Saturnum & Opem Tertullianus *Lib. Ad Nationes* II. *Cap.* XIII. Inceſto jam junctos Opem & Saturnum Fratres recepiſtis.

Num. 10. *Caput muliebre, ſine inſcriptione; ab altera vero parte eſt Aquila fulmini inſiſtens inter cornucopiæ & literam* Π. *cum inſcriptione* ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. *Protulit nummum hunc* Begerus *Tom.* III. *Theſ.* Brandenburgici *pag.* 33. *quod autem in hac pictura, capitis ornatum & ipſam aliquo modo faciem differre vides a* Begeriano *nummo, inde eſt, quod partem priorem juxta nummum, quem ipſi hujus Reginæ poſſidemus, pingi ſculpique curavimus, haud ingratam hanc varietatem rati fore Antiquitatum ſtudioſis in Nummo plane memorabili.*

Exiſtimat Cl. Begerus *faciem hanc muliebrem referri debere ad* Cleopatram, Ptolemæi Euergetæ, *tertii Ægyptiorum regis, ante* Berenices *ſcilicet,* Magæ, Cyrenarum *regis filiæ cum eodem nuptias, uxorem. Totum Viri Cl. argumentum ſola litera* Π. *nititur, quam ipſe pro numerali capit, atque ad annum æræ* Alexandrinæ LXXX. *refert, regnique adeo* Euergetæ XV. *ut ipſe computat. Verum ut alia taceam, ſublato fundamento hujus conjecturæ, & ipſa tota corruit, quum inſuper contra Hiſtoriarum nitatur fidem. Literæ ſimiles in Nummis* Ægyptiorum *non ſunt numerales, niſi litera inſuper* L. *quæ* Ανκαβάντ@ *denotat addatur, uti apud Vaillantium pag.* 124. *& alibi videre eſt, verum ſemper initiales ſunt alicujus urbis, quæ nummum iſtum cuderit; ſic ibidem apud* Vaillantium *& pag.* 111. 115. *&c. literæ* ΠΑ. *denotant a* Paphiis *cuſos nummos; uti pag.* 70. *litera* ΗΡ. *docent ab* Heracleopolitis *profectum nummum ibidem* Philopatoris; *& pag.* 84. ΣΑ. Salaminem *deſignare creduntur; atque pag.* 50. ΘΕ. Thebæos, *& ſic in cæteris. unde literam* Π. Peluſium, *vel aliam* Ægypti *urbem denotare exiſtimo; faciem vero illam ad aliam Reginam referendam eſſe, vel uno hoc argumento. Quum* Magæ *filiam* Berenicen *uxorem caperet* Ptolemæus, Euergetes *poſtea dictus, vivebat adhuc pater ejus* Philadelphus, *atque aliquot poſt annis vixit. Unde nequaquam uxori* Euergetis, *quæ ſtatuatur ei etiam ante* Berenicem *nupta fuiſſe,* ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ, *qui in hoc nummo legitur, titulus convenit. Quæ ut jam omnia mittam, ipſe meam ſententiam in medium adferam. Puto videlicet pertinere ad* Cleopatram, *filiam* Antiochi Magni, Syriæ *regis, quæ nupta fuit* Ptolemæo Epiphani, *quinto* Ægypti *regi, & cui in dotem pater dedit* Cœlen-Syriam, Phœnicen, Judæam & Samariam; *Supervixit ipſa marito, & magno in honore habita a filio, cui ob id* Philometori *cognomen fuit; majore multo* Ægyptiorum *deſiderio, ætate florente deceſſit; uti docet* Vaillantius *pag.* 88. *in præclariſſima ſua* Ptolemæorum *Hiſtoria. Eſt itaque ipſa hæc* Cleopatra *illa, cujus mentionem fecit Joſephus Lib Antiqu.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 600. Poſtea autem (*inquit*) amicitiam & fœdus cum Ptolemæo fecit Antiochus: eique filiam ſuam Cleopatram nuptum collocavit, & Cælen-Syriam, & Samariam, & Judæam, & Phœnicen dotis nomine tribuit. *Jam etenim bellum contra* Romanos *decreverat* Antiochus Magnus, *& ob id validas affinitates potenteſque ſocios quærebat. Eſt & denique ejuſdem hujus* Cleopatræ *alter mihi nummus, æreus quoque, & alio tempore publicandus, hoc paullo minor, cum ſimili typo, ſed litera urbis initiali* M. *qui ſimiliter Cl,* Begeri *penitus convellit ſententiam de æra hoc modo expreſſa.*

Num. 11. *Caput inberbe, nudum, quod ex falſa inſcriptione* ΟΥΗΔΙΟΣ ΝΑΣΩΝ Ovidio (*qui hinc in Editionibus Poëmatum ſuorum faciei filum ſortiri nunc ſolet*) *tribuitur ab Ill.* Spanhemio *pag.* 43. *Operis Minoris, ſeu* 54. *Majoris. Ab altera parte facies eſt barbata, quam* Jovi *tribuo, cum inſcriptione* ΜΕΝ... ΑΣΙΟΥ.

Diximus ad Num. 2. *in antiquo ære &* ΠΩΛΛΙΩΝΑ *ſcribi, &* ΠΟΛΛΙΩΝΑ. *Plures vero nummos, hujus explicandi gratia, adducit Spanhemius, in quibus per* O. *non vero per* Ω. *prior pars nominis iſtius ſcribi ſolet, quem conſulat Lector erudiri cupiens. Certum quidem eſt, cuſum hunc nummulum ſub* Auguſto, *quod ex adſcriptis nominibus* Vedii, *&* Menandri *qui* Parrhaſii *filium ſe ſcribit, apparere poteſt. Depingit enim inter* Auguſti *nummos Goltzius tab.* LXXV. *Num.* 24. *unum, in cujus altera parte legitur* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΣ. *Templum eſt octo columnis ſuffultum, ad cujus latera caduceus eſt cum quatuor ſpi-*

ſpicis; ad Cæſaream *vero* Palæſtinæ *pertinere docet inſcriptio Num. ibidem* 23. *ubi legitur* ΟΥΗΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *juxta caput* Auguſti *ad cujus collum pharetra eſt. Idemque Templum in altero* Cæſarenſium *cernitur, citante* Vaillantio *in* Auguſto *pag.* 4. *cum eodem nomine; adſcribitur enim* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. *& ad caput, quod* Auguſti *eſt, & nudum ſine laurea,* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *Denique ipſe* Spanhemius *in poſtrema atque majore Editione pag.* 54. *&* 55. Auguſti *pariter nummum citat, in quo Cæſaris ejus ab altera parte caput cum literis* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *ab altera ſimile caput barbatum ut in hoc (quem explicamus) nummulo, & literis* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ. *qui nummi omnes, ſicuti nimis aperte ad* Auguſtum *ipſum pertinent; ita nulla ratio eſt quare hunc* Auguſto *abjudicaremus, &* Ovidio *largiremur, niſi literæ* ΝΑΣΩΝ. *quas quidem ego quovis pignore auſim contendere non ita in nummo exſtare, vel recenti fabrica, in nummo cætera antiquo, artificio, ſordidis hominibus nimis familiari, exſculptos fuiſſe; ita ut ex literis* ΠΟΛΛΙΩΝ *remanſerint antiquæ poſteriores duæ, reliquæ vero* ΠΟΛΛΙ *ita mutatæ fuerint, ut litera* I. *in* Σ. *mutata fuerit, proxima* Λ. *lineolam in medio, ut* Α. *fieret, acceperit, deletis dein primis* ΠΟ. *tertia* Λ. *manſerit, verum virgulam ad latus, ut* Ν. *fieret acceperit; & ſic novus in nummis hoſpes* Ovidius Naſo *pro* Vedio Pollione *emerſerit. Uterque vero &* Menander *ille* Parrhaſii *filius, &* Vedius Pollio, Cupedii *filius, cum magiſtratus fuerint* Cæſarenſium *uno atque eodem tempore, Cæſari* Auguſto *nummos cuderunt; neque privato* Ovidio *id facere, florenti licet amicitia* Cæſaris *conſueverunt; vel, fulmine ejus afflato poſta, auſi fuerunt; vel denique poſt mortem, ad revocandam* Muſarum *Venerumque omnium Sacerdotis memoriam potuerunt; ut qui vivente adhuc* Auguſto *magiſtratu* Cæſareënſi *perfuncti fuerunt.*

Num. 12. *Rariſſimas hic nummulus nunc primum ex noſtro Muſæo prodit; neque enim ante quis unquam* Aretæ *Regis faciem in tanta Antiquitatis felicitate exhibuit. Reſervare eum conſtitueram, ut una cum aliis pretioſis antiquæ Monetæ reliquiis quæ in Muſæo noſtro aliorumque Belgarum ſervantur, aliquando operoſius prodiret in publicum; ſed in Flavii Joſephi gratiam exprimere eundem hic placuit; magnam enim ibi, ut ex Indice videre eſt, hiſtoriæ partem Aretas facit. Habet a priore parte caput Regis diademate cinctum; a poſteriore figuram muliebrem, ſtantem, dextra tenentem pateram, læva haſtam, cum inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΟΥ. *Nummulus hic ex ære eſt, rariſſimus, & optime conſervatus.*

Num. 13. M. SCAVR. AED. CVR. *in imo* REX ARETAS. *per tranſverſum* EX S. C. *Camelus, ad cujus pedes Rex genuflexus ramum profert. Ab altera parte* P. HYPSAE AED. CVR. *& in imo* C. HYPSAEVS COS. PREIVER. CAPTV. Jupiter *in quadrigis currentibus, dextra fulmen tenens, ſiniſtra habemas, in imo ſcorpio viſitur.*

Quæ ad hujus denarii explicationem pertinent, peti poſſunt ex Commentatoribus ad Familias Romanas, Urſino *&* Vaillantio; *quantum vero* Joſephicæ *hiſtoriæ illuſtrandæ huc iſte refertur denarius, inſpici meretur Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *ubi legimus redemiſſe* Aretam *Regem* Arabiæ *bellum trecentis talentis a* Scauro *& ipſo pacis ſatis cupido. Eadem fere leguntur de Bello Lib.* I. *Cap.* VIII *pag.* 69. *ubi hunc quoque nummum in partes advocat* Aldrichius.

Cum autem Scaurus (*inquit*) in Petram Arabiæ *regiam* expeditionem feciſſet, & propter difficillimum ad eam aditum agrum in circuitu depopularetur, & exercitus fame laboraret, Antipater Hyrcani juſſu frumentum ex Judæa, & alia quibus opus erat *ei* præbebat: miſſuſque ad Aretam legatus à Scauro, quoniam ejus hoſpes eſſet, perſuaſit ei ut pecunia vaſtationem agri redimeret. & ipſe trecentorum talentorum ſponſor fit. Atque his conditionibus Scaurus bellum finivit: non minus quod ipſe hoc voluerit, quam quod Aretas idem concupiverit. *Alibi vero ſic ſcribit:*

Interea Scaurus, in Arabiam ingreſſus, Petram quidem ne accederet locorum difficultate prohibetur: quæ vero circa Pellam erant omnia depopulabatur; hoc tamen facto malis conflictatur. Nam exercitus fame laborabat: atque ad eam levandam conferebat Hyrcanus, per Antipatrum mittens victui neceſſaria; quem etiam ad Aretam, quaſi ei familiarem, delegat Scaurus, ut pecunia ille pacem ab ipſo redimeret. Atque perſuaſum eſt Arabi, ut trecenta daret talenta: & his conditionibus Scaurus ex Arabia exercitum educebat.

Num. 14. Judæam *a* Veſpaſiano Titoque *captam complures referunt nummi, cum pluribus typis atque inſcriptionibus a* Græcis *pariter &* Romanis *in horum, ut & in* Domitiani *honorem cuſis. Sola itaque raritas & inſignis inſcriptio numinum hunc, quem ineditum hactenus ex Muſeo noſtro damus, commendant. Cernitur in illo caput* Domitiani *laureatum, cum literis* ΔΟ..... ΚΑΙΣΑΡ. *ab altera parte Victoria, pedem globo imprimens, clypeo, palmæ arbori appenſo, inſcribit: in circuitu* Judæa *capta hiſce ipſis* Græcis *literis deſignatur.* ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΟΣΙΑΣ.

Num. 15. *Neque hunc addidiſſem, quamvis non inter vulgares, nummulum, niſi eximia ars atque pulchritudo in integerrimo elucens denario plurimam illi gratiam adderent. Capita habet* M. Antonii *Triumviri fratriſque ejus Conſulis* L. Antonii, *cum inſcriptionibus* L. ANTONI COS. *&* M. ANT. IMP. AVG. III VIR. R. P. C. M. NERVA PROQ. P.

M. Antonii *amicitia Magnus factus eſt* Herodes, *qui illi ad extremum uſque fidus manſit, & turrim,* Antoniam *dictam, in ejus honorem ædificavit.* M. *vero* Antonii *plures in Familia* Antonia *apud* Vaillantium *exſtant nummi, qui cum rebus* Judaïcis, *Hiſtoria Joſephica & devicto* Ariſtobulo *communionem aliquam habent; ſed nolumus numero gravari.* M. *&* L. Antoniorum *facies repræſentaſſe contenti, quoniam utriuſque merita erga Judæos egregia fuerunt, ſicuti Decreta P. R. oſtendunt; in quibus* Marci *&* Lucii Antonii *nomina laudantur Antiqu. Lib.* XIV. *Cap.* X. §. 13 *&* §. 17. *pag.* 708. *&* 709.

Num. 16. *Magnum* Pompeji *nomen in Oriente fuit, ubi maximas res armis geſſit, plurimoſque partibus ſuis faventes Bello Civili invenit. Hujus* Pompeji *cum alias virtutes, tum continentiam, ut qui a ſacris pecuniis ornamentiſque Templi* Hieroſolymitani *nihil abſtulerit, merito laudat* Flavius *Antiqu. Lib.* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. Non mediocriter autem læſa eſt templi religio, inacceſſi prius & pedibus & oculis. Nam Pompejus & ejus comitum non pauci in penetrale ingreſſi ſunt, & ea viderunt quæ nemini alii mortalium, niſi pontificibus ſolis, videre fas erat. Cum autem intus eſſent & menſa aurea, & ſacrum candelabrum, & pateræ quibus libatur, & magna vis aromatum, prætereaque in theſauris ſacræ pecuniæ ad duo talentorum millia, nihil horum præ pietate attigit: ſed hac in re convenienter ſuæ virtuti ſe geſſit. Sequenti vero die, juſſis æditimis ut fanum purgarent, utque Deo libarentur quæ lex juberet, pontificatum reſtituit Hyrcano (tum propter alia ejus erga ſe Officia, tum quia Judæos incolas Ariſtobulo auxiliari prohibuerat) bellique auctores ſecuri percuſſit. *Quæ eadem fere repetuntur Lib.* I. *de Bello Cap.* VII. *pag.* 68. *Quare non injucundum exiſtimavi vultum ejus, qualem proxime ad veram venerandi ejus oris ſimilitudinem accedere puto, ex integerrimo, qui penes me eſt, denario depingere. In eo* Q. Naſidius, *cujus nomen legitur priſco more* Q. NASIDIV. *ſcriptum, infra navem cum velo expanſo & remigantibus, dum claſſi* Sexti

Pompeji *præfuit*, *ejus enim partibus, patris judicium in* Cneo *contra* Cæsarem *sequendo secutus, adhæsit*, Cnei Pompeji Magni *expressit vultum, in quo juxta* Lucanum *Lib.* VIII. ℣. 679. *agnoscitur*

—— —— —— illa verenda
Regibus hirta coma, & generosa fronte decora
Cæsaries.

Sive κόμης ἀναγολὴ, ut Græci vocabant. Tridens vero ante vultum, & delphinus in imo, maris denotant imperium, adeoque Neptuno *Regi* Cneum Pompejum *adæquant.*

Num. 17. & 18. *Græciæ Veteris, seu* Italiæ, *celebris admodum erat civitas* Tarentum, *ubi* Josephus *notat* Antipatrum, Herodis Magni *filium, accepisse ex* Judæa *literas, quæ* Pheroræ *obitum, malum ipsi omen, annunciaverint. Lib. Antiqu.* XVII. *Cap.* V. §. 1. *pag.* 836. *Plura hujus nobilis urbis, &* Lacedæmoniorum *olim coloniæ exstant Numismata; in quibus fere omnibus conditores ejus atque instauratores* Taras & Phalanthus *exhibentur; cujus generis & hæc duo sunt Numismata ex Musæo nostro, quæ in quibusdam minutiis ab hactenus editis discrepant, sed de quibus nunc quidem agere supersedemus.*

Regni Commagenes *crebra mentio occurrit apud* Josephum, *sed præcipue memorabilis est eversio regii ibidem nominis, quod immerito* Romani, *fisco suo studentes, sub ampliatore ejus* Vespasiano, *abstulerunt* Antiocho *ultimo, qui, si quis alius, una cum sobole sua, optime de istis Orbis domitoribus, atque de ipso Imperatore, fuerat meritus. Fatum miserandi istius Regis, qui ex summis opibus, senili ætate, nullo suo merito, ad privatam recidit fortunam, copiose describsit Historicus Lib.* VII. *de Bello Cap.* XXVII. *pag.* 420. *Hujus* Antiochi, *filiorum itidem ejus, aliorumque* Commagenes *Regum quum reliqua Numismata sculpta invenerim Volumine* I. *Thesauri* Britannici *pag.* 108. *& seq. non ingratum Lectori meo fore spectaculum judicavi, si singula apponerem, sunt autem decem numero.*

Num. 19. ΒΑΣΙ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. *Caput regis* Antiochi *diadematum. Ab altera parte Laureæ includitur Capricornus, sub quo* Seleucidarum *nota, Anchora, conspicitur, cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Nummum hunc ad* Antiochum I. *pertinere credunt.*

Num. 20. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΕΠΙΦΑ. *Caput regis* Antiochi *diadematum, ita ut extrema pars alterius nodi per collum diffluat. Ab altera parte Scorpio cum solita inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *laureæ incluſus cernitur. Nummus hic paullum differt ab* Haimiano, *quoniam ex meo dedi Musæo, tam pulchrum integrumque, ut vix unquam similem viderim. Putat autem* Jo. Massonus Antiocho III. *qui sub* Tiberio *decessit, esse assignandum.*

Num. 21. ΒΑΣΙ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput regis diadematum. Ab altera parte duæ cornucopiæ decussatim positæ, & inscriptio* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 22. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput diadematum* Antiochi *Regis; ab altera parte Scorpio Laureæ incluſus cum inscriptione* ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

Num. 23. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput Regis diademate revinctum; ab altera parte Laureæ incluſus Scorpio, cum literis* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 24. ΒΑCΙΛΕΥC. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟC. *Miseri regis* Antiochi *ultimi senile caput, ultima diadematis parte in collum diffluente. Ab altera parte Scorpionis typus & solita inscriptio.*

Num. 25. *Caput* Caji Cæsaris, *cum inscriptione* ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚ. ..... *Ab altera parte Regis cujusdam caput est, quem non male arbitratur* Haimius *pag.* 242. Antiochi *cujusdam* Commagenes *esse, & quidem ejus qui Caligulæ vixerit temporibus. Notas idem illas, quæ sub mento regii capitis visuntur se non capere asserit. Dolendum certe est circa oras non integriorem esse nummum, quæ videntur literas habuisse nomen & dignitatem depicti capitis indicantes. Sicuti vero testantur Scriptores,* Antiochum *quendam a* Cajo *donatum fuisse non tantum* Commagenes *regno verum etiam maritimis* Ciliciæ *oris, hic vero nummus in rei testimonium & gratitudinis ergo ab* Antiocho *cum sua non tantum, sed & Imperatoris* Romani *effigie percussus sit, ita in eodem vocare se* Commagenes & Ciliciæ *Regem potuit; ut literæ* IA. *quæ adhuc supersunt, reliquæ sint ex* KIA. *quæ* Ciliciam *designaverint.*

Num. 26. ΑΝΤΙΟΧΟ.. ΒΑΣΙΑ... *Caput Regis diadematum, quod impressas ad collum & mentum duas habet notas seu marcas (quales creberrimæ in Græcorum nummis) quibus inpressum est Cornucopiæ ducussatum, quod ad Num.* 21. *in* Commagenorum *quoque nummo vidimus, &* Seleucidarum *insigne Anchora. Ab altera parte Scorpio Laureæ includitur cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Pertinet vero nummus ad eundem, de quo modo,* Antiochum, IV. *videlicet, a* Cajo *atque Claudio ad honores evectum.*

Num. 27. ΒΑΣΙΑΙΣΣΑ ΙΟΤΑΠΗ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ. *Caput elegans* Jotapes *Reginæ diademate cinctum. Altera pars cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *solitum Scorpionis & Laureæ habet symbolum.*

Num. 28. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΙΟΙ. *Regii juvenes equis insidentes. Ab altera parte Capricornus in Laurea, subtus Anchora est, desuper vero Stella, cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Juvenes illi duo filii sunt infelicissimi istius* Antiochi *ultimi* Commagenes *Regis,* Epiphanes & Callinicus, *quorum iras animumque ob ereptas Regni spes describit* Josephus *de Bello Lib.* VII. *Cap.* VII. *pag.* 420. *sicuti & mirabilem audaciam majoris, sive* Epiphanis, *dum cum* Macedonica *sua phalange vastissima* Hierosolymæ *mœnia vi superare conatur Lib.* V. *de Bello Cap.* XI. *pag.* 354.

Num. 29. ΙΟΤΑΠΗ..... *Caput muliebre. Ab altera parte caput juvenile est cum literis non satis cognitis.*

Longiorem vero de hisce omnibus sermonem instituerem, nisi doctissimi viri Jo. Massoni *diligentia, isto me onere levasset. Exstat enim ejus Dissertatiuncula super hosce Nummos ipsosque Commagenes Reges,* Antiochos *omnes dictos, Tomo Primo Thesauri sui* Britannici *pag.* 113. *a* Nicolao Francisco Haymio *insertus. At quoniam is liber rarior in hisce terris est, & non nisi magno parari potest, ipsa Clarissimi viri verba prout exstant subjiciam. Ita vero se habent:*

Cum plurium ANTIOCHORUM, in *Commagene* regnantium meminerint Scriptores antiqui; non erit inutile explicandis superioribus aliisque Nummis, qui diversos etiam vultus ferre videntur; si brevem & accuratiorem præmiserimus notitiam Principum, qui Regionem illam sub imperio tenuerunt, ex quo ampliſſimum *Seleucidarum* regnum ad anguſtos hoſce terminos redactum eſt, donec Romanorum Provinciæ formam, imperante Veſpaſiano, ſubiit.

I. Qui primus in hac ſerie occurrit, *Antiochus* nomine & *Commagenæ* Rex *Dioni* diſerte dicitur, in anni U. C. 685. actis (a), ut qui tum, & quidem poſt *Luculli* de Tigrane victoriam (b), ac Urbis, quæ *Tigranocerta* ab hoc Armeniæ Rege nominata fuerat, expugnationem, *in fidem receptus* eſt. *Appianus* vero, qui in *Luculli* rebus hunc *Commagenæ* regem non memorat, poſtea *Pompeji* contra *Mithridatem* geſta narrans, ſcribit, (c) Pompejum, *ſuperato Tauro* (d), *bellum Antiocho Commageno intuliſſe, donec & ille in amicitiam receptus eſt.* Deinde conſtitutiones Regnorum & Provinciarum à *Pompejo* factas tradens, addit, eum *Antiocho*

(a) Lib. 35. fragmentorum initio.
(b) Reportatam *pridie nonas Octobr.* ſi Plutarcho fides in *Lucullo.*
(c) De Bellis Mithr. p. 244. vid. & p. 251.
(d) Anno ſcil. U. C. 690.

tiocho Commageno commisisse Seleuciam, & quidquid ex incursu in Mesopotamia ceperat. Id *Strabo* antiquior Auctor confirmat quo ad *Seleuciam*, quam dicit *Castellum fuisse Mesopotamiæ ad Euphratis Pontem situm, in quo Tigranes Cleopatram, Selenem vocatam, interemit aliquandiu inclusam, cum Syriâ excidisset* (a).

Utrum vero hic *Antiochus Commagenus* idem fuerit cum *Antiocho* XIII. & ultimo Syriæ Rege, qui *Antiochi Pii* filius erat, disputant doctissimi viri. *Vaillantius* quidem unum eundemque fuisse affirmat; at fatebor, mihi rem obscurissimam videri, licet omnia Scriptorum antiquorum loca ad accuratum revocaverim examen, quod hîc prolixius discutiendum non puto.

Utut sit, recte videntur eruditi viri de primo *Commagenes* Rege *Antiocho* intelligere, quæ *Cicero*, dum *Ciliciæ* Proconsul erat, anno *U. C.* 703. scribit de *Rege Antiocho Commageno*, lib. 15. famil. Epist. 1, 3, & 4. Nullo saltem testimonio probari potest, hunc *Antiochum* esse diversum ab illo, qui paucis antę annis eam regionem, *Luculli & Pompeji* gratia, moderabatur.

Idem quoque omnino videtur, cujus *Julius Cæsar* meminit in descriptione Copiarum, quas *Pompejus* comparaverat ante *Pharsalicam* pugnam, anno U. C. 706. circiter medio commissam. *Ducenti* Equites, ait Cæsar (b), *ex Syriâ à* COMMAGENO ANTIOCHO, *cui magna præmia Pompejus tribuit, missi erant.* Hæc certe *præmia* manifeste indicant, eundem esse *Antiochum*, cui Pompejus, præter Commagenem, & alia in Mesopotamiâ dederat, *uti supra* vidimus.

An ille vero postea in Cæsaris amicitiam receptus, ac sic in regno confirmatus fuerit cum Cæsar in Syriam ex Ægypto sub Æstatis initium An. U.C. 707. venisset, expressis quidem verbis Historia non tradit. Id tamen ex *Hirtii* (c) narratione, de rebus à Cæsare in Syria constitutis, colligere fas est. *Commoratus*, inquit, Cæsar, *fere in omnibus Civitatibus, [Syriæ] quæ majore sunt dignitate, præmia bene meritis & viritim & publice tribuit; de controversiis veteribus cognoscit, ac statuit. Reges, Tyrannos, Dynastas Provinciæ, [Syriæ] finitimosque, qui omnes ad eum concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impositis Provinciæ tuendæ ac defendendæ, dimittit & sibi & Populo R. amicissimos.*

Igitur exinde credere licet, *Antiochum* illum haud alium ab eo fuisse, quem *Dio* ad annum *U.C.* 716. *lib.* 49. scribit oppugnatum & *Samosatis* obsessum à *Ventidio M. Antonii* legato ac ab ipso *Antonio*, in hujus amicitiam, ante urbis expugnationem, receptum esse. Quibus consona profert *Plutarchus* in Antonio.

II. Verum brevi post tempore Rex ille successorem habuerit MITHRIDATEM (d); quandoquidem *Plutarchus* ibidem inter Reges, qui cum copiis M. Antonio ante *Actiacam* pugnam, anno U. C. 723. adfuerunt, numerat *Mithridatem Commagenæ Regem.* Hunc autem locum haud satis attente doctissimus *Norisius* legerat, autumans (e) Plutarchum *recensere Mithridatis auxiliares copias bello Actiaco, in Castris Antonii;* quasi vero ipsemet Rex non interfuisset. Quid illi tum acciderit incompertum; novimus solummodo, alium continuo regnum occupasse.

III. Alter enim ANTIOCHUS *Commagenus à Dione*, sub fin. lib. 52. ad annum U. C. 725. memoratur, quem Augustus tum *ad se excivit, quod fratris sui, cum quo litem habebat, missum Romam legatum dolo occidisset. Eum*, subjungit Dio, *Antiochum in Senatum adductum, damnatumque interfecit.*

Quis vero fuerit ille *frater* hujus *Antiochi*, non aperit Dio, nec utrum tunc temporis adhuc in vivis successerit *Antiocho* fratri, seu potius *Commagenem* Augustus Romano subjecerit Imperio.

IV. At alius MITHRIDATES, decem circiter post annis, scilicet U. C. 734. Rex creatus fuit ab Augusto, in Syria degente ac Orientis Provincias ordinante, uti *Dio* ad eum annum lib. 54. testatur. *Mithridati cuidam*, ait, *Commagenem, quod ejus Rex patrem hujus Mithridatis occidisset, puero etiamnum attribuit.* Verum neque hinc patet, quis fuerit *Rex* ille, qui *Mithridatis patrem* occiderat; an jam ante defunctus, vel tunc demum Regno motus.

Igitur haud recte Ill. *Norisius* (f), tanquam ex utroque *Dionis* loco, asserit, 1°. *Antiochum* anno U.C. 725. condemnatum *fratrem* fuisse prioris *Mithridatis*; 2^do. hunc ab illo fratre occisum, atque 3°. eundem esse patrem *Mithridatis* secundi, qui *puer* Antiocho successerit patruo. Nihil horum certe scribit *Dio*, nec ullo modo innuit; ut primo intuitu liquet. Imo potius contraria, præsertim quo ad duo postrema puncta, docet. Etenim diserte illo scribente, *Antiochum* esse ab Augusto neci datum, *quod fratris legatum occidisset*; manifestum est, cum simul non fuisse necis fraternæ reum; alias hanc certe graviorem mortis *Antiochi* causam multo-satius dedisset Historicus sapiens. Deinde *Dio* clare satis indicat, *patrem* posterioris *Mithridatis* regem non fuisse, sed potius hominem privatum; siquidem tradit, eum à *Rege Commagenes* occisum esse.

V. Proximus porro successor, quem Historia nobis monstrat, ANTIOCHUS est ille, cujus tantum mortem *Tacitus* ad An. U.C. 770. narrat (g). *Per id*, inquit, *tempus Antiocho Commagenorum, Philopatore Cilicum, Regibus defunctis, turbabantur Nationes, plerisque Romanum, aliis Regium imperium cupientibus.* Verum tunc Commagene facta est ab Imp. *Tiberio* Provincia Romana, remque anno sequente *Germanicus* in Orientem missus, perfecit. *Commagenis*, addit idem Auctor (h) *Q. Servæus præponitur, tum primum ad jus Prætoris translatis.* Quam mutationem *Strabo* (i) quoque, tunc libris Geographicis coronidem imponens, adnotavit, in Commagenes descriptione: Nunc, subdit, *Provincia facta est.*

IV. Iterum tamen ad jus Regium, mortuo *Tiberio*, rediit, anno U. C. 790. seu Æræ Christianæ vulgaris 37. Ad hunc enim Dio lib. 59. scribit, *Cajum* Caligulam ANTIOCHO, *Antiochi filio; Commagenem, paternum regnum, adjectis Ciliciæ maritimis, dedisse.* Hoc quidem regnum idem Imperator postea abstulit, licet ei *Antiochus* assentator & tyrannidis magister esset, teste eodem Historico ad An. U.C. 793. At ipsum statim reddidit *Claudius* primo imperii anno, prout *Dio* ad annum U. C. 794. narrat. *Antiocho*, ait, *Commagenen, quam idem Cajus ei dederat ademeratque, restituit.* Quod confirmat Josephus (k), scribens, *Antiochum Commagene, & parte quadam Ciliciæ donatum* à Claudio fuisse.

Ad

(a) *Strabo* lib. 16. pag. 749. ubi quidem MSS. pro Τῷ Κομμαγηνῷ uti *Casaubonus* legit, habent τῇ Κομμαγηνῇ; sed prior lectio confirmatur illo *Appiani* loco.

(b) De Bello Civ. lib. 3. c. 5.

(c) De Bell. Alex.

(d) Eum forsan spectat Nummus Aleppo ad D. *Carol. Hedges* missus, ac à posticâ parte cum *Pallade* sic inscriptus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ. ab anticâ vero cernitur caput imberbe cum tiara, quæ Cassidi similis, uti repræsentatur apud Cl. *Spanhemium* T. 1. f. 482. qui ad Ponti Regem refert suum.

(e) De Epoch. Syrom. Diss. II. c. IV. p. 127.

(f) Ibid. p. 127. (g) Annal. lib. II. c. 42. (h) Ibid. c. 56.

(i) Lib. XVI. p. 749. sic & *Joseph.* Antiq. lib. XVIII. c. 3.

(k) Antiq. lib. 19. c. 4. ubi tamen vocem ex isto Dionis loco emendandam esse, recte jam notavit *Tillemontius* hist. T. 1. p. 1012.

Ad hanc autem *Ciliciæ* partem, *Antiocho* datam, pertinuiſſe *Clitas*, ejus oræ accolas, uti & Civitatem *Anemurienſem*, docet Tacitus ad annum U.C. 805. Annal. XII. c. 55. ubi narrat, *agreſtium Cilicum nationes*, *quibus Clitarum cognomentum*, tunc tumultuantes, & eam Civitatem obſidentes, ad officium reductos eſſe *à Rege ejus oræ Antiocho*, uti vocat. Eidem *& Armeniæ* partem tribuit *Nero*, ejus operâ in bello contra Parthos uſus, ex *Tacito* Annal. lib. XIV. c. 26. collat. cum lib. XIII. c. 7, & 37. Nec minus utilis fuit Romanis contra Judæos (a), quin & *Veſpaſianum*, ad Imperium nitentem potentiſſime juvit, cum eſſet *vetuſtis opibus ingens*, *& inſervientium Regum ditiſſimus*, uti habet *Tacitus*, Hiſt. lib. II. c. 81.

At tandem in ſenectute, cum ante felix & potens vixiſſet, *Antiochus* à Præto Syriæ Proconſule accuſatus, quod cum Parthis contra Romanos conſpiraſſet, regno fuit ſubmotus, *anno*, inquit Joſephus (b), *Veſpaſiani quarto*, ſeu U. C. 825. atque tranſlatus eſt, primum *Lacedæmonem*, deinde *Romam*, ubi honorifice habitus reliquam tranſegit vitam, cum duobus filiis, EPIPHANE & CALLINICO, de quibus plura inferius notabimus.

Sic demum *Antiochi* regnum in Provinciam Romanam à *Veſpaſiano* redactum eſt. Quod *Suetonius* his, in *Veſpaſiani* vita, verbis tradit c. 4. *Item Tracheam Ciliciam*, *& Commagenem*, *ditionis Regiæ uſque ad id tempus*, *in Provinciarum formam redegit*.

His præmiſſis ad ipſos tandem Nummos, ſupra exhibitos accedendum; & primum quidem ut melius diſtinguantur de poſtremis dicemus, quos certo ſcimus ad ultimum *Antiochum*, ejuſque familiam ſpectare.

Id genus autem ſunt tertius (in Tab. noſtra Num. 19. uſque 29.) & reliqui ad nonum uſque. Etenim, quod ad ipſum *Antiochum* attinet, tertius Nummus eandem prorſus faciem repræſentat, licet juveniliorem, ac quæ cernitur in IV. V. VI. (VIII. quoque) & VII. Jam vero ex IV. certiſſime novimus *Antiochum*, *eo ſignatum*, *in Cilicia* regnaſſe, quod de nullo alio, præterquam de poſtremo Commagenes Rege *Antiocho*, affirmari poteſt, uti ſuperius ex Hiſtoricis antiquis oſtendimus. *Lacanatas* enim *Ciliciæ* populum fuiſſe demonſtrat *Ptolemæus*, qui Geographiæ lib. V. Civitates *Ciliciæ* mediterraneas recenſens, primum ſingulis *Tracheæ*, ſeu *Aſperæ* regionibus ſuas adſcribit urbes, ſuoque ordine venit Λακανίτιδι regio, cujus Civitas apponitur Ειρηνόπολις. Hæc autem apud ſcriptores ſequioris ævi in *Cilicia ſecunda* ponitur, ut fuſius videre eſt in Cl. *Cellarii* Geographia antiqua lib. III. c. VI. p. 144, 145.

Corrigendi vero ex hoc Nummo vulgares *Ptolemæi* codices, atque pro ΛΑΚΑΝΙΤΙΔΟΣ, legendum ΛΑΚΑΝΑΤΙΔΟΣ.

Cæterum parem huic Nummum habuit Cl. *Vaillant*, ut ipſemet indicat, hæc de *Auguſta*, Ciliciæ urbe ſcribens (c): *Hæc autem erat*, *cum* Lacanatide, *ditionis Antiochi Regis Commagenæ*, *ut confirmat noſter ejus Principis Nummus cum epigraphe* ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

At errat celeberrimus ille vir addens (d), *utramque regionem*, *ut & regnum Commagenæ*, *Romanis acceſſiſſe anno U. C. 771. poſt mortem illius Principis*, Antiochi ſcil. anno antecedente defuncti. Etenim hicce *Antiochus* nullam *Ciliciæ* partem ſub ſua ditione unquam habuit; ut quæ demum *Antiocho* ejus filio data fuerit.

Nec minus hallucinatur, dum *Auguſtanorum* Ciliciæ Populorum Epocham ab eodem anno U. C. 771. deducit; ſiquidem alibi demonſtrabo, eam haud ante annum 773. iniiſſe potuiſſe, præſertim *ex Elagabali* Numiſmate in eadem Gaza Nobiliſſimi Ducis Devoniæ inſcripto: ΑΥΓΟΥCΤΑΝΩΝ. ΕΤΟΥC. ΗQΡ. anno 198.

Sed ut ad *Antiochi* Regis nummos revertamus, tertius, hîc exhibitus, faciem juvenilem repræſentans, ſub initium ejus regni cuſus nobis videtur, uti contra ſub finem ejuſdem ſcalptus eſt ſextus, vultum ſenilem ferens. Adde quod & forma litteræ *Sigma* (e) Veſpaſiani potius temporibus convenit.

Deinde quo ad Nummum Num. 27. hîc poſitum, non eſt dubitandum, quin ad uxorem ejuſdem *Antiochi* poſtremi pertineat; quandoquidem ex alio Nummo, in *Cilicia* maritima cuſo, conſtat, huic Regi *Jotapen* fuiſſe conjugem. Scilicet celeberrimi Antiquarii (f) jamdudum vulgarunt numiſma, à *Sebaſtenis* cuſum, in cujus antica parte idem *Antiochi* caput cernitur hac cum epigraphe: ΒΑΣΙΛ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. in Poſtica vero legitur circa muliebr. figuram ſedentem, *&c.* ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. ΙΩΤΑΠΗ. ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. Quem nummum ad alium Regem referri non poſſe, pluribus demonſtravit Ill. *Noriſius* adverſus *Seguinum & Harduinum*, qui eum *Antiocho* III. tribuunt.

Quibus addendum, Nummos hujuſce *Jotapæ*, quales plurimos in *Britannicis* (g) & aliis Muſæis tractavi, ejuſdem eſſe metalli, ſcalpturæ, ac formæ, cum aliis *Antiochi* IV. Nummis; atque in uno etiam, penes eruditiſſ. ac Reverend. Covel, idem occurrere ſigma, ſinuatæ ſcil. in rotundum figuræ, quam in VI. *Antiochi* Nummo cernimus. Caput enim Reginæ diademate redimitum & huic N. 27. geminum, ſic inſcribitur in *Covelliano* Nummo: ΒΑCΙΛΙCΑ (h) ΙΩΤΑΠΗ. ΦΙΛΑΔΕΛ. In aliis hæc ultima vox integre legitur, ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ, non vero ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, uti male *Seguinus* habet.

Num. 28. porro Nummus, hucuſque Antiquariis ignotus, ambos certe filios, *Antiochi* IV. *& Jotapes*, nobis exhibet, prout me docuerunt id genus nummi cæteris integriores. Talem & elegantiſſimum poſſidet ampliſſima & aliis rariſſimis undique congeſtis Cimeliis referta D. *Hans Sloane* Baroneti Gaza, in quo manifeſtiſſime ſub ipſis Principibus Equitantibus legitur ΒΑCΙΛΕΩC. ΤΙΟΙ. REGIS. FILII; quæ verba ſatis clare in aliis etiam cernuntur Nummis Gazarum Illuſtriſſimorum D. D. Ducis *Devoniæ*, ac Comitis *Pembrochiæ*, *&c.*

Itaque hîc habemus EPIPHANEM & CALLINICUM, quos ſupra diximus *Antiochi* IV. filios fuiſſe, & quos *Joſephus* à fortitudine in Romanos, & pietate in patrem laudat; de *Bello Jud. lib.* VII. *c.* 27. Ubi *Pæti* impetum narrans: *Antiochus*, inquit, *decrevit*, *toto regno*, *in quo erat ſtatu*, *relicto*, *cum conjuge ac liberis egredi.* —— *Pætus autem in Samoſatam*, *qui eam capeſſerent*, *mittit*, *& per eos civitatem tenebat* —— —— *Haud tamen Rex vel ipſa neceſſitate adductus eſt adverſus Romanos aliquid bellicum gerere.* —— *Adoleſcentibus autem bellique peritis*, *vique corporis præſtantibus*, FILIIS *ejus*, *non erat facile in calamitate ſine pugnâ durare.* —— *Vehementi autem pugnâ per totam diem habitâ*, *inſignem demonſtrarunt fortitudinem*, *&c.* deinde narrat fu-

(a) *Joſeph.* de B. J. III. c. 2. & VI. c. 12. *Tacit.* Hiſt. L. II. c. 81. & L. V. c. 1. &c.
(b) De B. Jud. lib. VII. c. 27.
(c) Num. Impp. Gr. p. 261.
(d) Sic & p. 149. V. ΑΥΓΟΥCΤΑΝΩΝ.

(e) Cujuſmodi occurrit in alio ejuſdem Regis Nummo, penes D. Car. Hedges, ſic: ΑΝΤΙΟΧΟC. ΕΠΙ. ΒΑCΙΛΕVC. ΜΕΓ.
(f) Vid. *Seguin.* Sel. Num. p. 402. ed. 2. *Harduin* de Popp. & urb. p. 587. Ed. 1. *Noris* de Epoch. p. 129. ſeqq.
(g) D. *Caroli Hedges* Equitis aurati, D. *Gulielmi Lloyd* filii Epiſcopi Vigor. D. *Falkner*, &c.
(h) Sic cum ſimplici C. tantum.

fugam *Antiochi* Patris, cum *Conjuge ac filiabus*, *in Ciliciam*, atque *Epiphanis* cnm decem Equitibus ad *Vologesem* Parthorum regem, cujus postea litteras ad *Vespasianum* commendatitias tulerunt, Romam, cum audivissent Patrem *Antiochum* regie *Lacedæmone* vivere. *Patre autem ad eos* [filios] *Lacedæmone statim advecto, cum omnis honor eis haberetur, ibi* [scil. Romæ] *mansere.*

Nequaquam vero hîc omittendum est, *Epiphani*, de quo ceu majore natu loquitur ubique Josephus, desponsatam fuisse *Drusillam*, à Patre *Agrippa* majore, qui eam *sexennem* reliquit, cum *anno* Æræ nostræ XLIV. obiret; ex *Josepho*, Antiq. XIX. c. 7. Cujus loci interpretationem latinam, à *Gelenio* factam, Cl. *Norisius* tantum ob oculos habebat, cum scriberet (a), *Josephum* L. C. *auctorem esse*, *Antiochum* IV. *curasse*, *ut filio suo majori natu* Epiphani MARIAMNE *Agrippæ Judæorum regis filia decennis desponderetur*; quamvis ipsemet Eminentiss. vir, aliquot ante paginis, rectius dixisset, Agrippam desponsisse *Drusillam filiam nondum* (b) *sexennem Epiphani majori filio regis Antiochi.*

Epiphanes tamen Uxorem non duxit *Drusillam*, quæ deinceps AZIZO regi *Emesenorum* data est à fratre *Agrippa* juniore: *Epiphanes enim*, narrat Josephus (c), *Antiochi regis filius recusavit ejus nuptias, nolens Judaicos mores amplecti, ut erat* Drusillæ *patri pollicitus.*

Cæterum & Princeps ille, *Antiochus Epiphanes* vocabatur, non secus ac pater, si *Josepho* fides, de B. J. Lib. V. c. 29. Gr. at Lat. L. VI. c. 12. Ut nullum sit dubium, quin *Epiphanes* fuerit cognomen huic familiæ fere proprium; quæque sit alias prima hujus tituli causa, origo, & significatio, de qua prolixe satis jam alii (d) tractarunt.

Ita & *Callinicus* aliud erat cognomen, quo alter *Antiochi* IV. filius à fratre majore distinguebatur; quemadmodum & aliis datum est, eâdem distinctionis causâ, variis Principibus, atque præsertim inter Seleucidas *Demetrio* III. ac *Antiocho* XIII. ultimoque Syriæ Regi, qui simul *Epiphanes & Philopator* cognominabatur; si quidem ejus sint, ut Antiquariis hucusque visum, Nummi (e) his signati titulis.

Unde, uti & ex *Anchorâ* in plurimis *Commagenorum* Nummis cusâ, non male colligere possumus, *Antiochos* hosce *Commagenos* revera ex *Seleucidarum* Gente suam originem duxisse. Videtur enim hæc *Anchora*, quæ & in aliis Seleucidarum Numismatibus scalpta, ad illam alludere, quam scriptores antiqui (f), tradunt in *Seleuci* prioris femore signatam, cum nasceretur, atque sculptam in annulo, quem *Laodice* mater recepit ab Apolline, & filio dedit in futuri regni auspicium & augurium. Imo, si *Justino* credimus, *Originis ejus argumentum etiam in posteris mansit: siquidem filii, nepotesque ejus* ANCHORAM *in femore, veluti notam generis naturalem, habuere.*

Ad eandem quoque *Antiochi* IV. Commageni familiam forte spectat illa JOTAPE, cujus nomen & caput in Nummulo meo, supra N°. 29. conspicitur. Eadem certe non est facies, ac illa *Jotapæ* prioris, quam *Antiochi* IV. uxorem diximus; nec etiam ejusdem metalli, aut scalpturæ videtur nummus.

Jam vero novimus ex *Josepho*, non modo *Antiocho* IV. FILIAS fuisse, quibuscum uti & *uxore* in *Ciliciam* fugit (g); sed & unam ex illis filiabus, JOTAPEM quoque dictam, *Alexandro*, Judæo ex *Herodis* stirpe Principi, nuptam fuisse, *Antiq.* XVIII. *c.* 7. Hunc locum *Alexandri* genealogiam simul dilucide pingentem hîc dabimus integrum, ut continuo pateat hac de re Cll. virorum error. *Cæterum*, teste Josepho, *Alexander Herodis regis filius, qui à patre necatus est, Alexandrum & Tigranem filios suscepit, è Glaphyrâ Archelai Cappadocum regis filiâ. Ex his Tigranes apud Armenios regnans, cum apud Romanos delatus esset, sine liberis obiit. Alexander autem Tigranem fratri cognominem filium habuit, qui Armeniis Rex à Nerone fuit datus, filiumque genuit Alexandrum. Hic Antiochi Commagenorum Regis filiam* JOTAPEN *duxit, &* Lesidis, Ἡσιοδῶς, *in Cilicia rex à Vespasiano constitutus est.*

Inde, inquam, facile retegitur Recentiorum hallucinatio, qui scripserunt, *Alexandrum Jotapes* maritum, *pronepotem* Herodis magni fuisse Sic præ cæteris hîc mihi nominandus Purpuratus *Norisius*, (contra *Seguinum & Harduinum* disputans, de Nummis, à *Sebastenis & Commagenis*, cum *Jotapes* nomine, cusis, quos illi tribuebant *Jotapæ* Alexandri conjugi,) eundem sequutus errorem hæc habet (h): *At nullus dubito utrumque nummum pertinere ad Jotapem uxorem Antiochi* IV. *regis Commagenes, ac matrem Jotapes, quæ Alexandro*, TIGRANIS, *regis Armeniæ*, FILIO, *ac Herodis Magni* PRONEPOTI, *nupta fuit.* Quibus gemina, sex post paginis, repetit: *Alexander erat filius Tigranis, qui Tacito* lib. 14. *dicitur* Cappadocum ex nobilitate regis Archelai nepos; *siquidem Tigranes patrem habuerat Alexandrum Herodis regis filium, ac matrem Glaphyram, filiam Archelai regis Cappadociæ. Hinc Vespasianus donavit Alexandro ac Jotapi insulam & Urbem Sebastem, quam ejusdem Alexandri laudatus proavus septem fere lustris possederat.*

At vero manifestum ex superioribus Josephi verbis fit, 1°. huncce *Alexandrum* fuisse Herodis M. *abnepotem*, non *pronepotem*, atque 2°. *Tigranem* ejus patrem, Armeniæ regem, fuisse Archelai *pronepotem*, non vero *nepotem*, ut male *Tacitus* scripsit. Hunc autem gravissimi alias Historici Romani errorem jam dudum doctiss. *Noldius* (i) sic recte confutaverat: "Nam eum Tigranem, *pronepotem* Ar"chelai fuisse, præter Josephum, *Ant.* XIIX. *c.* 7. "ipsa rerum series ostendit. Quo pacto enim *Ti*"*granes*, *nepos*, circa medium *Augusti* natus (Pa"ter (k) non multo post *victoriam ad Actium* ab "*Herode* interfectus) sub *Nerone* (l) agere aut pati "potuit? quo profecto tempore natura eum aut "morte aut senio ita multaverat, ut rebus geren"dis aptus tum haud esse potuerit.

Quo ad regionem, cujus rex *Alexander*, conjux *Jotapes*, creatus à *Vespasiano* fuit, partem *Ciliciæ* fuisse ex Josepho liquet; verum ejus nomen, librariorum culpâ, obscurum adhuc remanere mihi videtur. Etsi enim vox Ἡσιοδῶς, quæ in libris vulgatis, ac in Codice MS. Florentino legitur (m) mutetur ab *Harduino* in Νησιώδῶς, hancque emendationem suo calculo probet Cl. *Norisius*, qui nomen illud cum Jesuita intelligit de *Insula*, *& urbe*,

(a) De Epoch. p. 136. coll. p. 128.
(b) Hac voce non utitur *Josephus*, cui *Drusilla* dicitur omnino ἐξωτικῆς.
(c) Joseph. Ant. L. XX. c. 5.
(d) *Joan Marsham* Can. Ægypt. p. 54. *Henr. Noris* de Epoch. p. 129.- 131. &c.
(e) Qualem possidet Nobiliss. D. *Dux Devoniæ*; cum in alio, Gazæ Ampliss. D Comitis Pembrochiæ ΔΙΟΝΥΣΟΥ insuper legatur cognomen; scil integre: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ.
(f) *Appianus* in Syriac. p. 123. *Justin.* l. XV. c. 4.
(g) De B. J. lib. VIII. c. 27.
(h) De Epoch. p. 132, & 137.
(i) Histor. Idum. p. 367.
(k) *Alexander* nempe, qui ab *Herode M.* suo patre necatus, quique filium habuit *Tigranem*, primum in Herodis familiâ regem *Armeniæ*, atque adeo *nepotem* ejusdem Herodis M. simul & *Archelai* Cappadocis ex ejus filia *Glaphyra.*
(l) A quo *Tigranes* alter, de quo loquitur *Tacitus*, Rex Armeniæ datus est.
(m) Sic *Norisius* de *Epoch.* p. 135. testatur, atque in nonnullis Codd. latinis legi, *Isiados*, ac in aliis *Ysiados*, cum in Editione Gryphiana An. 1539. habeatur *Lesidi.*

be, primum *Elcuſa*, dein *Sebaſte* dicta; Attamen mihi perſuadere nequeo, eam emendationem facile poſſe ex linguæ Græcæ genio, aut ex Geographia probari.

Quidquid ſit, haud integrum dare poſſumus aſſenſum interpretationi, quam Cl. *Wildius* ſuo aſſignavit nummo (a), qui noſtro ſimilis, licet haud ita ſit integer. Affirmat enim, ut de re certâ, *Jotapam*, eo nummo inſculptam, Antiochi Commagenorum tertii reguli, filiam eſſe, Alexandro, Herodis M. pronepoti nuptam *&c.* ſcilicet haud ſatis caute ſuo Nummo eandem adaptat deſcriptionem, quam *Harduinus* de Nummo dederat à *Sebaſtenis* cuſo, quam vero pluribus *Noriſius*, toties *laudatus* (b), confutaverat.

Duo priores ſuperſunt nummi hîc exponendi; verum id paucis abſolvemus; ſiquidem nihil certi de his affirmare valemus, niſi eos æque inter ſe differre, in Regum imaginibus, ac ab aliis Nummis quos *Antiocho* IV. aſſignavimus. Addam tantum forte priore repræſentari *Antiochum* I. qui, cum per plures regnaverit annos, non niſi *ſenex* obire potuit, qualis in eo nummo facies cernitur. Ita & alter in 2°, ſenilis itidem, vultus forſan fuerit *Antiochi* III. ſub *Tiberio* defuncti, qui & prioris filius potuit eſſe. Sed de his conjecturas ulterius proſequi non placet; judicent eruditi lectores pro ut lubebit, atque candide noſtras excipiant ſtricturas, quas auctiores & forſan emendatiores aliquando dabimus, ſi quod jam ab aliquot annis molimur, opus, de *Syriæ Antiquitatibus*, edere liceat. Tum & alios, cum CLEOPATRÆ nomine, Nummos à *Commagenis* cuſos exhibere poterimus, ſi nos ſupremum Numen juverit.

Num. 30. *Numiſma eximium, metallo, pondere, pulchritudine, arte, raritate & integritate conſpicuum; ex puriſſimo autem eſt auro, pendetque unciam & monadas 74. Exſtat quidem apud Vaillantium & Haimium depictus, verum hic ex Muſæo noſtro neſcio quid plus vigoris animi ex viſu ſpirat; præterea id quod* Apollo *ſedens dextra tenet, nullo modo ſagitta in meo eſt, ut in reliquis, ſed bacillus potius, niſi regium ſit ſceptrum; neque enim retro pinnas habet, & in media parte craſſeſcit. Pertinet vero inſigne hoc numiſma ad* Syriæ *Regem*, Antiochum III. *cognomento* Magnum; *eundem illam, cujus expeditionem contra Judæam, & clementiam meritaque in victos & dedititios, epiſtolas itidem in illorum gratiam ſcriptas, luculenter commemorat* Joſephus *Antiq. Jud. Lib.* XII. *Cap.* III. *pag.* 597. *& ſeqq.*

Num. 31. Raphanæas, Syriæ *urbem, duobus in locis commemorat* Flavius *Lib.* VII. *de Bello Cap.* I. *in fine, ſeu pag.* 405. *ubi dicit duodecimam* Romanorum *legionem olim apud* Raphanæas *fuiſſe; atque iterum ibidem Cap.* V. *pag.* 411. *ubi Fluvium Sabbaticum labi ait medium inter* Arcæam, *regni* Agrippæ *urbem, atque* Raphanæas. *Hujus urbis eximium poſſideo Numiſma, primariæ magnitudinis, qualia Medallionum nomine vocant; non modo propter urbem ubi cuſum eſt, verum multo magis propter Auguſtæ cujus vultum refert, ſuſpiciendum. Exhibet enim ab altera parte caput* Anniæ Aureliæ Fauſtinæ, *quam* Elagabalus *olim inter alias conjugem ſibi adſcivit, cujuſque mulieris nummos rariſſimos eſſe norunt harum rerum periti. Adſcribitur* ANNIA AΥΡΗΛΙΑ ΦΑΥCΤΕΙΝΑ. *ad humeros, pro more iſtorum temporum luna creſcens conſpicitur; quaſi ut inter nymphas Diana, ſic inter* Romanas *nurus Auguſta pulchritudine maxime emineret. Ab altera parte Dianæ multimammiæ eſt ſymbolum, verubus ſuis innixæ, ante quam habitu muliebri ſtans figura cernitur, dextra haſtam tenens, læva veſtem ad latus convolutam ſuſtinens. Legitur in circuitu* ΕΠΙ CTP. ΚΥΡΙΝΟΥ ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ *& inferius æra* ΑΟC. *ſub Stratego* Quirino *a populo* Raphanæarum *urbis. Eſt vero pulcherrimum & integerrimum Numiſma, quod omnino ab omni* ὑποψίας *ſuſpicione longiſſime abeſſe a quovis inſpiciente deprehendi poteſt; falliturque idcirco* Virginius Valſechus, *qui in Diſſertatione Hiſtorico-Chronologica de* M. Aurelii Antonini Elagabali *Tribunitia Poteſtate quinta, pag.* 68. *&* 74. *dubitat de fide hujus nummi atque typi, eo quod æra* ΑΟC. *quæ, juxta* Antiochenſem, *annum* CCLXXI. *deſignat, minus ætati* Elagabali *per omnia conveniat, atque ipſe ſimilem aliquem arte confectum noverit; quæ quidem argumenta contra eruditos oculos, veritatis teſtes, nihil valent.*

Num. 32. ΔΡΟΥΣΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΣ ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ. Druſus & Germanicus Cæſaris Novi Dii, Fratrum amantes. *Sedet uterque Princeps; alter ſimpulum, alter lituum manu geſtat. Ab altera parte in corona quercea legitur* ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ. Communitatis Aſiæ, *& in circuitu* ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΑΣΙΝΙΟΥ ΠΟΛΛΙΩΝΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. ſub Cajo Aſinio Pollione Proconſule. *Vide ad Num.* 2. *Hic vero deſumtus eſt ex Morellii ſpecimine Ed. Secundæ Tab.* XV. *Num.* 4.

Num. 33. Jovis Hellenii *meminit* Joſephus *Lib.* XII. *Antiq. Cap.* V. *pag.* 610. *ubi* Samaritæ *omnem cognationem cum* Judæis *abnegantes, ab* Antiocho Syriæ *rege petunt, ut Templum* Garizitanum, *quod nullo adhuc alicujus Dei nomine fuiſſet decoratum, conſecrari vellet* Jovi Hellenio, *quod ipſis, ut qui Græcos mores amplecti viderentur,* Syriæ *quoque rex conceſſit, ut in fine capitis legitur. Cultus autem hujus* Jovis Hellenii, *ſeu* ΔΙΟΣ ΕΛΛΑΝΙΟΥ. *ut ex Dorica dialecto Nummi appellant, admodum inſignis inter* Græcos Græcorum*que fuit colonos; uti abunde docuimus ad* Philippi Parutæ Siciliam *Numiſmaticam pag.* 343. *Paſſim juvenili facie, lauru & nonnunquam ſpicis coronata, depingitur, & ab altera parte Aquila fulmini inſiſtens cernitur, cui ad latus Aſtrum adeſt. Ratio picturæ ejus eſt, quod a* Jove *& benigno ejus ſidere fertilitatem terræ procedere Græci agnoſcebant.*

Num. 34. Rhodi *inſulæ* Rhodiorum*que plus ſemel mentionem apud* Joſephum *fieri invenias, fuitque ſemper multum apud veteres nobilitata, & eo quoque nomine felix, quod terræ motu aliiſve caſibus afflicta maximos Reges certatim beneficos ſibi experta fuerit. Ex eo itaque amore gloriæ, quo inpatienter ardebat* Herodes, *atque animi magnitudine ſingulari,* Ægyptiis *regibus aliiſque* Rhodi *cultoribus æquiparari ſeſe voluit, dum urbem* Rhodum, Caſſiano *bello afflictam, quamvis inops, & per tempeſtatem, facta quoque oneris jactura, illuc appuliſſet, fovit tamen atque ultra vires etiam ſuas recreavit; uti docemus Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 727. *Pro ſua opulentia Græcarumque artium fama, ſemper urbs hæc pulcherrimos, frequenteſque adhuc in omnium cimeliis nummos, cudit. In iis paſſim Solis cernas radiatum caput, ad mirabilis iſtius coloſſi effigiem adumbratum, atque florem, unde urbi pariter atque inſulæ nomen. Singularem itaque* Rhodi *nummum produxit* Haymius *in Theſ.* Brit. *Tomo* I. *pag.* 138. *in quo a priori parte conſpicitur caput virile diadematum, a poſteriori Floris ſolita cum calyce adnato figura, caduceo præterea, litera* P. *quæ Rhodi eſt initialis, atque nomine* APIΣTAKOΣ. *Docet ibidem literas* AKOΣ *recenti manu refectos fuiſſe, priores vero* APIΣT. *vetuſtas eſſe & a prima manu, remanere præterea in reliqua nummi ora lituras aliarum, quæ olim exſtiterint literarum. Unde ipſe ſuſpicatur legi debere* APIΣTOKPATHΣ. *Caput itaque refert ad* Ariſtocratem, Rhodiorum *ducem, cujus meminerit* Suidas, *quemque idem ait ob magnam virtutis exſpectationem ad principatum a civibus fuiſſe evectum, ſed opinioni de ſe conceptæ minime reſpondiſſe. Plura contra hanc ſententiam proferre poſſem, ſed meam ſimpliciter proponere malo. Literæ* APIΣT. *ſive* Ariſtacum, *ſive* Ariſtocra-

(a) Select. Num. T. V. pag. 41, 42.
(b) De Epoch. p. 132. ſeqq.

tratem, *ſive etiam* Ariſtotelem, Ariſtarchum, Ariſtomachum, *aliudve nomen expreſſerint, ad magiſtratum urbis* Rhodi *referendæ ſunt, prouti paſſim in eorundem* Rhodiorum *nummis magiſtratus nomen, nunquam vero caput, exprimitur. Et ſic apud* Choulium, *ubi de* Apolline *agit in libro de Religione* Romanorum, Arſtocriti *nomen agnoſcitur, apud* Begerum *Theſ.* Brand. *Tom.* I. *pag.* 412. Ariſtedæ; *apud* Goltzium *Tab.* XXIII. *Num.* X. Ariſtei. *Imo idem* Choulius *alteram nummi cujuſdam* Rhodii *partem profert (nam caput, quod Solis, ob præcedentes nummos fuiſſe videtur, non adeſt) in quo* ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ *expreſſe legitur; eſt vero nummi typus ſimillimus noſtro, prout &* Ariſtei *ille* Goltzianus. *Eoſdem autem nummos cum hoc* Haymii *non eſſe, patet ex capite Solis, & quod ex argento ſint; hic vero ſit æreus & caput diadematum exprimat. Quoniam vero in omnibus idem Floris & Caducei typus obſervatur, credo eodem tempore & pari occaſione cuſos hoſce nummos fuiſſe. Caput vero ex diademate, non Principis vel Imperatoris exercitus, ſed Regis eſſe agnoſcitur; atque vel* Apollinis *Regis eſt, vel potuit eſſe* Hieronis Primi, *Syracuſanorum Regis; apparebit enim quædam ſimilitudo, ſi velis* Parutianam *meam inſpicere* Siciliam, *ibique Tab.* CXLVIII. *&* CXLIX. *quærere Num.* 18. 19. 20. *&* 24. *At quid* Hieroni Siculo *cum urbe & inſula* Rhodo? *Dicam. Ex* Rhodo *inſula per majores ſuos* Lindios *ortus fuit hic Hiero, uti demonſtravi in Commentariis* Parutianis *pag.* 344. 354. *&* 1026. *unde & ſymbola urbis* Rhodi *plus ſemel in nummis* Syracuſanis, *ſub eo rege cuſis, apparent, uti docui ibidem. Hinc* Rhodiis *impenſius ſtudens, plurima illis contulit beneficia. Memorabilis hiſtoria exſtat apud* Polybium; *narrat enim is Lib.* V. *pag.* 598. *quomodo poſt terræ motum iſtum, quo miſere afflicta fuerat civitas, & admirabilis ille Coloſſus Solis conciderat, ad omnes Reges Civitateſque legatos* Rhodii *miſerint, tanto cum ſucceſſu, ut ditiſſimi inde evaſerint. Munificentiſſimos inter enumerat* Gelonem *&* Hieronem *fratres, qui præter argenti talenta ſeptuaginta quinque, lebetes argenteos & alia tanta dederint dona, ut illa quoque inſuper ad centum aſſurgerent talenta; & poſt hæc & majora beneficia, quaſi dando beneficium tam præclaræ civitati, ipſi accepiſſent, ſtatuas in eorum Digmate poſuiſſe, Populum videlicet* Rhodiorum *a Populo* Syracuſano *coronatum. Neque miror ſane, ſi & aliis Regibus publice honorem aliquem* Rhodii, *ſapientes ſane viri, & ob prudentiam a* Polybio *laudati habuerint, &* Gelonem Hieronem*que præcipue, in poſterum etiam demereri ſibi ſtuduerint, ejuſque faciem ut Benefici alicujus Numinis (non tamen addito nomine, ne regem liber populus videretur agnoſcere) in ære ſignato publico nomine exſtare voluerint. Hos enim vel ſimiles honores intelligere videtur* Polybius, *dum pag.* 600. *concludit, immerito famam magnanimitatis & ſplendoris ſui temporis Reges captare ex minutis donis, quæ quandoque afflictis dare ſoleant, ob quæ tamen parem benevolentiam atque honorem a* Græcis *ſibi haberi poſtulent, atque antiquis Regibus ab iiſdem haberi eſt ſolitus. Adſpiravit itaque* Herodes *ad antiquam illam* Gelonis, Hieronis, Antiochi, Ptolemæique *in liberalitate* Rhodiis *præſtita gloriam; notatque inſuper Joſephus de Bello Lib.* I. *Cap.* XXI. *eundem Rhodiis ad claſſem parandam inſtruendamque pecunias ſæpe multiſque in locis præbuiſſe.*

Num. 35. *Caput muliebre velatum & turritum. Ab altera parte* Minerva *gradiens dextra Victoriolam ſuſtentat, læva clypeo nititur, cum hac inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. *Exhibet nummum hunc* Haymius *Tom.* I. *pag.* 146. *ad Philopatorem autem, ex ſtirpe Regis* Tarcondimoti, *regnantem in Ciliciæ maritimæ parte refert ibidem* Maſſonus. Ciliciæ *vero maritimæ ſæpius mentionem facit Joſephus, præſertim Antiq. Lib.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 671. *ubi quoque regionis ejus urbem Mopſueſtiam (cujus inferius nummum proferemus) nominat. Omnis vero oræ ejus olim* Pompeji *temporibus Rex erat* Tarcondimotus *quidam,* Romanis *fideliſſimus trans* Taurum *ſocius, uti eum laudat* Cicero *ad Famil. Lib.* XV. *Ep.* I. *cujus filium ejuſdem nominis* Auguſtus *in regno confirmavit, quemque ſucceſſionem ſuæ poſteritati tradidiſſe aſſerit* Strabo *Lib.* IV. *pag.* 676.

Num. 36. *Caput muliebre velatum; ab altera parte eſt dimidia navis, cum inſcriptione* ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ. *Urbs* Agrippias *ſæpius* Joſepho *memoratur, dicta ita ab* Herode, *quum antea Anthedon vocaretur, teſte eodem Lib. de Bello Lib.* I. *Cap.* IV. *pag.* 60. *&* Cap. XXI. *pag.* 108. *ubi cum* Raphia *&* Gaza *conjungit; erat enim ſita ad mare viginti circiter ſtadiis a Gaza diſſita. Nomen in* Agrippæ, *qui gener Auguſti fuit, memoriam accepit; ſicuti Sebaſte ab ipſo* Auguſto *vocata fuerat; teſte eodem ibid. Cap.* V. *pag.* 64. *Numeratur inter reſtitutas & frequentatas a* Gabinio, *una cum* Jamnia, Raphia, *aliiſque paullo poſt Cap.* VIII. *pag.* 70. *Eadem fere exſtant Lib. Antiqu.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 670. *Cap.* XV. *pag.* 674. *Lib.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *&* *denique Lib.* XV. *Cap.* VII. *pag.* 761.

Num 37. *Caput virile barbatum, cum inſcriptione* ΠΕΡΓΑΜΟC. *Ab altera parte Clavæ cernitur involutus Serpens; ad latus eſt Cornucopiæ; in circuitu legitur* ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΚΛ. ΚΕΦΑΛΙΩΝΟC. *Herois* Pergami *illud caput eſt, nobiliſſimæ in Myſia civitatis* Pergami *conditoris, cujus urbis incolæ, ob Æſculapii gloriam ſymbolum ejuſdem Dei Serpentem baculo involutum, ſeu clavæ, in monetis ſuis referre ſolent. In hac etiam Græca urbe,* Græcorum *amantiſſimus* Herodes *benevolentiæ & ſplendoris ſui monumenta exſtare voluit.* Nonne, *inquit Flavius, de Bello Lib.* I. *Cap.* XXI. *pag.* 109. etiam Athenienſes & Lacedæmonii, Nicopolitani, & in Myſia Pergamus Herodis ſunt plena donariis? *Exſtat vero* Pergami *hic nummulus apud* Haymium *Tomo* I. *pag.* 129.

Num. 38. Herculis *caput ſacra ſibi fronde coronatum; ab altera parte inter duos ſtellatos* Dioſcurorum *pileos ſacra Hydria ſive cantharus ſerpente circumvolutus cernitur, cum inſcriptione* ΜΑΣΑΝΙΣΣΑ... *quod magiſtratus ibidem nomen eſſe videtur. De typo hoc conſuli poteſt* Haymius *Tomo* I. *pag.* 129. Lacedæmonios *autem & alibi ſæpius laudat* Joſephus, *& de cognatione cum* Abramidis *gloriari ſcribit Antiqu. Lib.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 606. *ubi* Arii Lacedæmoniorum *Regis Epiſtolam ea de re profert, cujus literas dicit fuiſſe quadratas, ſigillum vero Aquilam Draconem tenentem. Reſponſorias vero Jonathæ, Senatus Judæorum & Communis recitat idem Lib.* XIII. *Cap.* V. *ubi itidem de iſta cognatione agitur. Sed & alii* Lacedæmoniorum *nummi apud eundem* Haymium *& alibi inveniuntur.*

Num. 39. Tarſi, *nobiliſſimæ* Ciliciæ *urbis, meminit* Joſephus *Antiq. Lib.* IX. *Cap.* X. *pag.* 497. *ubi de* Jonæ *Prophetæ fuga agit; ſed & præterea Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 21. *primos gentium conditores enumerans,* Tharſum *quoque, ex* Japheti, *per* Jovanum *poſteritate,* Cilicibus *originem dediſſe aſſerit, qui ſcilicet olim* Tharſenſes *dicti fuerint ex conditoris nomine; unde metropoli quoque nomen* Tarſo, theta *in ſermone familiari in* tau *mutato. Antiquitatemque hanc ex Hiſtorico noſtro adnotavit* Stephanus Byzantinus *in ſuo de Urbibus libro; quære etiam ad d. l. dubitat Cl.* Relandus *an non* naves Tarſis *in SS. ad* Cilicias *referri poſſint. Non multa hujus urbis ante* Romanorum *Imperatorum tempora cuſa numiſmata exſtant. Elegans tamen hoc eſt, quod damus ex* Begero *Tom.* III. *Theſ.* Brand. *pag.* 66. *in quo videlicet* Jovis *atque* Herculis *ibidem cultus exprimitur; unde ab altera parte ſedentis* Jovis *eſt effigies, dextra victoriolam, læva haſtam tenentis; ab altera parte* Herculis *ſymbolum Clava in populea cernitur corona. Addi debuerant literæ numerales* HNP. *ſed cum non docuerit* Begerus, *quem ſitum in nummi area obtineant, ſufficere*

*** ***

mi-

mihi visum est, id solum monere. Referri possunt ad æram Seleucidarum, *& designare annum ejus* CLXXXVIII. *& victorias* Alexandri *Regis* Syriæ *ab ejusque ducibus reportatas.*


Num. 40. Seleuci *Sexti, vigesimi ex* Selęucidis Syriæ *Regis, interitum describens* Josephus *Lib.* XIII. *Antiq. Cap.* XIII. *ait illum a* Mopsuestienſibus, *a quibus pecunias exigere vellet; una cum regia & amicis fuisse crematum. Erat* Mopsuestia Ciliciæ *urbs, unicumque hujus nummum inveni apud* Begerum *Tom.* III. *Thes.* Brand. *pag.* 67. *in quo ratio etiam nominis ejusdem ipso typo exprimitur. A priori enim parte* Jovis *caput est; posteriore* Mopsi *focus, unde & appellatam ita fuisse civitatem* Stephanus *& alii docuerunt; inscriptio vero* MOΥΣΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *docet liberam fuisse & suis legibus usam; quali titulo plures* Antiochenſium *nummi, aliorumque superbiunt. Plura docta ad hunc typum congessit* Begerus; *illas vero notas, quæ in parte inferiori cernuntur, non attigit, quarum alteram monogramma (ut plura talia occurrunt) esse existimo; alteram æram indicare, & quidem* HΓ. *seu* ΡΓ. *ut innuatur cujus nummus anno centesimo tertio æræ* Seleucidarum.

Num. 41. *Caput diadematum* Mithradatis, Pontici *istius regis celeberrimi, illam animo insitam ferociam etiamnum sublimi ore spirans. Ab altera parte typus ei Regi solitus est, cerva pascens, cum inscriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. *Singulare hoc numisma binis de caussis profero; eo quod doceat nomen hujus Regis* Mithradates, *cujus interitum refert Josephus Antiq. Lib.* III. *Cap.* III. *p.* 688. *& de Bello Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 66. *non vero* Mithridates *scribi debere; tum, quod unicum hoc, visum quondam a me penes Nobiliss.* H. A. Marckium, *Dom. in* Leure, *sit toto orbe notum, ex auro purissimo atque indubitatæ fidei. Atque hæc in præsenti pro Josepho illustrando Numismata sufficiant.*



JACO-

21. Æs.



22. Æs.



23. Æs.




24. Æs.




25. Æs.




26. Æs.



27. Æs.



28. Æs.




29. Æs.



30. Æ.




31. Æs.



32. Æs.



33. Æs.




34. Æs.



35. Æs.



36. Æs.



37. Æs.




38. Æ.




39. Æs.



40. Æs.



41. Æ.



†JACOBI GRONOVII PRÆFATIO AD DECRETA ROMANA ET ASIATICA.

Si particula hæc debuit eruditiſſimo Joſepho, ſed luxato ſatis, ex hujus Academiæ bibliotheca reſtitui, habeo quod gratuler mihi, qui ad eam potui metari iter & apprehendere. Antiquos ejus ſcriptoris codices neſcio quo fato lacunis refertos eſſe apparuit ſatis ex ipſa Arlenii conqueſtione atque etiam ratione qua is in edendo fuit uſus, ut duos codices compoſuerit, quorum uterque alterius lacunas explere poterat. Ab eo tempore paulatim hîc illic aliquid erutum & productum eſt, ut docta ejus opera exſtarent integriora. Lectus ille mihi primum fuit accuratiſſime, ſed & jucundiſſime, quum Polybio puer admoverer, & in Suidæ fragmentis animadverterem per viros doctos aliqua iſti ſcriptori attribui, quæ erant Joſephi, prout mirabiliter & ſtyli modus & mentis placita in Joſepho & Polybio conveniunt, quæ tamen diſcerni oportet. In eo quiſquis legit libri XIV caput XVII, facile ille deprehendit circa finem aut quædam ibi excidiſſe, aut aliquid male poſitum eſſe, quum ſcribat pag. 485. παραθήσομαι δὲ τὰ γινόμενα ὑπὸ τῆς συγκλήτου δόγματα δὲ Ἰουλίῳ Καίσαρι, *apponam etiam facta ſenatuſconſulta & decreta Julii Cæſaris.* Attamen omnia vicina quæ ſequuntur, ſunt Julii Cæſaris; & mox eo occiſo M. Antonius & P. Dolabella præponuntur SCto, cui nec caput nec pes adeſt; mox adnectitur L. Lentulus quaſi ille poſt Dolabellam fuerit. Et ſic tum jactat multa etiam eſſe alia talia ab ſenatu aut Imperatoribus δόγματα aut ab urbibus ψηφίσματα δὲ γεγράμματα, quorum nulla oſtendit in illis quæ vel antecedunt vel ſubjiciuntur; nempe quia forſan bene doctus librarius, ſed operæ fugiens, aut horrens ad turbam nominum, corripuit ſeriem narrantis late & exſpatiantis in hoc capite Joſephi; & quum per mentionem decreti ab Lentulo facti de Judæis in urbe Epheſo eſſet data auctori occaſio adnectendi alia decreta de Judæis apud Delios, Sardianos, Coos, Laodicenſes, Mileſios, Pergamenos, univerſa iſta immerito & inique ſunt faſtidita.

Hæc quum ægre ferrem & magno omnium ſilentio dolerem ita putidam & hiantem offenſam in tanto ſcriptore non commovere viros doctos ad remedium quacunque concurſatione petendum, denique etiam potui in ſermonibus cum fortuna de tanto flagitio queri, quoniam res non erat amplius obſcura aut ignorata. Quippe deploraverat jam palam Iſaacus Voſſius anno præcedentis ſæculi LXXII in ſcripto de Sibyllinis oraculis cap. 8. in hæc verba, quæ recognoſcas licet. [*Judæos autem magno iſtoc tempore numero habitaſſe in pleriſque fere Aſiæ urbibus, patet ex beneficiis a Populo Romano collatis, quorum exempla ex Joſepho alias dabimus. Neſcio enim qua ratione factum ſit, ut pleraque illa decreta abſint ab editis Joſephi exemplaribus, cum & in ſcriptis libris & in verſione exſtent antiqua, licet admodum mutila.*] Immo mox anno LXXXIV in Obſervationibus ad Catullum pag. 313 prolaturus decretum, quod exſtat pag. 21, hæc præmittit: [*Verum ut liquidius innoteſcat, quantopere olim Judæis familiares fuerint orationes in maris litore, adſcribam decretum Halicarnaſſeorum, quo Judæis licentia a Romanis conceditur, ut ritu patrio preces fundant litorales.*] Quo adſcripto dein pag. 314 addit: [*Integrum adſcripſi ψήφισμα, quoniam & hoc æque ac reliqua decreta, quorum mentionem facit Joſephus, abſunt a vulgatis hujus ſcriptoris exemplaribus.*] Quæ tam patulæ & conſpicuæ & publice utiles viri docti ejulationes non ſunt certe ejus generis, ut ſperni mereantur aut inter notitias Joſephi non recenſeri, quas tot cernimus ſane inanes & nihil utiles colligi. Joſephus utique præ debilitate hac mancus pergit hærere in eodem luto, etſi poſt id tempus de eo ſæpe ſit itum in conſilium. Sed etiam ſummopere ſtupeo, cur ipſe Voſſius, qui etiam adſcripſit in margine *hæc abſunt ab editis*, hoc ſtudiorum Græcorum & eorum hiſtoriæ ſupplementum, hoc nobile ſolennitatis in talibus decretorum formulis ſpecimen, hoc peculiare facti perquam memorabilis documentum & per quos & qua via id impetrari potuerit, indicium, evulgandi non obiverit ipſe decus, præſertim quum per tot annos bene ſyngrapha velut ſua ſe adſtrinxerit ac ſciverit ſe pollicitationi ſuæ inhærere. Sed obſtitit credo illi eadem cauſa, quam remoratam opinor fuiſſe etiam priores exemplaris illius poſſeſſores, quorum unus adſcribitur Wilhelm Nooms: quod etiam exemplar cujus chirographi ſit, ſane non probatiſſimi, patet ex varietate vel magis pravitate lectionum, quam ideo partim contextui ſubjeci, partim in notis memoravi. Nec aliud obſtitiſſe crediderim aliis editoribus ab producendo, ſicut forſan & librarios ſcribas deterrere potuit, quo minus ea ſuis locis collocarent ac bene depingerent, ut nunc forſan in multis etiam vetuſtis codicibus

† Quoniam inter reliquas Præfationes hæc neglecta fuerat, hoc in loco apponi curavimus.

cibus fruſtra quærantur. Erat magna hallucinatio in auctoritate præfixa vel ſenatus conſulto ſub Dolabella & Antonio, vel Lentuli decreto ſic repetito, ut pateat ſcribam invitum illa exaraviſſe. Ignorata norma fuit præfationum in SCtis & edictis, unde illa ſunt & in editionibus ita jejune contracta, & hîc tantopere involuta, ut bene vix queant expediri & purgari. Præſertim magna erat confuſio nominum propriorum, quum minus attenderetur in his Romana conſuetudo. His quum Romani adſueverint immiſcere tribum, ſed perpetua apoſiopeſi indicatam, os Græcum poſterioris temporis nequivit id recte percipere & hinc quoque in hac parte non vitioſe agere. In quo tamen omnem iram adverſus ſcribas deprecatur immenſa abſurditas Jo. Harduini, qui quum in Nummis Illuſtratis pag. 164. citaviſſet inſcriptionem ab Jac. Sponio publicatam, in qua occurrit *C. Sextilius P. F. Vot.* quam citavi pag. 35, velut rem inauditam & maximi momenti agens poſteriores literas explicat *Voturia*, & hinc tum tribum Voturiam, tum acumen ſuum in Plinii *Galeria* libro VII. ſect. L. reſtituta & Romana conſuetudine illuſtrata ex Aſconio Pediano jactans claudit [Vide in Plinianis notis & emendationibus ad lib. VII num. CXXXIX] ubi tamen nihil niſi hoc ipſum quoque reperies & rixam cum imperitis editoribus, qui eam vocem maſculino more ac ſono deformarint, ignari ſcilicet tribuum nomina ſolita ſic efferri. At, o bone, præſtitiſſet attuliſſe notam Pauli Manucii ad Ciceronem lib. VIII. famil. epiſt. 8. hanc, ubi agit de tribubus. [Galeria. Liv. lib. 27. Plinius lib. 7. cap. 49. etſi pro Galeria legitur Galerius. Sed corrigendus locus eſt ex antiquo libro avunculi mei Franciſci Aſulani.] Neque iſta verba latent in magno notarum corpore vix animadvertenda: immo illa ipſa ſolent adnecti Antiquitatibus Romanis Roſini, ut quibuſcunque adoleſcentibus exhibeantur. Cur igitur chartam ſic maculat & ſibi placere conatur? Sed vides hinc, quam poſſit conturbare homines nominum ratio. Non ideo tamen ſic contineri manum oportebat, aut adeo præclaram nitentis clavi purpuram ex veſte Judaica aboleri. Niſi fallor, unum hoc eſt monumentum, unde diſcimus, quomodo ab Imperatoribus SCta in provinciis ſolerent exſecutioni mandari, nempe ut in urbes, quas proponebant, ea mitterent addito mandato ſuo quod tacitàs continebat minas, ni parerent. Itaque rurſus inſuere tentavi; fortunam præſtabit tempus. Vale, qui legis, & quod pag. 110 verſ. 29 excidit poſt vocem *omittente*, *ſed Dione apud Xiphilinum illic productum uſurpante*, appone.

DE-

DEDICATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

VIRO LONGE NOBILISSIMO
JACOBO BRUGES
DUCI de CHANDOS
MARCHIONI & COMITI
DE CARNARVON,
ET
BARONI CHANDOS
DE SUDELEY.

CUM post multorum annorum laborem improbum, & magnos sumptus Josepho impensos, pæne languerem, Tu solus, Vir illustrissime, benignitate Tua me labantem excitasti, & munificentia Tua effeciſti, ut Operi tam difficili & laborioso par essem perficiundo. quapropter si quid fructus aut emolumenti ex meis Vigiliis capiat Respublica Literaria (capiet autem, uti spero, nonnihil) id omne Tibi acceptum referri debere palam aperteque profiteor. Josephum igitur meum Patrocinio Tuo demisse & humiliter commendo, quem accipias rogo, ut grati animi & observantiæ in Te meæ Testem perpetuum & monumentum futurum. Quod superest, Deum Optimum Maximum enixe precor, ut Te, Vir Nobilissime, Literis & Literatis præsidium certissimum, diutissime servet incolumem.

Tui

&

Dignitatis

Tuæ

Studiosissimus.

JOANNES HUDSON.

PRÆFATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

ANTONIUS HALLIUS.

COGITANTI mihi ſæpenumero de Fatis Veterum Scriptorum, mirum omnino videri ſolet, neminem inter Eruditos extitiſſe, qui id Joſepho præſtaret, quod aliquammulti Auctoribus Joſepho multo vilioribus jamdudum præſtiterunt. Et neſcio ſane an rei difficultas quoſdam ab hoc opere aggrediundo abſterruerit; nonnullis certe mors ipſa impedimento fuerit, quo minus opus aggreſſum laudabiliter conficerent. Utcunque autem hæc ſe res habeat, id felicitatis uni demum contigit Hudſono, viro in Litteris peritiſſimo, ut rem diutiſſime deſideratam fortunate abſolveret. Et dolendum equidem eſt, virum doctiſſimum prius mortem obiiſſe, quam merita ſua in Joſephum Ipſe Lectoribus ſuis commonſtraſſet. Hoc tamen poſſum pro certo affirmare, Me ſæpius ex ipſo audiviſſe, illi non animum fuiſſe, ut Prolegomena longa ad Joſephum conderet, ſed Præfatiunculam duntaxat, quid ab eo in ſua Joſephi Editione præſtitum fuerat expoſituram. illud alterum pridem factum fuiſſe optime cognoverat a nobili Eruditorum Pari, Thoma Ittigio in Prolegomenis Joſepho Lipſienſi præmiſſis, & Joanne Alberto Fabricio in [2] Bibliotheca Græca, Opere in ſuo genere eximio.

Ad quartum uſque Indicem, qui eſt Scriptorum a Joſepho laudatorum, Operæ proceſſerant Typographicæ, cum Hudſonus noſter, paulo poſt moriturus, me accerſens, Joſephum ſuum mihi in manus tradidit: rogavitque, ut ſi quæ reſtarent peragenda ipſe perficerem, annuli libentiſſime, ne aut juſto ejus deſiderio, aut neceſſitudini, quæ per plures annos inter nos interceſſerat, deeſſe aliquatenus viderer.

Hudſono ad manus erant omnes Veterum Joſephi Interpretum & Textus Græci Editiones. Codices MSS. itidem fere omnes vel ipſe oculis luſtraverat, vel Lectiones ex iis ab aliis collectas poſſidebat. Criticorum etiam ſcrinia poſt Litteras inſtauratas præſtantiſſimorum diligenter excuſſerat, & ſi quod lucis inde ad Joſephum ſuum illuſtrandum hauriri potuerat id omne in Notas ſuas tranſtulerat. quas qui ſtudioſe perlegerit, facile judicabit quanti Joſephus Hudſono noſtro conſtitit: nihil eſſe litterarum deprehendet ſive veteris ſive recentioris ævi, nihil Librorum ſive ſacri ſive profani argumenti, ad quod ille animum oculoſque non converterat.

Ex Libris Scriptis, quorum Lectiones ob oculos habuit, Busbequianus videtur eſſe reliquis brevior, & non omnino abſimilis illi Epitome Antiquitatum, quam adhibuiſſe ſe teſtatur Arnoldus Peraxylus in procuranda Editione Baſileenſi; aut Epitome MS. Librorum de Bello, qua, a L. Capello mutuo accepta, in condendis Annalibus ſuis Jacobus [3] Uſſerius ſe uſum fuiſſe profitetur. Eſt autem Codex A. Busbequii, qui in Bibliotheca Cæſarea ſervatur; optimæ notæ; ut & alius etiam J. Sambuci, in eadem Bibliotheca repoſitus.

*Inter Schedas J. A. * Boſii cæteris præſtare videntur Lectiones e Codicibus Tho. Reineſii, viri ſummi, exſcriptæ; & Caſparis Barthii, celeberrimi Polyhiſtoris, ad [4] veterem Joſephi In-*

1 Inter quos eminent J. A. Boſius, Stephanus Monachius, Edvardus Bernhardus, Jacobus Gronovius, Godefridus Olearius, & Hadrianus Relandus.

2 Lib. IV. c. 6. quod quidem caput, in gratiam Lectorum, poſt *Teſtimonia* dedimus recuſum.

3 Vide ejus Epiſt. ad Arn. Boot.

* Quem limam Joſephi appellare ſolebat doctiſſ. Bernardus.

4 Colon. 1524. Fol.

Interpretem [1] *Notulæ. S. Petiti Conjecturæ, in Bibliotheca Bodleiana reconditæ, minus faciendæ; utpote nimium plus tribuentis Rabbinis, Magiſtellis iſtis, qui Antiquitates Judaicas primi omnium corruperunt. Sed Syllabum Codicum, per quos profecerit Hudſonus, ab ipſo profectum, infra excuſum exhibebimus.*

*Textum Joſephi diligentiſſime recognovit, & ad Codices correxit; Errores Typographicos, qui in priores Editiones irrepſerant, ſtudioſe ſuſtulit; nonnullos tamen aut ipſe reliquit, aut fortaſſe etiam admiſit, quos nihilominus omnes, quanta fieri potuit cura, * ad finem Operis emendatos reperies.*

Joſephus Scaliger, recentiorum doctiſſimus, veterem Flavii Interpretem imperitiſſimum appellat; neque Sigiſmundus Gelenius, vir alioquin laude ſua minime fraudandus, qui emendare & ad Græca Joſephi refingere veterem illam Verſionem conatus eſt, hac in parte, Eruditis ſatisfecit. Hinc novus Hudſono labor ſurgebat; nova Verſione ab ipſo donandus erat Joſephus; quam tam pure tamque Latine elaboratam nobis dedit, ut cum Scriptis hujus generis præſtantiſſimis merito conferri poſſe videatur.

Neque dubium eſſe poteſt, quin multi amicorum multa illi ſubſidia ad Joſephum illuſtrandum ſubminiſtrarent. Copiam Editionis Baſileenſis, manu Iſ. Caſauboni paſſim notatæ, Principi debuit Criticorum Richardo Bentleio; Varietatem Lectionis è Codice quodam Regis Galliarum Michaeli Lequienio, Dominicanorum doctiſſimo; Obſervationes quaſdam egregias viro eruditiſſimo Richardo Ibbetſono, diſcipulo olim ſuo, cujus conjecturas ſemper exoſculatus eſt; Annotata illuſtris E. Spanhemii Cl. Jablonskio. neque prætereundus eſt Guilielmus Lowthius, Præbendarius Wintonienſis digniſſimus, cui tantum debuit quantum familiarium nemini. Alia fortaſſe aliis.

De Joſepho ſic fere cenſuit Hudſonus: Scriptorem fuiſſe eloquentiſſimum, & veri ſtudioſiſſimum; ſectatorem in nonnullis Dogmatum S. Joannis Baptiſtæ, ac proinde Teſtimonia de Iesu Christo *& Jacobo Juſto genuina eſſe; errores quos illi nonnulli eruditorum impingunt Librariorum potius eſſe quam ipſius Joſephi; non eſſe Auctorem Maccabaici, ut neque Tractatus de Univerſo, qui ſub ejus nomine etiamnum alicubi exſtat.*

Quid autem cenſendum ſit de ipſo Hudſono, Ego quam potero breviſſime expediam. Natus erat [2] *Widopiæ prope Cockermutham in Agro Cumbrenſi paulo poſt inſtauratam apud Britannos Monarchiam. Grammaticen in vicinia didicit ab Hieronymo* [3] *Hechſtettero. Juvenis admodum Oxonium* [4] *miſſus, in Collegio Reginenſi ſub Tutela Thomæ Croſthwaitii, viri varia doctrina & humanitate in exteros ea tempeſtate celebris, Philoſophiæ operam dedit; quam ita coluit, ut Litteras interim Humaniores nunquam neglexerit. illas enim per totum vitæ ſpatium mirifice dilexit, & tantos in iis progreſſus fecit, quantos nemo fere ſuorum æqualium, etſi vixerat in Collegio Litteratorum ſemper feraciſſimo. Non multo poſt quam gradum in Artibus Magiſtralem* [5] *ſuſceperat, ad Collegium Univerſitatis commigravit. ubi electus in Socium, per multos annos officio Tutoris functus, Adoleſcentes ad Philoſophiam & bonas litteras inſtituebat. Dum hæc ſolita diligentia curaret, Thomæ Hydeo, Linguarum pæne omnium perito, in Præfectura Bibliothecæ Bodleianæ ab Academia* [6] *ſufficitur. quem quidem provinciam ad mortem uſque ſumma cum laude adminiſtravit. Principalitatem poſtea Aulæ Beatæ Mariæ Virginis ab honoratiſſimo Academiæ Cancellario* [7] *obtinuit, rogatu Viri maxime famigerati Joannis Radcliffii, Medicorum omnium ſui ſæculi facile Principis. Edidit* [8] *Vellejum Paterculum,* [9] *Thucydidem,* [10] *Dionyſium Halicarnaſſeum, Geographiæ veteris* [11] *Scriptores Græcos minores,* [12] *Longinum,* [13] *Mœridem Atticiſtam, &* [14] *Æſopum. Lactantium prelo paratum habuit; ſed quid de eo factum ſit, juxta cum ignariſſimis ſcio. Alia minutiora ſciens prætereo. Tandem anno* MDCCXIX. *die* [15] *27. Novembris, poſt diutinum languorem, magno litterarum damno, hydrope extinctus eſt. Uxorem duxit Margaretam, filiam D. Roberti Har-*

1 Ex manu Chriſtiani Daumii.
* Suo loco ubique in Nova hac Editione ſublatos aut correctos invenies.
2 Vulgo Wedehop.
3 Coll. Regin. Oxon. quondam Socio.
4 Anno 1676.
5 1684.
6 Anno 1701. menſe Julio.
7 Anno 1712.
8 Oxon. 1693. 8°. & poſtea 1711.
9 Ibid. 1696. G. L. cum Scholiis, Fol.
10. G. L. cum Notis 2 Voll. Fol.
11. Quattuor Voll. in 8°. 1698, 1703, 1712.
12. Oxon. 1708. & 1718. 8°.
13. Ibid. 1711.
14. Oxon 1718. 8°. cum nova Verſione, & magna Fabularum acceſſione.
15. Hora 6 A. M. Ætatis circiter 57.

Harriſon Equitis Aurati; ex qua progenuit filiolam unicam, nomine itidem Margaretam, puellulam novem annorum, forma atque indole eximiam.

Viris eruditis ſuæ ætatis omnibus innotuit. hinc ipſi natæ doctorum amicitiæ, & cum multis litterarum etiam commercia. Tales erant in Italia Ludovicus Antonius Muratorius, Joannes Maria Salvinius, & vir illuſtris Franciſcus Blanchinius; In Gallia Joannes Boivinius, Ludolphus Kuſterus, & cujus amicitiam magni ſemper fecit Michael [1] Lequienius; In Germania Godefridus Olearius, Joannes Burchardus Menckenius, Joannes Chriſtophorus Wolfius, Henricus Ludovicus Schurtzfleiſchius, Joannes Georgius Eccardus, & quem præ cæteris coluit Joannes Albertus Fabricius; In Suecia Ericus Benzelius, a quo Philonem Judæum propediem exſpectamus; In Dania vir nobiliſſimus Friderieus Roſtgardus; In Belgio Jacobus Perizonius, Hadrianus Relandus, &, paulo ante obitum, Joannes Clericus. Notiores ſunt Angli, quam ut mea egeant nomenclatione.

Erat probitate antiqua, facie decora, ſtatura mediocri, valetudine firmiſſima, quam tamen ſtudiis & vigiliis nunquam intermiſſis penitus tandem labefactavit. Hæc habui inpræſentiarum dicenda de Joanne Hudſono, viro doctiſſimo, & mei, dum viveret, amantiſſimo.

1 Damaſceni Editor.

Scribebam in Coll. *Regin.* OXON.
VI. Non. Maji MDCCXX.

VE-

VETERUM TESTIMONIA DE JOSEPHO, EJUSQUE SCRIPTIS.

SÆCULO II. à CHR. N.

I. *Suetonius Tranquillus in Vespasiano, c. 5.*

APUD Judæam Carmeli Dei oraculum consulentem, ita confirmavere sortes, ut quicquid cogitaret, volveretque animo quamlibet magnum, id esse proventurum, pollicerentur. Et unus ex nobilibus captivis *Josephus*, cum conjiceretur in vincula, constantissime asseveravit fore, ut ab eodem brevi solveretur, verum jam Imperatore.

II. *Justinus Martyr in Orat. Cohort. ad Græcos, p.* 10. *Edit. Paris.*

Επὶ δὲ καὶ σοφώτατοι, Φίλων τε καὶ Ἰώσηπος, οἱ τὰ καθ' Ἰουδαίους ἱστορήσαντες, ὡς σφόδρα δεχαίᾳ καὶ παλαιᾷ τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντος Μωϋσέως μέμνηνται. ὁ μὲν γὰρ Ἰώσηπος, τὸ δεχαῖον καὶ τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας καὶ ἀφ' ἧς ἀπὸ τῆς βιβλίων σημείωσαι βυλόμενος, ἀρχόμενος τῆς ἱστορίας ἅτω γράφει· ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ· τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας Ἀρχαιολογίαν ὀνομάζων.

Quin & sapientissimi illi Philo & *Josephus*, qui res Judaïcas scripserunt, ut admodum vetusti & antiqui Judæorum principis Moysis faciunt mentionem. Ipse certe *Josephus*, vetustatem rerum per ipsorum librorum inscriptionem significare volens, historiam exorsus ita scripsit; FLAVII JOSEPHI ANTIQUITATUM JUDAICARUM LIBRI: vetustatem historiæ Antiquitatum nomine designans.

III. *Idem iterum, pag.* 11.

Ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ελλῆνες, οἱ ἔξωθεν τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας περὶ τῆς δεχαιότητος Μωϋσέως ἱστοροῦντες γεγράφασι· καὶ πάντα πάντα παρ' Αἰγυπτίων ἱερέων μεμαθηκέναι φήσαντες, παρ' οἷς οὐκ ἐτύχθη Μωϋσῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς Αἰγυπτίων παιδεύσεως μετασχεῖν ἠξιώθη, διὰ τὸ ὑπὸ θυγατρὸς βασιλέως εἰς παῖδος ὠνομάσθαι χώραν· καὶ διὰ τὴν περιηρμένην περιφασιν πολλῆς ἠξιῶσθαι ἀγωγῆς, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ σοφώτατοι τῶν ἱστοριογράφων, οἱ καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὰς πράξεις καὶ τὸ τοῦ ἤθους ἀξίωμα ἀναγράψασθαι σπουδάζοντες, Φίλων τε καὶ Ἰώσηπος. ὅτοι μὲν, τὰς Ἰουδαίων ἱστοροῦντες πράξεις, ὑπὸ μὲν τῶν Χαλδαίων ἤθους τὸν Μωϋσέα γεγονέναι φασί· τῶν δὲ παρ' ἐκείνοις αὐτοῦ διὰ μικροῦ πρόφασιν ὑπὸ τῶν φοινίκης διὰ τὴν Αἴγυπτον μεταναστάντων, ἐκεῖ τὸν ἄνδρα πύθεσθαι φασίν· ὃν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν ὁ Θεὸς τιμῆσαι οὕτως, καὶ πρόνοιαν καὶ στρατηγὸν καὶ νομοθέτην γενέσθαι τῶν ἑαυτοῦ λόγου ἠξίωσεν, ὁπηνίκα ὑπὸ τῆς Αἰγύπτου τὸ τῶν Ἑβραίων πλῆθος διὰ τὴν οἰκείαν χώραν ἐπανελθεῖν ἐδικαίωσε.

Hæc sunt, viri Græci, quæ de Mosis vetustate externi & à religione nostra alieni homines, historias scribentes, tradiderunt: omnia ista se ab Ægyptiis sacerdotibus accepisse professi; apud quos non natus solum, sed etiam qui omni Ægyptiorum disciplina imbueretur, dignus habitus est, propterea quod a Regis filia in filii locum fuerit adoptatus. Propter quam itidem causam magno est eductus studio, quemadmodum in literas retulerunt sapientissimi historiographi, qui de vita ejus & rebus gestis generisque splendore scribendi provinciam sibi sumpsere, Philon & *Josephus*. Hi siquidem, Judæorum res gestas memoriæ mandantes, à Chaldæis Mosen originem traxisse scribunt. Majores quippe ejus per famis causam è Phœnicia in Ægyptum transiisse, atque ibi virum eum genitum memorant: quem Deus ob præstantem ipsius virtutem honore auctum, Principem, Imperatorem, & Legsslatorem genti suæ præposuit, cum ex Ægypto Hebræorum multitudinem in regionem suam reverti, justum & æquum esse duxit.

IV. *Idem rursus, pag.* 14.

Ταῦτα οὐ μῦθος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ελλῆνες, οὐδὲ πεπλασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν· ἀλλ' αὐτοὶ, ἐν τῇ Αλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ φαρῳ ἱστορήσαντες ἔτι σωζόμενα, καὶ ἀκούσαντες ἐκεῖ παρὰ τῶν πατέρα παραληφότων, ἀκηκόαμεν, ταῦτα ἐπαγγέλλομεν· ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μαθήσεσθαι, καὶ μάλιστα παρ' αὐτῶν τῶν περὶ τούτων ἱστορησάντων, σοφῶν καὶ δοκίμων ἀνδρῶν, φίλωνός τε καὶ Ἰωσήπου, καὶ ἑτέρων πλείονων.

Hæc vobis, viri Græci, non ut fabulam, neque ut confictam historiam, renunciamus: sed qui ipsi Alexandriæ fuerimus, & vestigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus; & ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus sibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus: quæ ex aliis quoque (aliqua ex parte) intelligere potestis, & potissimum ex eis qui ista scriptis suis inseruerunt, sapientibus & spectatis viris, Philone & *Josepho*, & pluribus aliis.

V. *Idem (vel Auctor incertus) in Quæst. & Respons. ad Orthodox. p. 462.*

Si ignorantia, quæ præter voluntatem provenit, veniam secum affert, sicuti nos Scriptura docet, quomodo qui olim extitere Judæi, & Christum per ignorantiam supplicio crucis affecere, plurimis & intolerandis affecti sunt calamitatibus, sicut in libris *de Excidio* eorum docet *Josephus*?

Εἰ συγγνώμλω ἡ ἀκούσιος ἐφέλκεται ἄγνοια, καθὼς ὑπὸ τ γραφῆς διδασκόμεθα, πῶς οἱ μὲν πάλαι Ιουδαῖοι, τ χριστὸν ἐξ ἀγνοίας σταυρώσαντες, πολιτῶν τ᾽ ἀνυποιστῶν δεινῶν ἐπειράθησαν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τ Αλώσεως λόγοις μαρτυρεῖ ὁ Ιώσηπος;

VI. *Irenæus, in Fragmento è Cod. Bibliothecæ Vindobonensis, p. 472. Edit. Oxon.*

Josephus ait, quod, quando in regali aula educabatur Moses, dux exercitus contra Æthiopes electus, & victor evadens, filiam Regis ejus uxorem duxerit: siquidem ex amore, quo ipsum prosequuta est, civitatem ei tradiderat.

Ιώσηπός φησιν, ὅτι, ἰώσα ἐν βασιλείοις ἐτρέφετο Μωϋσῆς, στρατηγὸς χειροτονηθεὶς τ᾽ τ Αἰθιόπων, καὶ νικήσας, ἠγάγετο τ᾽ τ βασιλέως ἐκείνου θυγατέρα· ἐπιτρέψαντος τοῦ πεθ᾽ αὐτὸν περιδόσιν αὐτῷ τὴν πόλιν.

VII. *Theophilus ad Autolycum, lib. 3. p. 257. Edit. Oxon.*

Quod autem attinet ad Phœnicum & Ægyptiorum testimonium, sicuti scripsere de temporibus quæ ad nos spectant, Manetho quidem Ægyptius, & Menander Ephesius, necnon *Josippus*, qui contexuit *Historiam Belli Judaïci* cum Romanis gesti, ita & ista nobis sufficere in præsentiarum reor.

Τῆς μὲν οὖν Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων μαρτυρίας, ὡς ἱστόρησαν περὶ τ καθ᾽ ἡμᾶς χρόνων οἱ συγγεγράφαντες [a] Μανεθὼν ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ Μένανδρος ὁ Εφέσιος, ἔτι δὲ καὶ Ιώσιππος, ὁ ἀναγεγράφας τ Ιουδαϊκὸν πόλεμον, τ γεγομένον αὐτοῖς ὑπὸ Ρωμαίων, ἀρκετῶς ἤτω ἡμῖν τὰ εἰρημένα.

VIII. [b] *Clemens Alexandrinus in Stromatum lib. 1. p. 341. Edit. Paris.*

Flavius autem *Josephus* Judæus, qui Judaïcas composuit historias, colligens tempora, ait, à Mose usque ad David esse annos DLXXXV. à David usque ad secundum annum Vespasiani MCLXXIX. deinde ab eo usque ad decimum annum Antonini annos LXXVII. ita ut à Mose usque ad decimum annum Antonini sint omnes anni MDGCCCXXXIII.

Φλαύιος δὲ Ιώσιππος, ὁ Ιουδαῖος, ὁ τὰς Ιουδαϊκὰς συντάξας ἱστορίας, καταλογὰν τὸν χρόνων, φησὶν, ἀπὸ Μωσέως ἕως Δαβὶδ ἔτη γίγνεσθαι φησί· ἀπὸ δὲ Δαβὶδ ἕως Ουεσπασιανοῦ δευτέρου ἔτους, [ἔτη] ϡοθ'. εἶτα ἀπὸ τούτου μέχρι Αντωνίνου δεκάτου ἔτους, ἔτη οζ'. ὡς εἶναι ἀπὸ Μωσέως ἕως τὸ δέκατον ἔτος Αντωνίνου πάντα ἔτη ϡωλγ'.

IX. *Tertullianus in Apologetico adversus Gentes, p. 19. Edit. Paris.*

Judæus *Josephus* Antiquitatum Judaïcarum vernaculus vindex.

X. *Dion Cassius Histor. Rom. lib. 66. p. 745. Edit. Hanov. Vide infra in Joannes Xiphilinus.*

XI. *Minucius Felix, p. 36. Edit. Oxon.*

Scripta eorum relege, vel si Romanis magis gaudeas, ut transeamus veteres, *Flavii Josephi*, vel Antonii Juliani, de Judæis require.

XII. *Origines in Commentariis ad Matthæum, p. 223. Edit. Rothom.*

Usque adeo autem Jacobus hic Justitia sua apud populum celeber fuit, ut *Flavius Josephus*, qui XX. libris *Judaïcam Antiquitatem* conscripsit, rationem reddere volens, quare talia perpessus fuerit populus, ut Templum etiam dirutum fuerit, dicat hæc illis ira Dei contigisse, propter ea quæ adversus Jacobum, fratrem Iesu, qui Christus dicitur, perpetraverunt. Ac mirabile quidem illud est, cum Iesum verum esse Christum non crediderit, eum tamen tantam Jacobo justitiam testimonio suo tribuisse; dicit autem existimasse etiam populum, se hæc Jacobi causa sustinuisse.

Επὶ πόσον δὲ διέλαμψεν ἐτ᾽ ὁ Ιάκωβος ἐν τῷ λαῷ ὅτι δικαιοσύνῃ, ὡς Φλάβιον Ιώσηπον, ἀναγράψαντα ἐν εἴκοσι βιβλίοις τ Ιουδαϊκὴν Αρχαιολογίαν, τ αἰτίαν ἀφηγήσασθαι βουλόμενον δι᾽ τὰ τοιαῦτα πεπονθέναι τ λαὸν, ὡς καὶ τ ναὸν κατεσκαφῆναι, εἰρηκέναι, καὶ μεῖναι Θεοῦ τοῦτα αὐτοῖς ἀπηντηκέναι, [c] λέγει τὰ εἰς Ιάκωβον, τ ἀδελφὸν Ιησοῦ, τ λεγομένου Χριστοῦ, ὑπ᾽ αὐτῶν πεπολεμημένα. καὶ τὸ θαυμαστὸν ἐστιν, ὅτι, τ Ιησοῦν ἡμῶν [d] οὐ καταδεξάμενος εἶναι Χριστὸν, [e] οὐδὲν ἧττον Ιακώβῳ δικαιοσύνῃ ἐμαρτύρησε τοσαύτῃ· λέγει δὲ ὅτι καὶ ὁ λαὸς τοῦτο [f] ἐνόμιζε διὰ τ Ιάκωβον πεπονθέναι.

XIII. *Idem contra Celsum, l. 1. p. 14. Edit. Cant.*

Licet enim volentibus legere duos libros *Flavii Josephi* de *Judæorum Antiquitate*, ubi longam Scriptorum seriem citat in gentis ejus antiquitatis testimonium.

Δυνατὸν γὰρ τ βουλόμενον ἀναγνῶναι τὰ γεγραμμένα φλαβίῳ Ιωσήπῳ περὶ τ τ Ιουδαίων ἀρχαιότητος ἐν δυσὶν· ὅπου πολλὴν συναγωγὴν συγγραφέων φέρει μαρτυρούντων τῇ Ιουδαίων ἀρχαιότητι.

XIV. *Idem*

---

a In *Suidæ Codd. Μάνεθως.* al. *Μανεθών.*

b Idem *Clemens* Strom. 5. meminit τ συναγωγὴν τῶν τ Μακκαβαϊκῶν ἱστοριῶν. Vide *Huet.* D. E. p. 464. Edit. 8.

c Vide *Euseb.* Hist. Eccles. lib. 2. c. 23. p. 65. & *Syncellum* p. 339.

d Vide *Martini* Dissert. de Loco *Josephi*, p. 249.

e Vide doctiss. *Huet.* D. E. p. 32.

f Hac de re plura mox infra.

XIV. *Idem iterum, p. 35.*

Εν γὰ τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τ Ιυδαϊκῆς Αρχαιολογίας ὁ Ιώσηπος μαρτυρεῖ τῷ Ιωάννῃ ὡς Βαπτισῇ γεγωνημένῳ, κ καθάρσιον τοῖς βαπτισαμένοις ἐπαγγελλομένῳ. ὁ δ' αὐτὸς, [g] καίτοιγε ἀπιστῶν τῷ Ιησοῦ ὡς Χριστῷ, ζητῶν τ αἰτίαν τ τῆ Ιεροσολύμων πτώσεως, κ τ τοῦ ναοῦ καθαιρέσεως· δέον αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι ἡ κῆ τοῦ Ιησοῦ ἐπιβουλὴ τούτων αἰτία γέγονε τῷ λαῷ, ἐπεὶ ἐπέκτειναν τ προφητευόμενον Χριστόν· ὁ δ; κ ὥσπερ ἄκων ὑ μακρὰν τ ἀληθείας γιόμενος, φησὶ ταῦτα συμβεβηκέναι τοῖς Ιουδαίοις [h] κατ' ἐκδίκησιν Ιακώβου τοῦ δικαίου· ὃς ἦν ἀδελφὸς Ιησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον [i] αὐτὸν ὄντα ἀπέκτειναν.

Nam *Josephus* in XVIII. *Antiquitatum* testatur Joannem exstitisse Baptistam, expiationemque baptizatis esse pollicitum. Idem, quamvis Iesum parum cognoscens pro Christo, dum quærit causam Hierosolymorum excidii, Templique demolitionis (cum debuisset dicere id accidisse propter ejus populi contra Iesum insidias, quia Christum à prophetis promissum interemissent) quasi invitus haud procul à veritate discredens, ait hæc contigisse Judæis in ultionem Jacobi cognomento Justi, fratris Iesu qui dicitur Christus, quia justissimum hominem occiderant.

XV. *Idem Lib. 2. p. 69.*

Τῦτο γὰ ἤρξατο μὲν ἐπὶ Νέρωνος βασιλεύοντος, παρέτεινε δ' ἕως τ Ουεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, ὃ ὁ υἱὸς Τίτος καθεῖλε τ Ιερουσαλήμ· ὡς μὲν Ιώσηπος γράφει Δι' Ιάκωβον τ δίκαιον, τ ἀδελφὸν Ιησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ὡς δ' ἀληθῶς παρέσησι Δι' Ιησοῦν τ Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

Hoc enim fieri cœptum est sub Neronis imperio, duravitque usque ad Vespasiani tempora, cujus filius Titus solo æquavit Hierusalem; ut *Josepho* videtur propter Jacobum justum, qui vocabatur frater Iesu Christi, ut vero res ipsa clamat, propter Iesum Christum Dei filium.

XVI. *Idem rursus, p. 167.*

Καὶ ὁ βυλόμενός γε [k] ἀναγινώτω τὰ τοῦ φλαβίου Ιωσήπου περὶ τ Ιυδαίων ἀρχαιότητος δύο βιβλία, ἵνα γνῷ πόσον πρόσω ἀρχαιότερος ὢν Μωϋσῆς τ κῆ χρόνων μακρὰς περιόδους κατακλυσμὺς κ ἐκπυρώσεις φησάντων γίγεσθαι ἐν τῷ κόσμῳ.

Si quis certiora cupit cognoscere, legat *Flavii Josephi* libros duos de *Judæorum Antiquitate*, ut sciat Mosem longe ætate superiorem fuisse iis, qui juxta temporum vicissitudines diluvia in mundo fieri & exustiones tradiderunt.

XVII. *Porphyrius de Abstinentia, lib. 4.*

Οἱ μὲν τρίτοι [Εσσαῖοι] τοιοῦτον ἐπιτοῦνται τὸ πολίτευμα, ὡς πολλαχοῦ Ιώσηπος τ πεπραγματεύσατο ἀνείρηκεν. κ γὰ ἐν τῷ δευτέρῳ τ Ιυδαϊκῆς ἱστορίας, ἣν δι' ἑπτὰ βιβλίων συνεπλήρωσε, κ ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τ Αρχαιολογίας, ἣν Δι' εἴκοσι βιβλίων ἐπεραγματεύσατο, κ ἐν τῷ δευτέρῳ τῷ πρὸς τοὺς Ελλήνας, εἰσὶ δ' δύο τὰ βιβλία. "Εἰσὶ τοί- "νυν οἱ Εσσαῖοι, Ιυδαῖοι μὲν τὸ γένος. ——

Tertius igitur iste ordo hujusmodi institutis vivebat, ut sæpius *Josephus* in scriptis suis testatum reliquit: in secundo nempe libro *Judaicæ Historiæ*, quam septem libris absolvit, & in decimo octavo *Antiquitatum*, quas viginti libris composuit; & in secundo *ad Græcos*, quod quidem duos libellos complectitur opus. "Essæi, "Judæi quidem natione sunt, *&c.*

SÆCULO IV.

XVIII. *Eusebius Cæsariensis lib. 8. Præparat. Evangel. c. 10. Edit. Paris.*

Τῶν δ' οἰκείων οἱ πρεσφανέστατοι καὶ μνήμης ἀληθοῦς τούτους ἠξίωσαν, Ιώσηπός τε καὶ Φίλων, καὶ ἕτεροι πλείους.

At Gentilium suorum clarissimi, *Josephus* & Philo, aliique complures, eosdem memoriæ posteritatis sempiternæ, suis etiam operibus, commendare voluerunt.

XIX. *Euseb. Demonstr. Evangel. l. 3. p. 124. Edit. Paris.*

------ αὐτάρκης μὲν οὖν κ ἡ τῶνδε τυγχάνη πρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαρτυρία. οὐδὲν ἂν εἶεν ἐκ περισσοῦ κ τῷ ἐξ Εβραίων Ιωσήπῳ μάρτυρι χρήσασθαι, ὃς ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ιουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, τὰ κατὰ τοὺς Πιλάτου χρόνους ἱστορῶν, μέμνηται τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἐν τούτοις.

"Γίνεται δ' κατ' ἐκεῖνον τ χρόνον Ιησοῦς σοφὸς "ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰ παρα- "δόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων "τἀληθῆ σεβομένων. κ πολλοὺς μὲν τοῦ [l] Ιυδαϊκοῦ "πολλοὺς δ' κ Ελληνικοῦ ἐπηγάγετο. ὁ Χριστὸς οὗ- "τος ἦν. κ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχόν- "των σταυρῷ ἐπιτιμήσαντος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύ- "σαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰ αὐ- "τοῖς τρίτην ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφη-

At Gentilium suorum clarissimi, *Josephus* & Philo, aliique complures, eosdem memoriæ posteritatis sempiternæ, suis etiam operibus, commendare voluerunt.

—— ego licet talium hominum de Salvatore nostro testimonium nobis abunde satisfacere debeat, tamen nihil me præter propositum facturum arbitror, si quasi ex abundantia quadam, Hebræi quoque *Josephi* testimonio utar: qui in XVIII. Judaïcæ Antiquitatis libro, Pilati tempora in historiam suam referens, de Salvatore nostro mentionem facit, his verbis:

"Exstitit per idem tempus Iesus sapiens vir, si "modo virum eum dicere oportet, quippe qui "earum rerum auctor fuerit, quæ humanam fi- "dem superant. Docebat porro hic homines, "si quos veritatis studiosos reperiebat: ergo mul- "tos sibi Judaicæ, multos etiam Græcæ factio- "nis adjunxit. Christus plane hic fuit: siquidem "cum magistratibus nostris accusantibus, illum "crucis supplicio affecissent Pilatus, non destite- "runt, qui ab initio complexi fuerant: apparuit "enim illis tertio die iterum vivens, quemadmo- "dum

[g] Vide Cl. *Spenceri* Annott. in *Orig.* p. 30. & *Huet.* ubi supra.
[h] Eadem fere habet *Eusebius*, paulo infra; & *Cedrenus* vol. 1. p. 206. *Edit. Paris.* Vide Epist. Cl. *Picquii* in *Bibl. Crit.* R. P. *Simonii*, Vol. II. p. 34.
[i] Legendum potius, ἄνθρωπον.
[k] Al. ἀναγινάτω.
[l] Deesse videtur πρόσω, aut simile.

"dum divini prophetæ & hæc, & alia innumera-
"bilia de illo prædixerant, ex quo ad hunc uſ-
"que diem Chriſtianorum non defecit genus.

"τῶν τοιούτων τι καὶ ἄλλα μυρία τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ εἰρηκό-
"των. ὅθεν εἰσέτι νῦν ἀπὸ τοῦδε τῶν Χριστιανῶν οὐκ
"ἐπέλιπε τὸ φύλον.

XX. *Idem l. 6. c. 11. p. 291.*

At *Joſephus vice eorum*, quæ in ſacris libris ſcripta ſunt, *Judaicas traditiones* ſumma diligentia perſequutus eſt, utpote qui Hebræus ab Hebræis exiſteret.

Ὁ δέ γε Ἰώσηπος καὶ πᾶς ἔξωθεν Ἰουδαϊκὰς [m] διαδοχὰς ἀκριβέστατα, ἅτε Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων τυγχάνων.

XXI. *Idem l. 8. p. 397.*

Atque optimus hujus rei teſtis eſt Hebraicus auctor *Joſephus*, qui in XVIII. Judaicæ Antiquitatis libro, quæ ad illa tempora pertinent, exponit: "Herodes, &c.

Μάρτυς δ' ἀξιόχρεως τούτων ὁ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων Ἰώσηπος, ὧδέ πως ἱστορῶν τὰ κατὰ τοὺς χρόνους ἐν [n] ὀκτωκαιδεκάτῳ Ἀρχαιολογίας. "τὴν δὲ βασιλείαν, κ. ε.

XXII. *Idem in Hiſt. Eccleſiaſt. l. 1. c. 4. p. 17. Edit. Valeſii. 1659.*

Hujus porro deſcriptionis ſub Quirinio celeberrimus apud Judæos Hiſtoriarum ſcriptor *Flavius Joſephus* mentionem facit: aliam quoque narrationem de Galilæorum ſecta, qui iiſdem temporibus emerſit, ſtatim ſubnectens.

ilicem, quæ vocabatur Ogyges: (est autem locus in terra Chananæa, non longe ab Hebroniorum urbe) & ægre ferens, quod uxor ei nihil peperisset, à Deo supplex petiit, ut prolem sibi masculam daret. Deo autem ipsum ut bene speraret adhortante, quoad cætera omnia *magno* suo commodo è Mesopotamia eductum, nec liberis carituru; Sarra, Deo præcipiente, unam ancillarum, nomine Agaren, genere Ægyptiam, ad lectum ei adduxit, tanquam ex ipsa liberos susceptura. Et ancilla, cum gravida facta esset, ausa est Sarram imperium affectando contemptui habere; quasi ad prolem suam perventura esset dominatio. Abramo autem ipsam Sarræ in pœnam submittente, fugam meditata est afflictionum impatiens: Deumque implorabat, ut sui misereretur. Illi vero per desertum abeunti obviam fit angelus Dei, jubens ut ad dominos reverteretur; fore enim meliore conditione, modo se modeste gerat: nunc vero in his versari malis, quod in dominam ingrata fuerit & arrogans. at enim si Deo nollet obsequi & ulterius pergeret, perituram esse dicebat: sin retro redeat, matrem futuram pueri, in illa terra postea dominaturi. His paruit, & reversa ad dominos veniam consequuta est. At non multo post peperit Ismaëlum; quasi quis dicat, * à Deo exauditum, eo quod Deus preces ejus exaudierat.

Ancilla Ægyptia ad torum admissa dominatur, pellitur, redit, suasu Angeli, Ismaëlo gravida.

Ismaëlus, Θεόκλυτος.

5. Jam vero Abramo, sextum & octogesimum annum agenti, natus est ille de quo diximus. Cum autem nonagesimum nonum attigisset, apparuit ei Deus, promittens filium illi de Sarra nascituru esse. jussit autem eum vocari Isaacum; præmuncians ex eo prodituras gentes magnas & reges, qui bellum gesturi omnem Chananæam à Sidone usque Ægyptum occuparent. Præcepit autem, quod nollet genus ipsius cum aliis commisceri, ut pudenda circumciderent, idque octavo die à nativitate. Causam vero nostræ circumcisionis alibi declarabo. Consulenti vero Abramo etiam de Ismaëlo, an victurus esset, indicavit Deus longævum fore, atque magnarum gentium parentem. Et Abramus quidem, posteaquam ob hæc Deo gratias egisset, statim circumcisus est, & omnes qui cum eo erant, similiter & puer Ismaëlus: quo die, illo ad decimum tertium ætatis annum perveniente, ipse nonum agebat supra nonagesimum.

Abramus an. 86. generat Ismaëlum. & an. 99. circumciditur cum familia sua. Genus Hebræum conservat σφετερισμὸν ἐκταιμίσεως.

Sidonem inter & Ægyptum figitur limes occiduus terræ Sanctæ.

i Δρυῒ·] Τερέβινθον postea dictam Eusebio, Hieronymo & aliis. *Rel.*

k Οὐ πόρρω] In hoc fallitur: nam de querceto *Mambræ* verum est, altera Abrami mansione, cujus mentio *Gen.* 18. v. 1. Convallis autem seu quercetum *Moreh*, in *Gen.* 12, 6. quod & *Ogygis*, in finibus erat Sicimorum, haud ita procul à Jordane. *Reines.* de Ling. Punic. p. 70. *Edit. Ultraject.* Huds. Josepho illud ὁ πόρρω nonnunquam notat spatium satis magnum. Chebron ei dicitur ὁ πόρρω Ιερουσαλύμων, & Masada ἐ πόρρω Ιερουσαλύμων, quæ tamen loca non minus 20 miliarium Romanorum intervallo Hierosolymis aberant. At ὀλὺς septem modo stadiis aberat Chebrone. *Rel.*

l Αὐτὸν] Αὐτῷ & mox ἠγμένῳ *Vat.* Huds. Dele αὐτὸν Cocc.

m Ἐπικλίνῃ] Ad oram *Cod. Hen.* hæc apposita est interpretatio, ἐπὶ κλίνῃ αὐτῷ τίθησιν.

n Γένος] Zonaras pariter αἰγυπτίαν τὸ γένος. Idem vero ante hæc pro ἐπικλίνῃ posuerat σωκαθίκλινε, atque ἐπὶ κλίνῃ αὐτῷ τίθησι manus obscura ad oram *Hen.* cod. *Bern.* Sic *Big. Samb. Vat.* & gens Attica. γένος *Basi. G.* & *Hen.*

o Παραδόντος] Scripta *Big. Samb.* & *Casi.* percelebrium virorum; quo etiam conducit phrasis nota ἐπιτιθέναι δίκην ἀπαχώρησιν apud historicos Græcorum. ἐπιτίθησι oblatum à Typographis *Basi.* & *Gen.* Bern. Ita ex *MSS.* in *Basi.* & *G.* παραδίδοντος τῇ Σ. ὁρασμὸν ἐπιτίθησι.

p Θεῖος,] Vox θεῖος ex *MSS.* deerat in *Editis.*

q Γενέσθαι] Γενέσθ *Vat.*

r Βασιλεύοντος.] Βασιλεύοντος *Samb.* & *Vat.* ex consuetudine *Atticorum.* Bern.

s Ἔναλον] In *Hen.* & *Vat.* ἔνατον, contra canones Grammaticos. *Bern.*

t Ἀπήγγειλεν,] Ἐπήγγειλεν *Hen.* & *Epiphan.* non male. *Bern.*

v Καὶ ἐκ Σάρρας] Deest καὶ in *Editis.* debetur *MSS. Bern.*

x Μέχρις Αἰγύπτου.] Sed non pertigerunt fines Cananææ ad Ægyptum. Rhinocolura ultimus fuit, aut Gazæ vicina regio, uti sacri scriptores loquuntur, terminus Cananææ; at inter Rhinocolura & Ægyptum solitudo satis magna interjacebat, quæ postea Augustamnica dicta est. Quia tamen ea ἐφημία (ita Josephus ipse appellat) erat, ferri potest si quis dicat inter Cananæam & Ægyptum nullam regionem (cultam videlicet aut habitatam, uti illæ erant) intercedere. *Rel.*

y Συμφυρόμενον,] Ita in *MSS.* recte igitur *Zonaras*, ἵν' ἓν τὸ γένος αὐτῶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν ἀνεπιμιξίᾳ. in *Editis* autem absurde συμφερόμενον. *Bern.*

z Ἀπεσήμανεν] Ἀπεσήμανεν *Vat.*

a Παραυτίκα,] Illud magis Atticum. *Bern.* Ex *MSS.* in *Editis* παραχρῆμα.

b Αὐτοῦ,] Αὐτῷ *Hen.*

c Ἰσμάηλος·] Ita *Basi.* & *G.* Ἰσμάηλος τρισκαιδέκατον ἔτος ἔχων· Ἀβραμος δὲ &c. *Hen.* Ἰσμάηλος κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν τρισκαιδέκατον ἔτος ἔχων· καὶ αὐτὸς &c. *Big. Samb.* & *Vat.* Bern.

* *A Deo exauditum*,] *Quasi à Deo exauditus.* Ita libri nostri veteres ac novi, & præter hos *Epiphanius* Scholasticus, juxta alium sensum vocis Θεόκλυτος. Similiter Philoni, ἰσμαὴλ, ἀκοὴ θεοῦ: aut ex nostra interpretatione, ἀκοὴ ὁ κομίσας. Apud Zonaram tamen legitur θεόκλυτος, mendo Typothetæ: addit enim Monachus ille hanc causam nominis, ὡς δὲ θεοῦ τὴν ἱκεσίαν ἄδρωμεν ἀκούσαντος, καὶ παῖδα δόντος αὐτῷ. *Bern.* Ita etiam juxta *Philonem*, cui Ισμαὴλ, ἀκοὴ θεοῦ. *Suida* θεόκλυτος, θεότιμος, à *Deo honoratus.*

XII.

CAP. XI.

Quomodo Deus gentem Sodomitarum excidit, flagitiis eorum offensus.

Sodomitarum mores exsecrabiles. Gen. c. 11. & c. 19.

PER idem igitur tempus Sodomitæ, opibus & magna pecuniarum vi elati, & in homines contumelioſi exſtiterunt & religione in numen vacui; adeo ut beneficiorum ab ipſo acceptorum plane immemores eſſent, hoſpites odio haberent, & mutua conſuetudine & familiaritate abuterentur. His igitur rebus offenſus Deus, decrevit inſolentiæ pœnas ab illis repetere; & non ſolum urbem eorum evertere, ſed & eam regioni vaſtitatem inferre, ut nec amplius plantas nec fructum ullum ederet.

Tres Angelos hoſpitio excipit Abramus.

2. Cumque hæc Deus de Sodomitis decreviſſet, Abramus conſpicatus tres angelos (ſedebat enim ad ilicem Mambræ pro foribus domicilii ſui) ratuſque eſſe hoſpites, aſſurgens ſalutavit eos, & ad ſe adductos rogabat ut cum ipſo hoſpitium facerent. Illis vero annuentibus, juſſit panes ſtatim fieri ex farina ſiliginea, vitulumque mactatum & aſſatum ſub ilice diſcumbentibus appoſuit. At illi præ ſe tulerunt quaſi comederent; & de uxore etiam inquirebant, ubinam eſſet Sarra. Illo referente, intus eam eſſe: ajunt ſe aliquanto poſt reverſuros, eamque inventuros jam matrem factam. In hoc vero ſubridente muliere, & dicente fieri non poſſe ut liberos gigneret, cum ipſa nonagenaria eſſet, maritus vero centeſimum annum ageret, non ſuſtinuerunt amplius ſimulare, ſed faſſi ſunt ſe Dei eſſe angelos; & quod miſſus eſſet unus quidem nunciatum de filio, duo vero ad Sodomitas evertendos.

3. Hæc audiens Abramus indoluit ſuper Sodomitas: & exſurgens ſupplex Deum precabatur, ne juſtos & bonos una cum improbis perderet. Deo vero dicente neminem Sodomitarum eſſe bonum; ſi enim vel decem inter eos eſſent, omnibus ſe remittere velle peccatorum ſupplicia: conticuit quidem Abramus. At Angeli ad Sodomitarum urbem pervenerunt; & eos rogabat Lotus, ut ad ſe diverterent: ſumma enim humanitate peregrinos excipiebat, Abramique benignitatis æmulus erat & imitator. Sodomitæ autem, cum vidiſſent adoleſcentes egregie venuſtos ad Lotum divertiſſe, ad vim & contumeliam formæ eorum inferendam ſe pararunt. Loto vero hortante ut continerent ſeſe, neve in peregrinorum probrum ruerent, ſed hoſpitii ſui jura revererent-

Mira Loti φιλοξενία.

ΚΕΦ. ια'.

Πῶς τὸ Σοδομιτῶν ἔθνος ὁ Θεὸς κατεστρέψατο, χολωθεὶς αὐτοῖς οἷς ἠμάρτανον.

ΥΠΟ δὴ τοῦτον τὸν καιρὸν οἱ Σοδομῖται, πλούτῳ καὶ μεγέθει χρημάτων ὑπερφρονοῦντες, εἴς τε ἀνθρώπους ἦσαν ὑβρισταί, καὶ πρὸς [d] τὸ θεῖον ἀσεβεῖς· ὡς μηκέτι μεμνῆσθαι τῶν παρ' αὐτοῦ γιγνομένων ὠφελειῶν, εἶναί τε μισόξενοι, [e] καὶ πρὸς [f] ἀλλήλους ὁμιλίας [g] ἐκτρέπεσθαι. χαλεπήνας οὖν ὅτι τούτοις ὁ Θεὸς, ἔγνω τιμωρήσασθαι τῆς ὑπερηφανίας αὐτούς· [h] καὶ τήν τε πόλιν αὐτῶν καταστρέψασθαι, καὶ τὴν χώραν οὕτως ἀφανίσαι, ὡς [i] μήτε φυτὸν ἔτι μήτε καρπὸν ἕτερον ἐξ αὐτῆς ἀναδοθῆναι.

β'. Ταῦτα δὲ Θεοῦ κελεύοντος περὶ τῶν [k] Σοδομιτῶν, Ἀβραμος θεασάμενος τρεῖς ἀγγέλους [l] ἐκαθίζετο ἐπὶ πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ πρὸ τῇ θύρᾳ τῆς αὐτοῦ αὐλῆς· καὶ νομίσας εἶναι ξένους, ἠσπάσατό τε ἀναστὰς, καὶ παρ' αὐτὸ καταχθέντας παρεκάλει ξενίων μεταλαβεῖν. ὑπανδυσάντων δὲ, ἄρτους τε πρωτοπλάσσειν [m] εὐθὺς ἐκ σεμιδάλεως ἐκέλευε, καὶ μόσχον θύσας καὶ ὀπτήσας, ἐπόμισεν αὐτοῖς [n] ὑπὸ τῇ δρυῒ κατακειμένοις. οἱ δὲ δόξαν αὐτῷ παρέχον ἐσθιόντων· ἔτι τε καὶ πρὸς τὴν γυναῖκα ἐπυνθάνοντο, ποῦ ποτ' εἴη τυγχάνουσα ἡ Σάρρα. ἐπιόντος δὲ εἰπόντος ἔνδον εἶναι· ἥξειν ἔφασαν εἰς τὸ μέλλον, καὶ βρέφος αὐτῷ ἤδη μητέρα γεγυμνένῳ. τῆς δὲ γυναικὸς [o] ἐν τούτῳ μειδιασάσης, καὶ ἀδύνατον εἶναι τῷ τεκνοποιΐαν εἰπούσης, αὐτῆς μὲν ἐνενήκοντα ἔτη ἐχούσης, τοῦ δὲ ἀνδρὸς ἑκατὸν, οὐκέτι κατέχον λανθάνοντες, ἀλλ' ἐμφήνασαν ἑαυτοὺς ὄντας ἀγγέλους [p] τοῦ Θεοῦ· καὶ ὅτι [q] πεμφθεὶη μὲν ὁ εἷς, σημαίνων περὶ τοῦ παιδὸς, δύο δὲ Σοδομίτας καταστρεψόμενοι.

γ'. Ταῦτα ἀκούσας Ἀβραμος ἤλγησεν ὅτι τοῖς Σοδομίταις· καὶ τὸν Θεὸν ἀναστὰς ἱκέτευσε πρὸ καλῶν, μὴ τοὺς δικαίους καὶ ἀγαθοὺς [r] συναπολλύναι τοῖς πονηροῖς. τοῦ δὲ Θεοῦ φήσαντος μηδένα εἶναι τῶν Σοδομιτῶν ἀγαθὸν, εἰ γὰρ ἐν αὐτοῖς δέκα εἶεν, συγχωρεῖν ἅπασι τὸν ὅτι τοῖς ἁμαρτήμασι τιμωρίαν· ὁ μὲν Ἀβραμος ἡσύχαζεν. οἱ δὲ ἄγγελοι παρεγένοντο εἰς τὴν τῶν Σοδομιτῶν πόλιν, καὶ ὁ Λὼτος αὐτοὺς ὅτι ξενίαν παρεκάλει· λίαν γὰρ ἦν περὶ τοὺς ξένους φιλάνθρωπος, καὶ μαθητὴς [s] τῆς Ἀβράμου χρηστότητος. οἱ δὲ Σοδομῖται, θεασάμενοι τοὺς νεανίσκους εὐπρεπείᾳ τῆς ὄψεως διαφέρουσας, καὶ πρὸς Λώτῳ [t] καταχθέντας, ὅτι βίαν καὶ ὕβριν αὐτῶν τῆς ὥρας ἐτεράπησαν. τοῦ δὲ Λώτου σωφρονεῖν, καὶ μὴ χωρεῖν [v] ἐπ' αἰσχύνῃ τῶν ξένων, ἀλλ' ἔχειν αἰδοῦ τῆς

d Τὸ θεῖον] Τὸν θεὸν *Hen.* & *Vet. Interpr.*

e Καὶ τοὺς] Lege καὶ εἰς τοὺς vel ἐπὶ, ut mox. *Cocc.*

f Ἀλλήλους] Ita *Baſ.* & *G.* In *Samb. Big. Caſ. Vat.* & *Vet. Interpr.* ἄλλους.

g Ἐκτρέπεσθαι.] Πρὸς ἄλλους *Big. Samb. Caſ.* & *Epiphanius. Hen.* vero καὶ εἶναι μισόξενοι, καὶ τοὺς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας ἐκτρέπεσθαι, & in Marg. ἐκτρέπεσθαι. Veruntamen *Baſ.* & *Gen.* quo rurſum modo ea excudi juſſimus, propter turpiſſimam ἀχημοσυνίαν iſtius nationis, quam graviſſime redarguit B. Paulus initio Epiſtolæ ſuæ ad Romanos. Facilior enim iſtius phraſis explicatio Sodomitis videtur minus convenire. Vix etiam conſiſtere poteſt meliorum membranorum πρὸς ἄλλους, quando in propinquo eſt μισόξενοι abſque tautologia. *Bern.* Ita *Baſ. G.* & *Hen.* quam ſcripturam ſervavimus, ἐκτρέπεσθαι accipientes cum *Gelenio* minus uſitate pro *depravare, detorquere:* quòd *Joſephus* reſpicere videatur ad turpiſſimam iſtius gentis ἀχημοσυνίαν.

h Καὶ τὴν] Ita *Vet Interpr.* nec aliter *Baſ.* & *G.* niſi quod καταστρέψασθαι habeant. infra in *Joſepho*, παρεγένοντο οἱ ἄγγελοι εἰς τὴν Σοδομίτων πόλιν. In *MSS.* καὶ τάς τε πόλεις αὐτῶν καταστρέψασθαι. quo faciunt verba *Gen.* 19. 24. καὶ κατέστρεψε τὰς πόλεις ταύτας, καὶ πᾶσαν τὴν περίχωρον.

i Μήτε φυτὸν ἔτι μήτε καρπὸν] Hinc colligitur, ut ex aliis locis apud Joſephum, eum non credidiſſe Sodomam aquis lacus Aſphaltitis immerſam fuiſſe. Quod & veroſimilius. Lib. v. cap. 5. de Bello Jud. Σοδομῖτιν a lacu Aſphaltite diſtinguit. *Rel.*

k Σοδομιτῶν,] Σοδόμων *Vat.*

l Ἐκαθίζετο] Ita *Big.* & *Samb.* cæteri cum *Editis* habent ἐκάθητο.

m Εὐθὺς] Illud εὐθὺς ex *MSS.*

n Ὑπὸ τῇ δρυῒ] Poſt paucula, ἔτι impreſſa. Et σάρρας, ne ambigeretur, pro γυναικὸς *Hen.* idemque ſtatim πῶς εἴη ſcripſit pro ποῖ ποτ' εἴη, ex Gen. 18. 9. LXXII. Interpretum: deinde ἦξεν. *Bern.* Ita *Samb. Caſ. Vat.* & *Vet. Interpr.* πρὸς τῇ δρυῒ reliqui, ut & *Baſ.* & *G.*

o Ἐν τούτῳ] Sic *Baſ. Gen.* & *Epiphan.* ἐπὶ τούτῳ in *MSS.*

p Τοῦ Θεοῦ·] Articulum omittit *Hen.*

q Πεμφθείη] Μὴ ὁ εἷς *Baſ.* & *Gen.* ὁ εἷς, adhuc ſimplicius *Hen.* & in altero colo omnes iſti δύο ἦ. Articulos autem ſæpe omitti, moris fuit potius quam negligentiæ Atticæ. Plenius itaque *Big. Samb.* & *Caſ.* μὲν ὁ μὲν εἷς, & οἱ δύο ἦ membri ſequentis. *Bern.* Πεμφθείη μὲν, ὁ μὲν εἷς —— οἱ δύο ἦ *Vat.* πεμφθείη, καὶ ὁ μὲν εἷς & οἱ δύο ἦ *Big. Samb.* & *Caſ.*

r Συναπολλύναι] Συναπολλύειν *Samb.* Mox τοῦ Θεοῦ ἦ, *Baſ.* & *Gen.* Bern.

s Τῆς Ἀβράμου] Ita ex *MSS.* in *Editis* τοῦ Ἀβρ.

t Καταχθέντας,] Καταχθέντας *Vat.*

v Ἐπ' αἰσχύνῃ] Ἐπ' αἰσχύνῃ *Vat.*

τῆς παρ' αὐτῷ καταγωγῆς, εἰ ὑ ἔχυσιν ἀκεραίως, τὰς θυγατέρας αὐτῦ ὑπὲρ ἐκείνων τ' ἐπιθυμίας αὐτῶν λέγοντ@ [x] παρέχειν· ἤδη ἔτως [y] ἠδέωησαν.

δ. Ο δὲ Θεὸς, ἀγανακτήσας αὐτῶν ἐπὶ τοῖς τολμήμασι, τὰς μὲν ἠμαύρωσεν, ὡς μὴ δυνηθεῖεν τιὼ εἴσοδον τιὼ εἰς τιὼ οἰκίαν εὑρεῖν· Σοδομιτῶν ὑ κατέκρινε πάνδημον ὄλεθρον. Λῶτ@ ὑ, ᾧ Θεὸς τιὼ μέλλυσαν τ' Σοδομιτῶν ἀπώλειαν αὐτῷ φράσαντ@, [z] ἀπηλλάσσετο, τιὼ τε γυναῖκα καὶ τὰς θυγατέρας, δύο δ' ἦσαν ἔτι παρθένοι, ἀναλαβών· οἱ γὰ [a] μνησῆρες ὑπερεφρόνησαν τ' ἐξόδυ, δόξαν ὑπικαλοιῦντες τοῖς ὑπὸ ᾧ Λώτυ λεγομένοις. καὶ ὁ Θεὸς ἐνσκήπτει βέλ@ εἰς τιὼ πόλιν, καὶ σὺ τοῖς οἰκήτορσι κατεπίμπρα, [b] τιὼ γῆν ὁμοίᾳ [c] πυρώσῃ ἀφανίζων· ὡς μοι καὶ πρότερον λέλεκται, τ' Ιουδαϊκὸν ἀναγράφοντι πόλεμον. [d] ἡ δὲ Λώτυ γυνὴ, παρὰ τιὼ ἀναχώρησιν εἰς τιὼ πόλιν σωτηρίως ἀναστρεφομένη, καὶ πολυπραγμονῆσα τὰ περὶ αὐτιὼ, ἀπηγορεύκῃτ@ ᾧ Θεῷ τῦτο ποιεῖν, εἰς ςήλιν ἁλῶν [e] μετέβαλεν. [f] ἰσόρηκα δ' αὐτιὼ· ἔτι γὰ καὶ νῦν διαμένῃ. Διαφθγεὶς δὲ αὐτὸς μ' τ' θυγατέρων, εἰς βραχύ τι χωρίον καθαρὸν [g] περιεφέρη ὑπὸ ᾧ πυρός. Ζοὼρ ἔπι κ' νῦν λέγεται· καλῦσι γὰ ἔτως [h] Ἑβραῖοι τὸ ὀλίγον. ἐνταῦθα, ὑπό τε ἀνθρώπων ἐρημίας καὶ τροφῆς ἀπορίας, παλαιπώρως διῆγεν.

ε. Αἱ δὲ παρθένοι πᾶν ἠφανίσθαι τὸ ἀνθρώπινον [i] γένος ὑπολαβοῦσαι, τῷ πατρὶ πλησιάζυσι, [k] περινοήσασαι λαθεῖν. ἐπίσαν δὲ τῦτο ὑπὲρ ᾧ [l] μὴ τὸ γένος ἐκλιπεῖν. γίνονται δὲ παῖδες, ὑπὸ μὲν τ' πρεσβυτέρας Μώαβ@· εἶπι δ' ἄν τις ἀπὸ πατρός. [m] Αμμανον δ' ἡ νεωτέρα τίκτει· γένος γὰν ὑποσημαίνῃ τὸ ὄνομα. [n] καὶ τίκτῃ δ' αὐτῶν [o] ὁ μὲν Μωαβίτας, μέγιστον ὄντας ἔτι καὶ νῦν ἔθν@· Αμμανίτας δὲ [p] ὁ ἕτερ@. Συρίας τῆς Κοίλης ἐστὶν ἀμφότερα. καὶ Λώτῳ μὲν πιαύτλω συμβῆ τὴν ἐκ Σοδομιτῶν ἀναχώρησιν γενέσθ.

tur; dicente etiam, ſi temperare ſibi nequirent, filias ſe pro illis eorum libidini ſubjicere: neque ſic quieverunt.

4. Deus autem, illorum audacia flagitioſa ad iram commotus, ipſos quidem excæcavit, ut introitum in ædes invenire fruſtra conarentur: Sodomitas vero univerſos ad interitum adjudicavit. Lotus autem, illi prænunciante Deo futurum Sodomitarum excidium, inde diſceſſit, & uxore & filiabus (duæ enim erant adhuc virgines) aſſumptis: nam ſponſi *earum* deſpicatui habuere egreſſum, Loti monita ſtultitiæ figmenta eſſe dictitantes. Tum Deus telum in urbem conjicit, eamque una cum incolis combuſſit, terram *circa omnem* pari incendio devaſtans, quemadmodum mihi jam dictum eſt in hiſtoria Belli Judaïci. Cæterum Loti uxor, cum inter abeundum ſubinde ad urbem reſpiceret, clademque ejus paulo curioſius ſpectaret, Deo iſthæc facere prohibente, in ſtatuam ſalis converſa eſt. Eam ſiquidem vidi, nam & hodie uſque manet. Lotus autem cum filiabus evaſit, ad locum parvulum quendam appulſus ab igne * in arctum redactum. Is Zohor etiamnum appellatur: eo enim nomine Hebræi modicum vocant. Illic, ab hominibus deſertus & victus penuria laborans, vitam miſeram *aliquantiſper* egit.

Sodoma cum malis civibus divinis ignibus combuſta & delecta. Lib. 5. c. 21.

Loti uxor in columnam ſalſam vertitur. Hanc Joſephus ipſe viderat.

Zoor, *modicum.*

5. Virgines autem, univerſum genus humanum exſtinctum ratæ, cum patre rem habent, prævidentes clam fieri poſſe. id eo agebant animo, ne genus *hominum* penitus interiret. Naſcuntur autem liberi, ex ſeniore quidem Moabus, ac ſi quis dicat ex patre. Ammanum vero peperit junior; *quod* nomen ſignificat filium generis. Atque ex uno illorum prognati ſunt Moabitæ, adhuc etiam gens magna; ex altero vero Ammanitæ. utrique Cœle-Syriam incolunt. Et Loto quidem contigit in hunc modum ex Sodomitis egredi.

Filiarum Loti inceſtus, ex opinione falſa.

Moabus, παρθένιος. Ammanus, ἐκγενής.

ΚΕΦ. ιβ'.

Περὶ Αβιμελέχυ· καὶ περὶ Ισμαήλυ ᾧ Αβραάμυ, καὶ τ' ἐκγόνων αὐτῦ Αράβων.

CAP. XII.

De Abimelecho: itemque de Iſmaëlo Abrami filio, ejuſque poſteris Arabibus.

Αβραμ@ δὲ μετώκησεν εἰς Γέραρα τ' [q] Παλαιστίνης, ἐν ἀδελφῆς ἐπαγόμεν@ σχήματι τιὼ Σάρραν· ὅμοια τοῖς περὶ ὑποκρινάμεν@ διὰ τ' φόβον. ἐδεδίει γὰ Αβιμέλεχον τ' βασιλέα [r] τ' ὑπιχωρίων· ὃς καὶ αὐτὸς ἐραθεὶς τῆς Σάρρας, φθεῖραι οἷός τε ἦν. ἔρρωτο δὲ τῆς ὑπιθυμίας ὑπὸ νόσυ χαλεπῆς, αὐτῷ [s] προσταττόμενος ἐκ Θεῦ. καὶ τ' ἰατρῶν αὐτὸν ἀπεγνω-

Abramus autem migravit in Gerara *urbem* Palæſtinæ, Sarram pro ſorore ſecum ducens: eadem, quæ antea, præ timore ſimulans. Metuebat enim Abimelechum, iſtius loci incolarum regem; qui & ipſe Sarram deperiens, eam corrumpendi cupidine flagrabat. ejus vero libidinem reprimit morbus difficilis, à Deo immiſſus. Et cum medici ſalutem ejus deſperarent, in ſomno per vi-

Forma Sarræ vel ſeneſcens Gerarorum principi damnoſa.

[x] Παρέχειν·] Ita *Big.* & *Caſ.* παρέξειν cæteri.

[y] Ἠδέωησαν.] Επείθησαν *Baſ. Gen.* & *Hen.* Fallere tamen, niſi credas verbum Rhetorum Græcorum ἠδέωησαν uſurpaſſe hoc in loco Joſephum; quod fatentur etiam *Big. Samb. Caſ.* & *Epiphanius.* Pro τιὼ εἰκίαν mox *Hen.* τ' οἰκείας. *Bern.* Sic in *MSS.* in *Editis* ἐπειθήσαν.

[z] Απηλλάσσετο,] Απαλλάσσετ' *Vat.*

[a] Μνησῆρες] Μνησῆρες αὐτῶν *Hen.*

[b] Τιὼ γῆν] Hac ſerie vocum, συνεχῶς εἰς τιὼ πόλιν ἀναστρ. *Bern.* Ita *Big. Samb.* & *Vat.* Ε τιὼ γῆν ὁμ. πυρ. ἀφανίζ *Hen. Baſ. G.* & *Vet. Interpr.*

[c] Πυρώσῃ] Non aquis, uti Ant. 1. 3. de diluvio vocem ἀφανίζειν uſurpaverat ἀφανισθῆναι ὑπὸ τ' ὑπομβρίας. Si credidiſſet hinc ortum lacum Aſphaltiten qui has urbes & regionem vicinam obtexerit, hic locus erat monendi illud: nec Joſephus id prætermiſiſſet. *Rel.*

[d] Η ᾧ Λώτυ γυνὴ,] Η ᾧ Λώτυ γυνὴ ᾗ τιὼ ἀναχ. *Big. Samb.*

[e] Μετέβαλεν.] Μετεβάλετο ſine cauſa reponit *Schotanus* loco modi Attici μετέβαλεν. *Bern.*

[f] Ισόρηκα] Ισόρηται *Big. Samb.* & *Vat.* Columnam eo tempore manſiſſe pro figmento habet *Simonius* in Bibl. Crit. Vol. 2. p. 343. *Joſepho* tamen fidem adſtruit *Clemens* in Epiſt. ad Corinth. ut & *Irenæus* adv. Hæreſes l. 4. c. 51. *Tertullianus* carm. de Sodoma, *alique.* Videſis *R. Heggii* Lectiones, p. 9. *Burtonum* ad *Clementis* Epiſt. p. 56. *Huetii* Quæſt. Alnet. p. 193. & *Colomeſii* Obſervatt. Sacr. p. 111.

[g] Περιεφέρη] Si faverent *MSS.* mallem ἐφέλκεσθαι. qua voce utitur p. 13. v. 20. *Huds.* Notat Joſephus ſe ſtatuam illam vidiſſe, non ſe locutum eſſe alibi de illa, ut interpres Gelenius. *Rel.*

[h] Εβραῖοι] Addit οἱ *Hen.*

[i] Γένος ὑπολαβοῦσαι,] Ηφανῆσθ excuſi libri forma verbi circumflexi. *Bern.* Vox γένος ex *MSS.* in *Editis* deerat.

[k] Περιοήσασαι] Επινοήσασαι *Baſ. G.* & *Caſ.*

[l] Μὴ τὸ γένος] Sic ex *MSS.* μὴ γένος *Baſ* & G.

[m] Αμμανον] *Ben ammi* in ſacris literis appellatur. *Rel.*

[n] Καὶ τίκτῃ] Κάζῃ δ' αὐτῶν ὁ μ Editiones ambæ, & *Caſ.* τίκτῃ δ' αὐτῶν ἡ μ, *Big.* Ε τίκτῃ δ' αὐτῶν ὁ μ *Samb. Hen.* & *Epiphanius* Scholaſticus. Similiter in membro inſequente, ὁ ἕτερος *Baſ. Gen. Hen.* & *Epiphanius*, atqui ἡ ἑτέρα *Big. Samb.* & *Caſ.* propter ἡ πρεσβυτέρα & ἡ ϛ νεωτέρα, quæ librarii iſti legerant inter verba ſacra Gen. 19. 37, 38. Verum jam de patribus earum gentium loquitur Joſephus, non de aviabus. *Bern.* Ita omnes *MSS.* præter *Caſ.* qui (cum *Baſ.* & G.) habet κἄζῃ.

[o] Ο μ Μωαβίτας,] ἡ *Big.*

[p] Ο ἕτερος.] Rurſus *Big.* ἡ ἑτέρα.

[q] Παλαιστίνης,] *Al.* Παλαιστίνης.

[r] Τῶν ὑπιχωρίων·] Βασιλέα τ' χώρας *Hen.* quod facilius intellectu & vulgatius habuit. *Bern.*

[s] Προσταττόμενος] Παρακελευόμενος *Big.* Bern.

* *In arctum*] *Al.* circumſcriptum.

Gen. c. 20. viſum aliquod admonitus eſt, ne injuriam inferat hoſpitis uxori. Mox, cum meliuſcule ſe habere cœpiſſet, indicat amicis, hunc ſibi morbum immiſiſſe Deum ad vindicandum jus hoſpitis, ut qui uxorem illi inviolatam conſervare voluerit: (non enim ſororem ſecum ducere, ſed conjugem legitimam) pollicitumque eſſe, ſibimet poſthac benignum fore, modo ille omni de uxore ſolicitudine liberaretur. Hæc loquutus, Abramum, ſuadentibus amicis, accerſit; juſſitque ipſum jam conjugi non metuere, ne quid turpe ſit paſſura: ejus enim curam habere Deum, uxoremque ſub præſidio illius manentem ſine injuria reportaturum eſſe. Sibi autem atteſtante Deo & mulieris conſcientia, dicebat, ne ab initio quidem eam expetiturum fuiſſe, ſi nuptam eſſe ſciviſſet; ſed cum pro ſorore *eam* habuerim, nihil injuſti commiſi. Ad hæc rogabat, ut æquo animo in ſe eſſet, Deumque propitium redderet; & ſive apud ſe manere vellet, rerum omnium copiam adfuturam; ſive abire mallet, † deducendum eſſe curare, ſibique omnia ſubminiſtranda eſſe quorum indigens ad ipſum ſe contulerat. Hæc loquuto ajebat Abrahamus, ſe de cognatione mulieris nequaquam mentitum eſſe; ipſam enim fratris filiam eſſe: & abſque hac ſimulatione peregrinationem parum tutam exiſtimaſſe. Et in quantum ægritudinis *ejus* cauſa non omnino exſtiterit, ſed ſuæ ipſius ſaluti ſtuduerit, manſurum quoque cum illo libenter dicebat. Tum Abimelechus tam agri quam pecuniarum partem ei conceſſit; mutuoque paciſcuntur ſine fraude vivere, juramento ſuper puteo quodam facto, qui Berſubæ appellatur: at Fœderis puteum interpretari poſſumus. Sic autem hactenus à loci iſtius incolis nominatur.

Maritus idem patruuſque Sarræ.

Pars regionis Geraſenſis Abramo ex pacto conceditur.

Gen. c. 21. Berſubæ, *Fœderis puteus.*

2. Cæterum non multo poſt Abramo etiam filius naſcitur ex Sarra, ſicut ei prædixerat Deus: quem Iſacum nominavit. hoc riſus ſignificatur. Nam quod Sarra * ſubriſerit, Deo ipſam parituram eſſe dicente, cum grandis natu prolem non exſpectaret, ita filium appellabat. nam ipſa quidem erat nonagenaria, Abramus vero centum annorum. Iſtius autem ætatis utriuſque anno ultimo naſcitur puer; quem die ſtatim octavo circumcidunt: atque ex illo eundem diem etiam nunc Judæi in circumcidendis liberis obſervant. At Arabes ætatis anno tertio & decimo: nam Iſmaëlus, princeps eorum gentis, Abramo è concubina natus, ea ætate eſt circumciſus. de quo orationem omnem explicabo multa cum diligentia.

Naſcitur Iſacus, riſus ille & gaudium utriuſque ſenum.

Iſ| præputium ponit an. patris c. matris xc. ſuæque vitæ ſub oclidium.

XIII. *Iſmaëli ac Iſaci principum exemplis, circumciditur hodieque Arabs anno ætatis 13. Judæus octavo ſtatim die.*

3. Sarra Iſmaëlum, ex famula ejus Agara na-

κότων, ὑπονώσας ὄναρ ὁρᾷ, μηδὲν ὑβρίζειν τῷ ξένῳ γυναῖκα. καὶ, ῥᾷον ἀφαιρεῖς, φράζει τοῖς τῆς φίλοις· ὡς ὁ Θεὸς αὐτῷ ταύτῃ ἐπαγάγοι τὸν νόσον ὑπὲρ σκιδικίας ξ ξένῳ, φυλάσσων ἀνύβριστον [c] αὐτῷ τὴν γυναῖκα· μὴ γὰρ ἀδελφὴν ἔσαν ἐπάγεσθαι, νόμῳ δ' αὐτῷ συνοικοῦσαν· ἐπαγγέλλεταί τε παρέξειν [v] αὐτὸν [x] ἡμένῃ τὸ λοιπὸν, ἀδεῆς ἐκείνῳ περὶ τῆς γυναῖκα γινομένῳ. ταῦτ' εἰπὼν μεταπέμπεται τ Αβραμον, συμβαλλομένων τ φίλων, καὶ μηδὲν ἔτι περὶ τ γυναικὸς αὐτὸν, ὡς [y] πεισομένης τι τ αἰσχρῶν, σκέλλοτε δεδιέναι· θεὸν γὰρ αὐτ κήδεσθαι, καὶ χ τῆς συμμαχίαν τῆς ἐκείνῳ μεμενηκυίαν ἀνύβριστον νομίζεσθ. ξ ἦ Θεοῦ μάρτυρος ὄντος, καὶ ξ τῆς γυναικὸς σωειδότος, ἔλεγε μηδ' ἂν ὀρεχθῆναι τῆς ἀρχῆς, εἰ γαμετὴν ἴσαν ἠπίστατο· ὡς δ' ἀδελφὴν [z] ἀγόμενος οὐκ ἠδίκει. [a] ᾠδικαλεῖτό τε πρᾴως ἔχων πρὸς αὐτὸν, καὶ τ Θεὸν ἡμένῃ ποιεῖν· παρ' αὐτῷ τε μένειν [b] βουλομένῳ πᾶσαν ἀφθονίαν ὑπάρξειν, ἀπέναι τε προαιρούμενον πέμψης, καὶ παντῶν ὅσων καὶ χρήζων πρὸς αὐτὸν ἀφίξοιτο. [c] ταῦτ' εἰπόντος, Αβραμος ἅτε τὴν συγγένειαν τῆς γυναικὸς [d] ἐψεύσθαι ἔλεγεν, ἀδελφὴ γὰρ αὐτὴν εἶναι παῖδα, καὶ δίκα τοιαύτης ὑποκρίσεως οὐκ ἀσφαλῆ τὴν ὑπόθεσιν ὑπολαβεῖν. ὅσα τε [e] ὑπὸ τὸ μηδὲν αἴτιος τῆς νόσου γεγονέναι, προθυμηθῆναι δ' αὐτὸς περὶ τὴν σωτηρίαν, ἑτοίμως ἔφασκεν ἔχειν [f] καὶ παρ' αὐτῷ μένειν. καὶ Αβιμέλεχος τήν τε γῆν πρὸς αὐτὸν [g] διανέμεται καὶ τὰ χρήματα, χ [h] συντίθενται ἀδόλως πολιτεύεσθαι, ὑπέρ τινος φρέατος πιόμενοι τ ὅρκον, ὃ [i] Βηρσουβαὶ καλοῦσιν· [k] ὅρκιον γὰρ φρέαρ λέγοιτο ἄν. ἔτω δ' ἔτι χ νῦν ὑπὸ τ ἐπιχωρίων ὠνόμασται.

β'. Γίνεται δ' Αβράμῳ μετ' ὀλίγον χ παῖς ἐκ Σάρρας, ὡς αὐτῷ ὑπὸ τ Θεοῦ [l] προείρητο· ὃν Ισακον ὠνόμασε. τοῦτο γέλωτα σημαίνει. Διὰ μέντοι τὸ τῷ Σάρραν μειδιάσαι, τίχεσθαι φήσαντος αὐτῷ ξ Θεοῦ, μὴ προσδοκῶσαν ἤδη τοκετὸν πρεσβυτέραν ὖσαν, τ υἱὸν ἔτως ἐκάλεσεν. αὐτὴ μὲν γὰρ ἐνενήκοντα εἶχεν ἔτη, ἑκατὸν δ' Αβραμος. τίκτεται δ' παῖς ἑκατέρων τῷ ὑστάτῳ ἔτει· ὃν ὀγδοῦς [m] μετ' ὀγδόην ἡμέραν περιτέμνουσι. καίξ ἐκείνης μ τοσαύτας [n] ἡμέρας ἔθος ἔχουσιν οἱ Ιουδαῖοι ποιεῖσθαι τὰς περιτομάς. Αραβες δ' μ ἔτος τρισκαιδέκατον· Ισμαηλος γὰρ [o] ὁ κτίσης αὐτῶν ξ ἔθνους, [p] Αβράμῳ γινόμενος ἐκ τ παλλακῆς, ἐν τούτῳ περιτέμνεται τῷ χρόνῳ. περὶ ἅ τ πάντα λόγον ἐκθήσομαι μ πολλῆς ἀκριβείας.

γ'. Σάρρα γυνηθεῖσα τ Ισμαήλου ἐκ τ δούλης αὐτῆς Αγάρ-

[t] Αὐτῷ] Αὐτῇ *Vat.*

[v] Αὐτὸν] Εαυτῷ *Vat.*

[x] Εὐμενῆ τὸ λοιπὸν,] In *Editis* interpunctione alia, *Εὐμενῆ*, τὸ λοιπὸν ἀδεῶς ἐκείνῳ περὶ &c.

[y] Πεισομένης] Πησομένης *Baſ.* & *Caſ.* quod Grammatiſtæ, ſicut puto, libenter admittent. *Bern.*

[z] Αγόμενος] Ita *Samb.* & *Caſ.* *ἀγόμενος σὺν οὐκ ἠδίκει Vat.* *ἀγόμενος οὐκ ἀδικεῖν Big.* *ἀγόμενον οὐκ ἀδικεῖν Baſ.* & *G.*

[a] Παρακαλεῖ] Sic ex *MSS.* ᾠδικαλεῖτο ὑ in *Editis.*

[b] Βουλομένῳ] Βουλόμενον ad cod. *Samb.* manus nova. *Bern.*

[c] Ταῦτ' εἰπόντος,] Ita *Samb. Vat. Caſ.* & *Vet. Interpr.* *τοῦτ' εἰπόντος Baſ.* & *G.*

[d] Ενψεῖσθαι] Ψεύδεσθαι *Samb.* Bern.

[e] Επὶ τὸ μηδὲν] Επὶ τῷ μηδὲν *Big.* & *Samb.* quod eſt *ἀτλικώτερον.* *Bern.* Forte *ἐπ' αὐτῷ. Cocc.* Επὶ τῷ μηδὲν *Big.* & *Samb.* quod *Ατλικώτερον* eſſe exiſtimat *Bernardus.*

[f] Καὶ παρ' αὐτῷ μένειν.] Καὶ omittunt tres *MSS.*

[g] Διανέμεται] Ibidem *Hen.* *τῷ τε χώραν* pro *γῆν. Bern.* Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* *νέμεται*) *Baſ.* & *G.*

[h] Συντίθενται] Συνέθεντο *Samb.* *συνθήκας ποιοῦνται Hen.* Illi mox *ποιεῖσθαι τὸν ὅρκον.* Puto Joſephum ſcripſiſſe juxta *Cod. Caſ.* *συντίθεται* — *ποιοῦνται*, pro nitore ſolito. *Big. Baſ.* & *Gen.* heic *ποιοῦνται*, illic etiam peculiariter *συντίθεται*. *Epiphanius* denique *conſtituerunt*que *inter ſe* — *facientes.* Bern. Sic *Samb.* & *Vet. Interpr.* *συντίθεται* — *ποιοῦνται Baſ.* & *G.* ſed *Bernardus* vult *Joſephum* ſcripſiſſe juxta *Cod. Caſ.* *συντίθεται* — *ποιοῦνται*, pro nitore ſolito.

[i] Βηρσουβαὶ] Βηρσουβαὶ *Baſ.* & *Gen.* *βηρσαβεὲ*, Ipſe auctor hujus Archæol. l. 8. c. 7. *βηρσαναὶ Samb.* & *Caſ.* *βησσαὲ Big.* ut errare potuerunt ſcribæ vix *ἀβαύβαιοι* in nomine peregrino. Βηρσαβαὶ aut *βηρσαβεὲ* Philoni, Euſebio, Hieronymoque in Lexicis. באר שבע literis Moyſis & Prophetarum. Scripſit forte Mattathiades *βηρσαβεὲ*, שבוערה aut באר שבוע Comeſtor, *Berſabee.* Epiphanius Latine reddit de Joſepho *Vireſabe* q. *βειλσαβη Bern.* Βηρσούβαι in *Editis.* Βηρσαναὶ *Samb.* Βησσαὲ *Big.* Βησσαὲ *Vat.* Βηρσαβαὶ aut Βηρσαβεὲ *Philoni, Euſebio, aliiſque.* In *Vet. Interpr.* pro Βιελσάβη *Viriſabe*, alibi *Joſepho* Βηρσουβεί.

[k] Ορκιον] Ορκια ὄ *φρέαρ Big. Samb.* & *Hen.* & poſt LXXII. Interpr. Euſebius, ac Hieronymus. Epiphanius *fœdus putei.* Verum Joſephus reliquerat *ὅρκιον ὄ φρέαρ. Bern.* Ita *Baſ.* & *G.* probante *Bernardo.* *ὅρκια* in *MSS. Euſeb. Hieronym.* & LXX.

[l] Προείρητο·] Sic ex *MSS.* (ita & correxerat *Coccejus*) in Editis *προεῖπεν*).

[m] Μετ' ὀγδοῦν] Non debet verti *poſt octavum diem*, ſed die octavo. Nec enim Judæi ſolent circumcidere niſi octavo die: & ipſe Joſephus antea notavit capite undecimo *τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ* die octavo poſt nativitatem id fieri conſueviſſe. Valet ergo idem in uſu loquendi *μ ἡμέρας ἀπὸ* & *τῇ ὀγδόῃ*. Id illuſtrat verba Chriſti modo *die tertio* modo *poſt tres dies* ſe ex mortuis reſurrecturum dicentis. *Rel.*

[n] Ημέρας] Vocabulum *ἡμέρας* præterierant operæ *Germanicæ*: ſed librarii Græci Latinique non illud negligunt. *Bern.* Vocem *ἡμέρας* (quæ deerat in *Editis*) ex *MSS.* reſtituimus.

[o] Ο κτίσης] More majorum *παροξύνουσι Baſ. G.* & *MSS.* *κτῖσης* reperitur apud noviſſima *Lexica.* Bern.

[p] Αβράμῳ] Ita *Big. Samb.* & *Caſ.* Αβράμω in *Editis.*

† *Deducendum eſſe curare*] Nimis intricate vertit *Hudſon*, quod ita melius potuerant, *collaturum ſeſe, quod ad facilem faceret abitum, & cuncta illa, quorum* &c. Confer Suetonium in Nerone Cap. 30. *Haverc.*

* *Subriſerit,*] Vide Cl. Fabricii Cod. Apocr. V. T. p. 366.

Ἀγάμης τὸ μὲν πρῶτον ἔστεργεν, ὡδὲν ἀπολείπεσθαι τῆς ὡς περὶ ἴδιον [q] υἱὸν οὐσίας. ἐτρέφετο γὰρ ὑπὸ τῆς τῆς ἡγεμονίας διαδοχῆ. πεισθεὶς δὲ [r] αὐτὴ τὸν Ισακον οὐκ ἠξίου συναπεσταλθαι [s] τούτῳ τὸν Ισμάηλον, ὄντα πρεσβύτερον, καὶ κακουργεῖν [t] αὐτὸν δυνάμενον, ὃ πατρὸς [v] αὐτοῖς ἀποθανόντος. ἔπεμψεν οὖν τὸν Αβραμον εἰς ἀποικίαν σὺν μητρὸς αὐτὸν μετὰ τῆς μητρός. ὁ δὲ κατὰ μὲν ἀρχὰς ἀπορούμενος τοῖς αὐτοῦ γνώμαις οἷς ἡ Σάρρα ἐπαιδαγώγει· πάντων ὠμότατον ἡγούμενος εἶναι, παῖδα νήπιον καὶ γυναῖκα ἄπορον τῶν ἀναγκαίων συμπέμψαι. ὕστερον δέ, καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἤρεσκε τοῖς ὑπὸ τῆς Σάρρας πεφυτευομένοις, πεισθεὶς παρέδωκε τὸν Ισμάηλον τῇ μητρὶ, μήπω δὲ αὐτὸς χωρεῖν δυνάμενον· ὕδωρ τε ἐν ἀσκῷ καὶ ἄρτον φερομένῳ [x] σκέλλοντι ἀπέναι, ὁδηγῷ τῇ ἀνάγκῃ χρωμένῳ. ὡς δὲ ἀπῆσαν [y] ἐπιλέλοιπε τὰ ἀναγκαῖα, σὺν κακοῖς ἦν. ὕδατος δὲ παυίζοντος, ὑπ' ἐλάτῃ τινὶ θεῖσα τὸ παιδίον ψυχορραγοῦν, ὡς μὴ παρόντος τοῦ ψυχοῦ ἀφῇ, πρόῃ πορρωτέρω. σωτυχὼν δὲ αὐτῇ θεῖος ἄγγελος, πηγοῦ τε φράζει πεφυκυίας, καὶ κελεύει πεφυσεῖν τῆς ἀναπεφῆς [z] παιδὸς· μεγάλα γὰρ αὐτοῦ ἀγαθὰ μένειν [a] ἐκ τοῦ Ισμάηλου σωτηρίας. ἡ δὲ ἐθάρσησε τοῖς προκατηγγελμένοις, καὶ συμβαλοῦσα ποιμέσι, διὰ τοῦ ἐξ αὐτῶν ἐπιμέλειαν διαφεύγει τὰς παλαιπωρίας.

tum, primum diligebat; pari eum benevolentia, ac si ex se fuisset genitus, prosequens. allabatur enim in spem successionis. Verum postquam ipsa Isacum peperit, haud æquum censebat Ismaëlum cum hoc *puero* educari, utpote qui natu major, cumque injuria afficere potuit, patre eorum defuncto. Suadebat igitur Abramo ut eum una cum matre aliquo deducendum esse curaret. Ille vero primum non advertebat mentem ad ea quibus valde studebat Sarra: rem omnium atrocissimam esse ratus, puerum nondum adultum, & mulierem, cunctis quæ usui erant egentem, ablegare. Postea vero (nam & Deus quæ instituerat Sarra comprobavit) persuasus Ismaëlum matri tradidit, utpote qui solus iter facere adhuc non potuit: jussitque aquæ lagenam & panem ferentem discedere, quo eos necessitas duceret. Quam primum vero abeuntem deficere cœperat commeatus, solicita erat & anxia. At cum nihil fere aquæ superesset, puerum vix animam trahentem sub abiete deponens, ne ea præsente exspiraret, ultrius proficiscitur. Ipsi autem obviam veniens Dei angelus, & fontem in propinquo indicavit, & curam pueri educandi habere jussit: eam enim magnam felicitatem manere ex Ismaëli salute. Illa vero prænunciatis fidem habens, & cum pastoribus sermonem conferens, illorum cura & benignitate miseriam evasit.

Ismaëlo matrique sitientibus adest Angelus Dei. Gen. c. 21.

δ. Ανδρωθέντα δὴ τῷ παιδὶ γυναῖκα ἄγεται, τὸ γένος Αἰγύπτιον· ἔνθεν δὲ [b] αὐτῇ καὶ ὁ ἐκγαῖος· ἐξ ὧν παῖδες Ισμάηλῳ γίνονται δώδεκα πάντες· [c] Ναβαιώθης,

4. Puero igitur ætatis jam adultæ connubio jungitur mulier, oriunda ex Ægypto (unde & ipsa olim originem duxerat) ex qua Ismaëlo nati sunt

Duodecim Arabum Phylarchos ex Ægyptia procreat Ismaëlus. Gen. c. 25.

[q] Υἱὸν οὐσίας.] Vocem ὡς inserunt *Samb.* & *Big.* omittunt *ceteri.*

[r] Αὐτῇ] Αὐτὴ *Samb.*

[s] Τούτῳ τὸν] Τοῦτον τὸν *Vat.*

[t] Αὐτὸν] Ita *Bas. G. Cas. Hen.* & *Vet. Interpr.* αὐτὸν omittunt *Big. Samb.* & *Vat.*

[v] Αὐτοῖς] Αὐτοῦ *Hen.* & mox δι' ἑαυτοῦ.

[x] Εκέλλοντι] Εκέλλοντι *Vat.*

[y] Επιλέλοιπε] *Hen.* ἐπιλελοίπει ὡς ἀναγκαῖα αὐτοὺς *Bern.*.

[z] Παιδὸς] Ita in plerisque *MSS.* παιδὸς; *Hen. Bas.* & G.

[a] Εκ τοῦ Ισμαήλου] Εκ τοῦ αὐτοῦ *Hen.* ἐκ τοῦ παιδὸς *Vet. Interpr.*

[b] Αὐτῇ τὸ ἐγχαῖον·] Mox πάντες suppressit Epiphanii stulta cautio, parque Henneb. *Bern.* Αὐτὴ *Samb.*

[c] Ναβαιώθης,] Veruntamen de Ismaelitis, quos literæ vulgares *Saracenos*, vulgares tamen sacræque à grandi matre *Hagaræos* & *Agræos* nuncupant, bene lateque mereri, si valde discuperem, jam modo paginæ minus conceditur. Necessarium tamen esse duxi atque utile, ut viri eruditi uno conspectu intelligerent, quantum aut prava Scribarum industria aut nulla, qui Græce Latineve Josephum, quique Moysen hisce dialectis aliisque descripserint, passi demum fuerint antiquissimarum totius orbis invictarumque tribuum proceres. Primo autem horum Principum adhuc dum manet in Jemana, prospera Arabum regione, nomen priscum نابت aut نبت aut نبيت & نبات, unde arripuit Stephanus suum ναβάτης, (hæc enim sonorum discrimina perlevia habent Philologi Arabici) quod rite interpretaberis ἔριος ἰσμαήλου. Quin minus adeo bene Philo, Hieronymus, aliique Critici sacri *Prophetiam* ea voce significari contendunt. Ab hoc patriarcha tribum veterem deduci titulo ذات النبات tum pagum insigniri video prope Meccam: & inter Eudæmones Amrum Ebn Malec, Mohammedem Ebn Said, aliosque plures gentilibus nominibus venisse ابن نبات & النباتي. Hunc hominem vocat Moyses Gen. c. 25. נבית scriptura Judæorum; atque plenius in textu versioneque Samaritanis, & paraphrasi Onceloso, nec non ex consensu Masore, tharum tam ad Gen. c. 36. quam 1, Par. c. 1. imo Esaiæ vatis c. 60. 7. נביות. Ad hæc Samaritæ, qui Arabice legem transtulere نباوت: quippe quatuor exemplaria Bibl. Samaritarum, & inter illa pervetus codex doctissimi Huntingdoni præferunt נבאות, vice notioris נביות. Arabs Waltonianus ونبيون Judæi Mauritii observantius نبايوث: LXXII. Doctores in Lege & Prophetis ναβαιώθ, tribus aut quatuor syllabis. Josephus tandem ναβαιώθης inflectit, quod Epiphan. ut amat, repressit in *Nabæoth*. Euseb. etiam in Lexidio, ναβαιώθ, χώρα ἐν ἀραβίᾳ. vide c. 60. Quinetiam Geographus Byzantius diserte illum principem describit, ubi ait ναβαιῶται, ἔθνος τῶν ὀδομιτῶν ἀφέσει, ἀπὸ ναβαίου τινός. Arabum istorum felicium aliquis dixerit, من النبات: quoniam النباط seu *Nabathæi* Græcis scriptoribus Latinisque, in Eremo spatiari noscuntur, quam hinc Cœle-Syri Judæique, illinc Chaldæi excludunt. Ναβαταῖος δέ ἐστιν ἀραβίσει, ait Stephanus Orientalium quidem originum sedulus sectator, ὁ οὐκ ἀποικίας ἡμιμαγος: quod tantum abest a nugis Græculis, ut calumniatur insulsus ille Judæus, qui misera commentaria tanto Geographo nuperrime subjecit, nihil adeo certius occurrit notiusque Ismaelitarum Doctoribus, quam نبيذ spurium filiolum & expositum denotare, sive الصبي تلقيه امه في طريق, in Oceano Arabismi; sed نبيت aut etiam alia litera πνθμενικῇ نبيط, & نابطة, ignobilem prolem vilisque conditionis, خبيث & خسيس vel ex adagio significant. Quamvis autem amplissime pervagatum sit hoc nomen, per Arabiam Desertam & Saxeam, per Divitem alteram atque demum supra montes Chaldæorum; haud imperite tamen in Arabia pene insula cum Stephano sedem primam ναβαιώθ sive ναβάτη quæritabis. Multa hanc opinionem juvant. Jemana ortus fuit prænobilis vir ابو حي, decus *Bani Nabat*, eadem Ebn Said *Nabatenus*, aliique multi: deinde نبط & نبيط, unde *Nabathæa* in Geographicis Græcorum & nostrorum hominum, ultima litera discrepat, sensu licet *pullulandi* cum nomine primi Ismaelitæ satis conveniat. Postremo Grammatici Geographi Arabum in Chaldæa terra statuunt *Nabathenos* cum suis ritibus ac Philosophia, *Vasithum* inter & *Basram*: haud quidem cis Euphratem ad Erythræum pelagus hanc gentem exporrigunt per deserta petrasque Arabum; quod tamen fecere Eratosthenes perantiquus & doctissimus Philologus, Artemidorus, Dionysius, Josephus Mattathiæ, Plinius, Ptolemæus, alii. Ad Bosram etiam Idumæam quod puto, non Chaldaicam reperiri asserit populum نباتن Grande Arabum Lexicon. Certissimum autem est scriptores veteres, maxime Poetarum nationem, *Nabathæam* ad Arabiam totam tendere, sicut meliores vates in S. Bibliis *Cedarenorum* pandunt appellationem. Esaias idcirco c. 60. tam נביות quam קדר ita diduxit, pariterque Jonathan interpres substituit *Oves Arabicas* pro צאן קדר. Istæ autem de maximo Ismaelitarum dictavi, quæ in his angustiis forte potui; subjiciam porro S. Hieronymi verba in Traditionibus Hebr. *Duodecim filii*, inquit ille ex Josepho, *nascuntur Ismaeli, è quibus primogenitus fuit Nabaioth: à quo omnis regio ab Euphrate usque ad mare Rubrum, Nabatena usque hodie dicitur: quæ pars Arabiæ est. Nam & familiæ eorum oppidaque, & pagi, ac munita castella, & tribus eorum hac appellatione celebrantur* (quid expectatis disertius?) *ab unoquoque ex his*; Cedar *in Deserto*, & Duma *alia regio*, & Theman *ad austrum*, & Cedma *ad orientalem plagam dicitur* Paria habet Sophista Gazæus, qui non pauca delibavit ex Josephi Archaologiis ad Octateuchum: *Ismaelitæ, qui Agareni & Saraceni, occuparunt universam solitudinem, qua se extendit ab Assyria versus orientem solem* (rectius *ab illo*) *usque ad mare Rubrum, & regionem quæ Abatene* (l. *Nabatene*) *vocatur, & ad præjacentem solitudinem usque in Ægyptum.* Quoniam vero Strabo adnotavit in pulcherrimo suo opere *Agricolas* præsertim vocari qui Syriæ Damascenæ ac Judææ ab oriente obsident, scias interim, tam انباط quam نبايين ejus vitæ homines, seu فلاح denotare.

Princeps secundus nomen suum κάδαρ recte servavit apud

ſunt filii duodecim univerſi; Nabajothes, Cedar, [d] Abdeel, [e] Maſpmas, [f] Idumas, [g] Ma-

Joſephum, ex Hebraico קדר ſive patrio قادر. Ab eximia enim ſui virtute ac potentia, quam vir Dei etiam vocat כביר קדר, nomen ille nactus erat: non vero, quod aſſeruerunt Philo, Origenes ad Pſalmos, S. Hieronymus, aliique Theologi, tam Judæi quam Chriſtiani, ἀπὸ σκοτάσεως. قادر inſuper ſcribunt uterque Arabs in Archivis Illuſtriſſimi Laudi: قدر Judæi Africani, قيدلر Arabs Waltonianus, Syrus haud ſemel קדר. Vitio autem vetere ac perpetuo Samaritarum Hebraici codices reponunt קרר, & illorum paraphraſtes Arabicus قذن, pro celebratiſſimo vocabulo קדר. *Cedræorum* etenim propter juga Beatæ Arabiæ meminit, ubi loci *Rethenos* conſtituit, Cl. Ptolemæus, ipſa anima Geographiæ; Stephanus *Cedroſorum* in Deſerta Arabiarum, *Cedarenorum* ibidem alii: dein inter primos Moſtarabes قيدر Phylarchum recenſent, ſcriptores patrii. Audite Philonem, ἴσι ἡ κηδὰρ, χώρα ἀοράτων, lego ἀραβίας, aut clarius S. Hieronymum, *Eſt autem* Cedar *regio in eremo Saracenorum, à filio Iſmaelis* Cedar *ita cognominata.* Veruntamen idem plane cecinerat à tot ſeculis nobiliſſimus Propheta Eſaias c. 42. 11. ישאו מדבר, ἀφορήσωσιν ἔρημοι; ibi Jonathan חצרים תשב קדר interpretatur, ut ſolet, perite, יתבין מדבר ערבאי *Arabiæ ſitientis incolas.* Hieronymus vero Rabbinis ſubmonentibus, *levet deſertum, in domibus* (rem miram) *habitabit Cedar.* Pro ſolita ſua facundia etiam Ieremias c. 2. 10 in caurum & vulturnum dimittit ingratos Judæos hiſce verbis, ἔλθετε εἰς νήσους κιτιαίων, καὶ εἰς κηδὰρ διορᾶτε. Et planiſſime omnium Ezechiel is inter Majores vates c. 27. ערב וכל נשיאי קדר, ἡ ἀραβία, πάντες οἱ ἄρχοντες κηδάρ. Jonathan Targumiſta illo Commate, ערב וכל דברי נבט. Id propter ἰσοσμαηνοὶ *Arabes*, *Nabatæi*, atque *Cedareni.* Adde hiſce Catenam Græcorum Patrum, χώρα ἡ κηδὰρ σαρακηνῶν, ἄρχουσα τῆς ἐρήμου; & præ cæteris Theodoretum ad Jer. c. 49. חצור, ἤτοι αὐλαὶ καλεῖ πᾶσαν τὴν τῶν σαρακηνῶν σύσασιν· ἐπειδὴ νομάδες εἰσὶν οἱ σκηνὰς καθιεῖσαι. Iſque alibi ſuarum ἐξηγήσεων perſpicue & aſſeveranter enarrat de hoc ſecundo principe, ὁ κηδὰρ δὲ ὑὸς ἐστὶ ἰσμαηλίτης· οἱ δὲ τοῦτο λέγοντες ἐκ πορρῶ τῆς βαβυλῶνος μέχρι τῶν ἐσχάτων ἐκτείνουσι.) Tum itaque prope Themam cis montes Chaldæos caſtra poſuerant, quos *Martinos* quidem appellat Ptolemæus: quin etiam hos infeſtatores Babyloniæ, *Scenitas* quam proprie dici dudum obſervavit Plinius, veteris eruditionis apotheca: atque inſuper Gorionides ille Joſephus אהלי קדר in Hymnis Divinis *Arabum ſcenas* indicare aperte dixerat, teſte Abeneſdra.

Archontem autem tertium LXXII. Alexandrini & utrique Arabes Magni Laudi ſuaviori hypertne appellant ابديل & ἀβδεήλ, aut mendo perfrequenti ναβδεήλ: & Ambroſius exinde *Nabdeel.* Simili modo Joſephi ſupellex tota, ἀεδεήλ, & *Abdeelus* ſervat, tanquam ex Hebræo אבראל. Philo etiam ne parcus videretur, duplicem formam interpretando ſuggerit, ſicut Hieronymus docet ad *Nabdeel*, puta *ſerviens Deo* & *urſus Dei*, quæ ſunt עבראל & עבריאל, aut tritum Arabibus nomen عبدالله: atque rurſus דבאל. Atat ὁ νομοθέτης reliquerat ſuo volumine ארבאל, ut Judæi Samaritæque ex tot monumentis Legis priſcæ facile nobis perſuadent: neque mirabuntur adhuc, quicunque libros orientales verſent, ארבל ſcribi nonnunquam, א altera extrita, in Pentateucho Samaritico; aut verſionibus Arabicis Samaritarum, tum Judæorum & Græcorum, pro plenario ادبال, legi toties ادبل & ادبل, qua forma valde ſibi placent gens Arabum.

Dein ducis Mabſami gratum eſt nomen & odoriferæ regionis domino conveniens; cujus etiam ſoror paris ſuavitatis vocabulo בשמת inſigniebatur, Gen. c. 36. 3. מבשם quidem & מבשם accepimus à Scribis Samariticis, atque à Judæis Mixobarbaris: tenuius vero hoc enunciant Judæi cæteri de ſacro Moyſis volumine, מבשם, & ab his Antiocheni Chriſtiani haud ſemel מבסם, pariterque Arabes Waltonianus & Laudinus مبسم & مبسام: & Hieronymus à Judæis *Mabſam.* Semel lego μαῆσαν in MS. Alexandrino, quod vocant. In codicibus reliquis tralationis Græcanicæ μασσὰμ, præter Cottonianum μασσὰ, quocum Ambroſius facit inter Latinos. Inde Joſephi editio utraque obtinuit μάσαμος, ubi *Big.* & *Samb.* μασαμᾶς; Epiphanii denique excuſa pleraque *Mabſamus*, ſcripta varie referunt *Marſamus*; & *Maxamus*, Schotani inſuper conjectura probabilis μάψαν: vel Joſephus potius ſcripſit olim μάμσαν ſeu μασαμᾶς; vel tu eliges ex tot vocabulis, quod ore Græco forte dignius exiſtimaveris. Neque omittendum alium eſſe ordinem Joſephi, quam Moyſes præſcripſerat in hoc ſtemmate: apud hunc reperis à tertio principe *Mabſam*, *Maſma*, *Duma*, & *Maſſa*: apud Joſephum in impreſſis, ἰδουμᾶς, μάσαμος, μαίμασος, μάσμας, atqui in membranis *Big.* & *Samb.* μασαμᾶς, ἰδουμᾶς, μάσμαν, μάσμης. Tum etiam ſcripta Epiphanii ea nomina diſponunt hunc in modum, *Marſamus*, *Maſmaſus*, *Idumas*, *Maſmiſus*, ſed & ejuſdem Scholaſtici τὰ ὑπωθέντα, *Mabſamus*, *Maſmaus*, *Dumaus*, *Maſaus*. Cl. Boſius legendum monet, μασαμᾶς, ἰδουμᾶς, μάψαμος, μασᾶς: cui ſententiæ proxime accedo, reddito tamen ſecundum Epiphanium ordine ſacro, μασαμᾶς, μάσμας, ἰδουμᾶς, μάσαν, atque pergendo, χόδαδος, θέμανος, ἰέτηρος, νάβαιος, (ubi *Big. Samb.* & *Caſ.* ναραῖος,) καδμᾶς, pro Typographorum oſcitantium κάλμαος, aut κάδμαος Scribarum.

Mibſamam ſequitur, ſimillimo typo nominis משמע aut inter Samaritarum Philologos *Maſhmah*, مشمع. In opere polyglotto Waltoni Arabs ad Geneſin مشماع expreſſit, & Chronicorum initio mollius مسمع, Erpenianus Arabs مشمع, & Laudini ambo مسماع: viri Eccleſiaſtici μασμὰ, poſt LXXII. Judæos, ſed Complutenſes μασμάν, Ambroſius *Maſmam.* Joſephus demum, cujus verba nunc impendio ſectamur, μάσμαος vertit ex Hebræo, ſi Scribarum veterum fides apud nos valeat, ut *Big.* & *Samb.* atque ex Latinis membranis *Voſſ.* 1. *Mert.* & *Vig.* ſed μάμμαος vox inutilis ex *Baſil.* prodiit. Digne autem accedit ad literam Moyſis *Maſmaus* recentium Typothetarum, niſi ipſi id nominis ab Hieronymi *Maſma* forte derivaverint. At vero quod multum præſtat litibus iſtis librariis, quintum Iſmaelitam patria nomenclatura vocatum fuiſſe ajo ما السما, quo nihil beatius ſane contingit in Arabum climate. Hunc titulum poſtea vendicabant ſibi complures Reguli Arabiæ Petrææ: &, ne deſit huic opinioni fides ac firmitas, in S. Lege memorat ſummus Moyſes مالذهب, inter principes Idumæos ad Gen. c. 36. Cæterum aut jam dicta faciunt ſatis, aut dux iſte همبسع appellitari poterat ſua in tribu. Profeſſores literaturæ Aſiaticæ norunt quid velim, alii vix intelligerent, ſi verbis pluribus dicerem.

De proximo Phylarcho monere æquum tam à Moyſe quam Eſaia דומה ſcribi ſyllabis duabus, دومه etiam cantari adhuc in conventiculis Samaritarum; *Duma* reddidiſſe Hieronymum à labiis Doctorum Hieroſolymitanorum; δουμὰ forte LXXII. Alexandrinos, ſed & Aquilam Ponticum; Arabes tamen Syroſque دوما Eſ. c. 21. præter Mauritanorum دومه. Nihilominus Joſephus contra tam ſpiſſam fidem, cum obſcure ſcribi in membranis ſuis Hebraicis viderat ודומה Gen. c. 25. literam conjunctivam adeo contraxit in Jod; quod in optimis libris millies contingere nimia cura comprobarunt Maſorethæ. Exinde *Big.* & *Samb.* ἰδουμᾶς, atque ἰδουμᾶς ambæ editiones, tum Epiphanio paraphraſtæ *Idumas* aut *Ydumas.* Cum Joſepho paria pecearunt Annalium S. LXXII. aut ſane pauciores Interpretes Græci, & in Geneſi S. Ambroſius, ubi *Iduma* legerat. Nam Paralipom. principio, ubi idem regulus cum ſuis fratribus deſcribitur, cuncta plane Græcorum exemplaria habent ἰδουμὰ, velut ab authentico ירומה. ἰδουμὰ etiam in libris Moyſis ponunt Biblia Complutenſia, MS. Carolinum, & venerandus codex D. Cottoni viri docti & perilluſtris. Adde his apud Eſaiam vice משא דומה, Græcam Eccleſiam legiſſe omni ſeculo ὄρασις τῆς ἰδουμαίας, i. e. *Viſio Idumææ* ex vetere verſione Romana: ſive ut Arabum Chriſtiani loquuntur, النبوة في ادوم, Ubi Aquila & poſt illum Hieronymus correxerunt, *Onus Duma*, quod *ſilentium* ſignificare aut *ſimilitudinem* adnotat Rector Bethleemiticus. Verum non deferam facilis τὰς γραμματεῖς τῶν ἰουδαίων; novi etenim δούμαθα apud Geographos Græcos, præcipue Glaucum in originibus Arabicis, & inſtauratorem Orbis Ptolemæum, necnon دومة الجندل *Daumatoljandal* apud Arabicos in Eremo iſtius climatis ad gradum LXXV. longi orbis, & pene XXX. lati, ob vetuſtatem oppidi celebrari: veruntamen *Idumæos* à parente *Ruſo* nomen ſuum traxiſſe, non ita ab hoc principe. Ptolemæus quidem, dum ampliat Græco more Arabiæ εὐδαιμονίαν, *Dumatham* collocat, ubi fecerit maxima lux horas pene XIV. inter celebriores Divitis Arabiæ, parte altera ſuorum γειτνιαζόντων; Calcoſendius tamen & plerique Arabum, qui ſuam Peninſulam fortunatam intimius noverint, دومة الجندل in extremo Deſertæ Arabiæ conſtituunt, qua Chaldææ committit, intervallo hebdomadali à Damaſco, & ipſius duplo à Medina: &, quod maxime opinionem noſtram adſtruit de duce *Tema*, idem polyhiſtor refert دومة الجندل fuiſſe قاعدة primariam ſedem regum *Temæorum.*

Iſmaëlitarum ſeptimus, משא ſcribitur ש plena aſperaque in membranis Hebr. Cuthæorum, pariterque مشا in paraphraſi horum Arabica, itidemque in ἐκδόσει Erpeniana. مسا & מסא Arabs Syruſque Waltoni, tum in Moyſe, tum extra eum. *Maſſa* משא lectio eſt Judæorum, μασσῆ Græcorum omnium & Antiſtitis Mediolanenſis, niſi quod Cottonianum exemplar & Euſebii Lexicon μασσσῆ nimia voce producant. Heic etiam ludunt Joſephi Scribæ. μάσμας *Big.* & *Samb.* μάσμης legunt *Baſ. Gen.* & *Caſ. Maſmiſus* itaque ex Latinis *Voſſ* 1. *Star. Weſt.* 2. *Goul. Vig.* & *Bal. Maſaus* tamen prodiit è prelis *Col.* & *Baſ.* Hieronymiani *Maſſa* perſimilis: μάσσα adeo vel μασσᾶ; ſcripſit olim Joſephus. Hunc quidem ducem reliquiſſe ſui monumentum urbem μασσῆ, משא ſeu *Meſa* Gen. 10. 30. Grammaticis tam Samaritanis quam Judaicis, haud indubius aio, tanquam limitem Arabum occiduum, quem Saadias *Meccam* interpretatur. Meccæ autem poſitum à littore Erythræo quis neſcit meorum lectorum? Addam his مساي

pla-

[h] Μάσμα, [h] Μάσσα, [i] Χοδάδ, [k] Θέμαν, rus, Abdeelus, Mabſamas, Idumas; Maſmaus, Maſ-

plagam occidentalem, ubi veſperaſcit dies, in libris Saracenorum denotare. Ait idcirco divinus Legiſlator Gen. c. 10. Cahtanidas late habitare ἀπὸ μασσὴ ἕως ἐλθεῖν εἰς σαφηρὰ, ὄρος ἀνατολῶν: ſive ex Ptolemæo, inter *Muzam* & *Sapharam* quam in regione thurifera eandem recte ſtatuit cum ظفار politiſſimus Golius, licet in vicinia ſit & aptus huic etymo locus صفير. Tantidem etiam ſuggerit Bochartus in priore magnorum Operum. Verum non tam arcte ſe continebant Joctanis genus, ſed inter Arabicum ſinum Perſicumque, per Arudam, Jemanam, Tehamam, Hajazam, & Nejdam latius multo habitabant, famamque ſuam alte adeo imprimebant, ut XL. rerum mortalium ſecula memoriam eorum uſque delere neutiquam poterant. Exiſtimo autem משא inter filios Iſmaeli Maſanorum gentem condidiſſe, quam inter Eremitas Arabum curare deſcripſit Cl. Ptolemæus.

ε. Ἰάκωβος δὲ οὐκ ἴσως τῆς συγγνείας, οὐδὲ τῆς ἀφ' ταύτην εὐνοίας, ἀλλ' ἔρωτι τῆς παιδὸς ἡττηθείς, [c] σκοπελικόν τι τοῦ κάλλους ὁρῶν ἅτοις ἔχουσιν ὡς ὀλίγαι [d] τότε γυναικῶν ἤνθουν, καὶ φησὶν, ἀλλ' ἐμοὶ πρὸς σὲ καὶ πατέρα τὸν σὸν, εἴπερ Λαβάνου παῖς τυγχάνεις, οἰκειότης ἐστὶ πρεσβυτέρα [e] τοῦ τε ἐμοῦ καὶ σοῦ γνώσεως· σὺ μὲν Θάρρου γὰρ Ἀβράμου, [f] καὶ Ἀρράνης, καὶ Ναχώρης ἦσαν υἱοὶ, ὧν Βαθυήλου ὁ σὸς πάππος Ναχώρου γίνεται παῖς, Ἀβράμου δὲ καὶ τοῦ Ἀρράνου Σάρρας Ἰσαὰκος ἐμὸς πατήρ. [g] ἐγγυτέρω δὲ καὶ νεώτερον τοῦτ' ἡμεῖς τῆς συγγνείας ὁμήρωμα πρὸς ἀλλήλους ἔχομεν· Ῥεβέκκα γὰρ μήτηρ ἐμὴ, Λαβάνου πατρὸς δὲ σὴ ἀδελφὴ, πατρός τε καὶ μητρός. ἀνεψιοὶ δὴ ἐσμὲν ἡμεῖς ἐγώ τε καὶ σύ. καὶ νῦν δεῦρ' ἦκω ἀσπασόμενός τε ὑμᾶς, καὶ τὴν [h] πρέπουσαν ἡμῖν συγγνείαν ἀνανεωσόμενος. ἡ δὲ ὡς μνήμης, οἵα φιλεῖ συντυγχάνειν τοῖς νέοις, προπεπυσμένη πάντα δὲ πατρὸς τοῦ σοῦ τὴν Ῥεβέκκας, καὶ τὰς γονεῖς εἰδυῖα παθοῦσας αὐτῆς τὸ ὄνομα, ὡς τὸν [i] σὸν τὸν πατέρα δυνάμεως ἔνδακρυς γενομένη, περιβάλλει τὸν Ἰάκωβον· καὶ καταστασαμένη, τὴν δικαιοτάτην καὶ μεγίστην ἡδονὴν αὐτὸν κομίσαι τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἅπασι τῆς οἰκίας, ἔλεγε, τῇ μνήμῃ τῆς μητρὸς αὐτοῦ κειμένου, καὶ πρὸς μόνην ταύτην τυγχάνουσι· φανεῖσθαι δὲ [k] ἂν δεῖ πάντως ἀπαίξιον ἀγαθῷ. χωρεῖν τε ἐκέλευσεν ἤδη πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἕπεσθαι πρὸς αὐτὸν ἡγεμένης, καὶ τῆς ἡδονῆς μὴ ἀφαιρεῖσθαι τὸ πλέον αὐτὸν [l] βραδύνουσα.

ς. Ταῦτ' εἰποῦσα, παρήγαγε αὐτὸν [m] πρὸς τὸν Λάβανον. καὶ γνωρισθεὶς ὡσεὶ δὴ [n] μήτρωος, αὐτός τε ἀδεὴς ὢν ἐν φίλοις γενόμενος, κἀκείνοις πολλὴν ἡδονὴν παρεῖχεν ἀδοκήτως ἐπιφανείς. μετὰ δὲ πολλὰς ἡμέρας ὁ Λάβανος χαίρειν μὲν ἐπ' αὐτῷ παρόντι μείζονως, ἢ ὡς τῷ λόγῳ [o] δηλώσειν, ἔλεγε· τὴν δὲ αἰτίαν δι' ἣν ἀφίκτην, μητέρα τε καὶ πατέρα πρεσβύτας καταλιπὼν,

gnum censet, eum Bethel nominans. hoc vero Græcis θείαν ἐσίαν (Dei domum) sonat. *Bethel, id. des Dei.*

4. Illinc recta contendens ad Mesopotamiam, tandem pervenit Charram. At cum pastores offendisset in suburbio, & adolescentes ac puellas ad puteum quendam sedentes; iis se immiscuit, potum desiderans. Et, cum illis dum sermonem confert, percontatus est, an nossent Labanum quendam popularem suum, si forte adhuc supersit. Illi vero omnes & se novisse dixerunt (non enim talem esse, ut ignotus esse possit) ejusque filiam una pascere; seque demirari, quod nondum adsit. Ex ea enim, *inquiunt*, accurate de illis omnia, quæ scire aves, poteras intelligere. Inter loquendum advenit puella cum pastoribus qui una descenderant: eique Jacobum ostendunt, dicentes, peregrinus iste venit ut de patre tuo scisciteretur. Illa vero, puellariter gavisa Jacobi adventu, ipsum interrogabat, quisnam & unde ad eos veniret, & qua necessitate adductus: optavitque ut penes se esset illis suppeditare, quorum gratia venerat. *Ad suburbium Charræ Jacobus venit. Gen. c. 29.*

5. Jacobus autem, non cognatione, ejusve benevolentia, sed amore puellæ captus, & obstupuit, tali eam videns formæ venustate præditam, quali paucæ tunc feminæ florebant; & inquit, mihi tecum & cum tuo patre, siquidem Labani es filia, antiquior intercedit necessitudo, quam sit vel tua ætas vel mea: Tharro enim Abramus & Arranes & Nachores filii fuere; ex quibus Bathuelus tuus avus Nachoris fuit filius, Abrami vero & Sarræ Arranis filiæ pater meus Isacus. Quin & propinquius est & recentius cognationis pignus, quo sumus mutuo devincti: Rebecca enim mater mea Labani patris tui soror est, eodem patre ac matre genita. itaque consobrini sumus ego & tu. Nunc autem huc venio vos salutaturus, ac affinitatem, quæ nos deceat, renovaturus. At illa in memoriam revocans, quæ prius (ut adolescentulis solet evenire) à patre audiverat de Rebecca, probeque sciens nomen ejus grate accidere ad parentum aures, præ amore patris lachrymabunda complectitur Jacobum; &, postquam cum salutaverat, optatissimam, inquit, & maximam voluptatem affers patri cum tota familia, qui nunquam matris tuæ oblivisciturus, crebram illius mentionem faciens: eique videberis cum quovis bono conferendus. Atque ad patrem è vestigio ire jussit, seque ad eum deducturam sequi, neque cunctando illum amplius hac privare voluptate. *Rachelæ genus & cognationem suum exponit.*

6. His dictis, adduxit eum ad Labanum. Agnitusque ab avunculo, & ipse nihil habebat quod vereretur inter amicos, illisque inexspectato adventu multum voluptatis attulit. Post aliquot autem dies, Labanus, gaudere se quidem ejus præsentia magis quam verbis exprimere posset, ajebat: sed quam ob rem venisset relictis patre matreque grandævis, & qui ipsius obsequiis ægre ca- *Dein Jacobus fugæ suæ causas aperit apud Labanum avunculum.*

[t] Βηθὴλ] Βαιθὴλ *Vat. Zonaras, aliique.* perperam Βεθὴλ *Samb. Hen. & Busb.*

[v] Θείαν ἐσίαν,] Θεῖαν ἐσίαν καθ' Ἑλλήνας *Hen. Busb. & Zonaras.* Nam illi Codices multa communia habent cum annalibus Johannis Protosecretarii. *Bern.*

[x] Καταλαβὼν παῖδας] Ita ex *MSS.* prius λαβών.

[y] Ἐπίστασθαί τε ἔφασαν.] Itidem ex *MSS.* ἐπίσασθαί φασαν *Bas. & G.*

[z] Ἥκοι τὰ] Ἥκει *Big. & Samb.*

[a] Αὐτῆς ἀναπυθανόμενος] Illud αὐτῆς non agnoscit *Vat.*

[b] Ἠυχεῖτο] Ad vulgi modum εὔχετο, *Bas. & Samb.* Bern.

[c] Ἐκπέπληκτό τε δὲ κάλλους] Ἐκπέπληκτο δὲ κ. *Vat.*

[d] Τῶν] Τῶν τε *Bas. & G.*

[e] Τῆς τε] Τῆς τε σῆς καὶ ἐμῆς, tres Codices MSS. Alio ordine impressi, & versio Epiphanii. *Bern.*

[f] Καὶ Ἀρράνης,] Illud καὶ ex *MSS.*

[g] Ἐγγυτέρω δὲ] Ἐγγύτερον, contra Canonem libri omnes, præter *Samb.* Bern.

[h] Πρέπουσαν ἡμῖν] Unico quidem Codicum Græcorum annitor qui fuit *Sambuci*, dum scriptum volo à Josepho πρεπόντως pro πρεπαρέχεται. Juvat & vetus versio, ubi *antiquam* legimus. πρέπουσαν aliis omnibus observatum. *Bern.* In *Samb.* & *Vat.* προϋπάρχουσαν, pro προϋπαρέχουσαν, ut dicit *Bernardus.* Juvat & *vetus versio*, ubi *antiquamque nobilitatem renovaturus* legimus.

[i] Περὶ τὸν πατέρα εὐνοίας] Εἰς τὸν π. *Vat.*

[k] Ἂν δὲ παντὸς ἀπαξίου] Ita ex *MSS.* in *Editis* αὐτοῦ.

[l] Βραδύνουσα.] βραδυνοῦσα *Vat.* atque ita vel αὐτῷ βραδύνοντος legisse videtur *Epiphanius*, qui vertit, *nec ejus delectatione fraudari amplius illo tardante poterat.*

[m] Πρὸς τὸν Λάβανον.] Εἰς τὸν Λαβ. *Vat.*

[n] Μήτρωος,] In *MSS.* μητρῶος, & μητρῷος. in *Editis* μητρώου. atque ita apud *Demetrium* in *Eusebio.*

[o] Δηλώσειν, ἔλεγε·] Ita ex *MSS. Bas. & G.*

carerent, ab eo requirebat. seque enim ipsi, in omnibus quibus egeret, adjumento fore & auxilio. Jacobus autem rem omnem ei expositit, dicens: Isaco esse filios geminos, se & Esavum; eum, quia frustratus fuerit patris precibus, matris astutia à se interceptis, velle se interimere, ut qui principatum à Deo destinatum ei præripuerit, una cum felicitate quam à Deo pater ei precari voluit. Atque hanc esse causam sui adventus, accedente matris jussu: nam & omnes quidem (addit) sumus inter nos consanguinei, sed tamen genus generi mater præfert. Te vero proxime post Deum, inquit, mihi in hac peregrinatione præsidium constituens, rebus, ut nunc sunt, non diffido.

Amore Rachelæ Jacobus bis septem annos servit avunculo. Gen. c. 29.

7. Labanus autem cum propter parentes omnem illi humanitatem tribuere pollicetur, tum & matris gratia, cui licet absenti ex suo in illum studio affectum suum testatum esse voluit. Nam & gregum curam se illi demandare velle ajebat, summamque hac in re auctoritatem dare: & quandocunque ad suos reverti libuerit, cum muneribus rediturum esse, iisque honoribus, qui tam arcta cognatione junctum decent. At cum hæc læto animo acciperet Jacobus, diceretque se cum illo commorantem quemlibet laborem, prout illi placuerit, libenter sufferre; sed mercedis loco Rachelam in matrimonium accipere postularet, quam cum ob alia summo honore prosequeretur, tum quod ipsius beneficio ad illum patuerit aditus: (nam amor puellæ extorsit ut harum rerum mentionem faceret) Labanus quidem his delectatus annuit ei puellæ nuptias, ut qui generum eo meliorem sibi accidere non optaret. Sed id se facturum, si modo aliquamdiu secum maneat: in Chananæam enim non *libenter* missurum esse filiam; quin & sororis affinitatis illic contractæ *propemodum* se pœnitere. His assentiente Jacobo, de septem annis est conventum. Totidem enim socero servire statuit, ut, facto virtutis suæ experimento, qui vir esset melius cognosceretur. Labanus autem conditiones accipiens, cum elapsum esset tempus præstitutum, epulas nuptiales apparat. Nocte vero appetente, Jacobo nihil *tale* præsentienti alteram filiam accubare facit, Rachela natu majorem, & facie parum liberali. Ille vero, vino & tenebris fallentibus, cum ea congressus est; luce dein fraude animadversa, Labani perfidiam incusat. At ille veniam petebat necessitati, qua coactus hoc fecerit. non enim ex malitia illi Liam suppositisse, sed alia causa graviori impulsum. Neque tamen vel minimo impedimento esse Rachelæ conjugio, sed amanti illam collocatu-

καὶ βοηθείας τῆς παρ' αὐτοῦ δεομένους, ἀνεπιφθόνως παρέξειν γὰρ αὐτῷ καὶ πρὸς ἅπασαν [p] ἐπαμύνειν χρείαν. Ἰακὼβος ὁ αὐτῷ πᾶσαν τὴν αἰτίαν διηγεῖτο, λέγων· Ἰσαὰκ γενέσθαι παῖδας διδύμους, αὐτόν τε καὶ Ησαυον, ὃν, ἐπεὶ τῆς [q] πατρὸς ἀρχῶν διήμαρτε, σοφία τῆς μητρὸς εἰς αὐτὸν γνωμένων, ἀποκλεῖναι ζητεῖν αὐτὸν, ὡς ἀφῃρημένον τῆς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ βασιλείας, καὶ ἀγαθῶν ὧν ὁ πατὴρ ηὔξατο. ταυτὶ τε εἶναι τὴν αἰτίαν τῆς ἐνθάδε παρουσίας, [q] καὶ τὴν τῆς μητρὸς ἐντολήν· πᾶσί τε γὰρ ἡμῖν ἀδελφοὶ τυγχάνουσι, καὶ πολὺ μᾶλλον ὅ [r] κατ' ἐκείνων συγγνώσῃ ἡ μήτηρ προσλαμβάνει. ἔρυμα δ' τῆς ἐμῆς, φησὶν, ἀποδημίας σέ τε καὶ τὸν Θεὸν ποιούμενος, θαῤῥῶ τοῖς παροῦσι.

ζ. [s] Λάβανος δὲ καὶ διὰ τὴν προγόνων ἐπιεικείαν πάσης αὐτῷ μεταδώσειν φιλανθρωπίας, & διὰ τὴν μητέρα, πρὸς ἣν τὴν εὔνοιαν διὰ τῆς περὶ αὐτὸν σπουδῆς ἐνδείξασθαι καὶ μὴ παρόντος. ποιμνίων τε γὰρ αὐτὸν ἐπιμελητὴν καταστήσειν ἔφασκε, [t] & προνομίας αὐτὰ τούτων ἀξιώσειν· & πρὸς τὰς ἰδίας ἀπαλλαγησόμενος γονεῖς βουλόμενον, μὴ δώρων ἐπανήξειν, & τιμῆς [v] ἧσης εἰκὸς ἐστι τυχεῖν τὸν ἔτω συγγενῆ. Ἰακὼβος δὲ [x] ἀσμένως τοῦτο ἀκούσαντος, & φήσαντος ἡδέως [y] παντὶ μένειν παρ' αὐτῷ πόνῳ εἰς ἡδονὴν ὑπομένειν τὴν ἐκείνης, μισθὸν δ' ὑπὲρ τούτου λαβεῖν ἀξιοῦντος τὸν [z] Ραχήλας γάμον, διά τε τὰ ἄλλα τιμῆς ἀξίας [a] παρ' αὐτοῦ τυγχανούσης, καὶ ὅτι [b] διάκονος αὐτῷ τοῦ πρὸς αὐτὸν ἀφίξεως γένοιτο. ὁ γὰρ τοῦ παιδὸς ἔρως αὐτὸν [d] ἠνάγκαζε ποιήσασθαι τοὺς περὶ τούτου λόγους· Λαβὰν δὲ ἡσθεὶς τούτοις, ὑπισχνεῖτο τὸν γάμον αὐτῷ τοῦ παιδὸς, οὐκ ἄλλον ἀμείνω γαμβρὸν ὀψόμενος ἐλθεῖν. εἰ μέντοι παρ' αὐτῷ [e] μένοι πρὸ χρόνου τινὸς τοῦ πιστόν· εἰς γὰρ [f] Χαναναίους οὐκ ἂν πέμψειν τὴν θυγατέρα, μεταμέλειν γὰρ αὐτῷ καὶ διὰ τὴν ἀδελφῆς κήδος ἐκεῖ [g] συναφθέντος. διὸ δὴ Ἰακὼβος τούτοις συγχωρουμένου, ἑπτὰ ἐτῶν χρόνον συνετίθετο. τοσάδε γὰρ [h] αὐτῷ κέκριται ζητοῦντι τῷ πενθερῷ· ἵνα τῆς ἀρετῆς [i] πεῖραν δοὺς, ὑπιγνωσθῇ μᾶλλον τίς εἴη. καὶ [k] προσδεξαμένου τὸν λόγον, Λαβὰν δὲ [l] διὰ χρόνου διελθόντος πρὸς πλῆθος τὴν ὠμότητα τῶν γάμων. νυκτὸς δὲ ὑπνωμένης, ὅδεν [m] προηθημένῳ τῷ Ιακὼβῳ συγκαθεύδειν τὴν ἑτέραν τῶν θυγατέρων, [n] πρεσβυτέραν τε τῆς Ραχήλας, καὶ τὴν ὄψιν οὐκ ἀπεοικυῖαν. συνελθὼν δ' ἐκεῖνος ὑπὸ μέθης καὶ σκότους, εἶτα μεθ' ἡμέραν γνοὺς, ἀδικίαν ἐπεκάλει Λαβάνῳ. ὁ δὲ συγγνώμην ἠτεῖτο τῆς ἀνάγκης, ὑφ' ἧς ταῦτα πράξειεν· οὐ γὰρ κατὰ κακουργίαν αὐτῷ τὴν Λείαν ὑποβαλεῖν, ἀλλ' ὑπὸ [o] ἑτέρου μείζονος νενικημένου. τοῦτο μέντοι γ' οὐδὲν ἐμποδίζειν πρὸς τὸν Ραχήλας γάμον, ἀλλ' ἐρῶντα

[p] Επαμύνειν χρείαν] Απαμύνειν Gen. & antea παρέξειν γὰρ, ex Criticis Schotani. *Bern.*

[q] Καὶ τὴν τῆς μητρὸς ἐντολὴν] Καὶ κατ' in *Editis.*

[r] Κατ' ἐκείνων συγγνώσῃ] Ita *Big.* & *Samb.* κατ' ἐκεῖνον *Baf.* & *G.* καὶ πλέον τοῦ κατ' ἐκείνων συγγνώσῃ ἡ μ. *Vat.* atque ita forsan *Epiphanius*, qui vertit, *omnibus enim nobis sunt fratres, sed mater illius amplius cognationem metuens* &c. *Huds.* Verterant Genevenses ita, *Præsertim cum omnes sint inter se consanguinei, sed propiore gradu Mater.* Quod satis secure *Hudsonus* sequitur, dum ita refingit, *nam & omnes sumus inter nos consanguinei, & propiore adhuc gradu mater* Josephus id non videtur dixisse, quod & suboluit olim clar. *Coccejo*, qui in Exemplari meo ad marginem ita Interpretem castigaverat, *Nobis enim utrisque fratribus* (ἀδελφοῖς enim correxerat in interiore margine) *& plus illo fratre, mater* (*mihi*) *succurrit.* Sic verbo προσλαμβάνειν utitur (addit) inferius κακουργίας λέγοιτο ἄν, ἐξ ὧν πρὸς ἔυκλειαν τῇ Λείᾳ προσλαμβάνει. Verum de se ipso hic non agit Jacobus, sed aliquid proferre vult, quod auribus Labani gratum accidat, ideoque dicit suum genus præ alio elegisse matrem, quo se filium suum dilectum ablegaret. *Haverc.*

[s] Λαβὰν δὲ] Λαβανος καὶ διὰ & mox καὶ διὰ δὲ τὴν μ. *Vat.*

[t] Καὶ προνομίας] Ita in *MSS.* καὶ πρ. τ' τούτων *Baf.* & *G.*

[v] Ὅσης εἰκὸς ἐστι] Itidemque ex *MSS.* in *Editis* ἧς εἰκ.

[x] Ασμένως ταῦτα ἀκουσάντος,] Vox ἀσμένως ex *MSS.* exciderat *Editis.*

[y] Πάντα μένειν] Ita in *MSS.* & *Vet. Interpr.* παρ' αὐτῷ πάντα πόνον ὑπομένειν *Hen.* & *Busb.* ex compendio. πάντη μ' τ' παρ' αὐτῷ *Baf.* πάντα μ' τ' *G.*

[z] Ραχήλας γάμον,] Pulchrum hoc nomen Hebraice scribitur רחל *Rachel*, unde fecerant Impressores in casu secundo ῥάχηλας: sed urbanius *Big.* & reliqui omnes ῥαχήλας, abs ῥαχήλα. *Bern.* Sic passim in *MSS* in *Editis* Ράχηλος ex recto Ραχηλ.

[a] Παρ' αὐτοῦ] Παρ' αὐτῷ *Baf.* & *G.*

[b] Διάκονος] Διάκονος τ', Editorum par. Διάκονος ἀπὸ τ' *Samb.* Bern.

[c] Αὐτῷ τ' πρὸς αὐτὸν] Illud αὐτῷ (quod servant *MSS.*) deest *Editis.*

[d] Ηνάγκαζε] Ita in *MSS.* ἠνάγκαστ in *Editis.*

[e] Μένοι τινὰ χρόνον,] Μένοι *Busb.*

[f] Χαναναίους] Χαναναίων *Vat.*

[g] Συναφθέντος.] Συναφθείσης *Exp.* & *Caf.* Verum Josephus phrasin alteram ab Olori filio huc transtulit ἧς τ. α. κήδος ἐκεῖ συναφθέντος. *Bern.* Ita & *Thucyd.* p. 100. *Edit. Oxon.* συναφθείσης *Big.* & *Caf.* minus recte.

[h] Αὐτῷ κέκριται] Αὐτῶν *Vat.* Huds. Lege κεκρίσθ' *Cocc.*

[i] Πεῖραν] *Samb.* πείραν, sonoritate Attica alii cuncti. *Bern.*

[k] Προσδεξαμένου] Προσδέξασθαι *Vat.*

[l] Τὸ χρόνου διελθόντος] Ita *Big.* & *Caf.* in aliis deest articulus.

[m] Προηθημένῳ] Προαιθεμένῳ *Vat.*

[n] Πρεσβυτέραν] Ita *MSS.* τῇ πρεσβ. *Baf.* & *G.*

[o] Ετέρου μείζονος] *Sc.* quod non moris esset apud eos ut juniores ante collocarent quam grandiores. *Gen.* c. 29. v. 26.

ρῶν[λ] [p] δώσειν ταύτῃ μετ' ἄλλῃ [q] ἑπταετίαν. πείθεται γὴ ὁ Ἰακώβ· ἤδεν γὰρ ἕτερον αὐτῷ ποιεῖν ὁ τῆς κόρης ἔρως ἐπέτρεπε. καὶ διελθόσης ἄλλης ἑπταετίας, τὴν Ῥαχήλαν παρελάβετο.

η'. Ησαν δ' ἑκατέραις θεραπαινίδες, ἃς πατὴρ δόντο. [r] Ζελφὰ μὲν Λείας, Ῥαχήλας γὴ Βάλλα. δῦλαι μὲν ἀδαμῶς, [s] ὑποτεταγμέναι δέ. καὶ τ' Λείας ἤπλετο [t] δεινῶς ὁ πρὸς τὴν ἀδελφὴν ἔρως τ' ἀνδρός. προσεδόκα τι παίδων γιομένων ἔσεσθαι [v] τιμία. [x] ἱκέτευέ τε τ' Θεὸν διλωκῶς. καὶ γιομένης παιδὸς ἄρρενος, καὶ Δῆλα τῆς πρὸς αὐτὴν [y] ἐπεστρεμμένης ἃς ἀνδρὸς, [z] Ῥοῦβηλον [a] ὀνομάζει τ' υἱὸν, διότι κατ' ἔλεον αὐτῆ ἃς Θεᾶ γέγονε· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ὄνομα. τεκνοῦται γὴ αὐτῇ καὶ τρεῖς ἕτεροι μετὰ χρόνον· Συμεὼν, ἐπισημαίνει γὴ τὸ ὄνομα τὸ ἐπηκοον αὐτῇ τ' Θεὸν γεγονέναι· εἶτα [b] Λαβὶ, κοινωνίας οἷον· βεβαιωτής· μεθ' ὃν Ἰούδας, εὐχαριστίαν τοῦτο δηλοῖ. Ραχὴλ γὴ, φοβουμένη [d] μὴ Δῆλα τὴν εὐτεκνίαν τ' ἀδελφῆς ἥττων. [e] πρός τ' ἀνδρὸς μοίρας τυγχάνῃ, προσκατακλίνει τῷ Ἰακώβῳ τὴν ἑαυτῆς [f] θεραπαινίδα Βάλλαν. γίνεται γὴ παιδίον ἐξ αὐτῆς, Δάν, θεόκριτον ἄν τινες εἴποιεν κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν· καὶ [g] μετὰ τοῦτον Νεφθαλεὶμ, [h] ἀμηχάνητον οἷον, Δῆλα τὸ [i] ἀντιτεχνάσασθαι πρὸς τὴν εὐτεκνίαν τῆς ἀδελφῆς. τὸ δ' αὐτὸ καὶ Λεία ποιεῖ, πρὸς τὸ τῆς ἀδελφῆς ἔργον ἀντιτεχνασαμένη· προσκατακλίνει γὰρ τὴν [k] αὐτῆς θεράπαιναν. γίνεται γὴ καὶ ἐκ τῆς [l] Ζελφᾶς υἱὸς Γάδας, τυχαῖον ἄν τις καλέσειεν αὐτόν· καὶ μετὰ τοῦτον Ασὴρ, [m] μακαριστὴς λέγοιτο ἂν, ἐξ ὧν πρὸς εὐκλειαν τῇ Λείᾳ προσελάμ-

rum esse post alterum septennium. Dictis obsequitur Jacobus: aliud enim faciendi potestatem sibi eripuit amor puellæ. Ac altero peracto septennio, Rachelam in matrimonium accepit.

8. Erant autem ambabus ancillæ, quas *eis* attribuerat pater; Liæ quidem Zelpha, Rachelæ vero Balla. nequaquam quidem servæ, subditæ tamen. Ac graviter tulit Lia amorem mariti erga Rachelam: exspectabatque, si liberos pareret, se honoratam fore. idque assiduis precibus à Deo contendebat. Cumque puer masculus natus esset, & maritus ob hoc propensior in eam factus, Rubelum nominavit filium, eo quod miseratione Divina ei contigerit. hoc enim significat nomen istud. Postea ex ea tres alii suscepti sunt liberi: Symeon, quod nomen denotat exorabilem ei fuisse Deum: dein Levi, quasi firmator societatis: post hunc Judas, quod *nomen* gratiarum actionem sonat. Rachela autem, verita ne propter fertilitatem sororis deteriore apud maritum conditione esset, famulam suam Ballam Jacobo facit accumbere. ex ea vero puer nascitur Dan; quod *nomen* Græci in sua lingua θεόκριτον (à Deo vindicatum) interpretarentur: & post hunc Nephthalim; quasi nullis dolis expugnandus; quod *mater ejus* arte certaverit cum sororis fœcunditate. Idem autem & Lia facit, *eadem* contra sororis artificium arte usa: suam enim deducit famulam in mariti accubitum. Ex Zelpha autem nascitur filius Gadas; ipsumque licet appellare fortuitum: ac post hunc Aser; qui beatificus diceretur, quod Liæ celebritati

Origo Israelitarum, ex Gen. c. 29. & c. 30.

Ex Lia Rubelus, Dei gratiâ.

Symeon, exoratio. Levi, societas. Judas, actio gratiarum.

Tum de Balla Dan, Deo vindice, seu θεόκριτον. Nephthalim, versutus, δολοπλόκων. Duo etiam ex Zelpha. Gadas, fortè fortuna? Aser, pinguis felix atque ἐκμακαρίζων.

p Δώσειν ταύτῃ] Ex *MSS.* δώῳ in *Editis*.

q Ἑπταετίαν.] Hac de re videsis *Schotani* Bibliothec. part. 2. p. 343.

r Ζελφᾶ] *Al.* Ζίλφαν (& Ζυλφαν) ἧς Λ. P. ἧ Βάλλαν (& Βαλλαν.) *et* Ζίλφα ἧς Λείας, Ῥαχὴλ ἧ Βάλλα legisse videtur *Vetus Interpr.*

s Ὑποτεταγμέναι] Nuncupantur autem ancillæ istæ S. in Pentateucho, שפחה & אמה. Samaritis *Zalpha* & *Balha*, S. Hieronymo à Rabbinis *Zelpha* & *Bala*. Demetrio tamen & LXXII. Alexandrinis, ζελφὰ καὶ Βαλλά. *Bern.* Ita ex *MSS.* antea ὑποτεταγμένην ἧ αὐτάς. καὶ &c.

t Δεινῶς] Δεινὸς haud male expressum fuit Typis prioribus: sed δεινῶς vidimus potius in MSS. & pridem sic *Epiph.* Scholasticus. Mox ἀνδρὸς Editores. ἧ ἀνδρὸς *Hen.* τ' ἀνδρὸς Reliqui. *Bern.* Itidemque ex *MSS.* δεινὸς in *Editis*.

v Τιμία.] Τιμίαν *Busb.* & *Basil.* & *Gen.* τιμία, fides antiquior & frequentior. Unde Zonaras, καὶ προσεδόκα μᾶλλον εὐμοιρεῖσθαι ἡντινοῦν, εἰ καὶ ἐν ἀγαθοῖς. *Bern.* Sic in melioribus *MSS.* τιμίαν *Busb. Basil.* & G.

x Ἱκέτευέ] Ita *MSS.* ὅτις καὶ ἱκέτευε τ' in *Editis*.

y Ἐπεστρεμμένην] Ἐπεστραμμένης ἀνδρὸς aut ἐπεστραμμένης ἃς ἀνδρὸς in omnibus (præter *Big.*) *MSS.* at ἐπεστρεμμένης ἃς ἀνδρὸς Cecropidis proprium ac usurpatum. *Bernardus.*

z Ῥοῦβηλον] Conveniunt codices Græci in ῥοῦβηλον, Latini omnes in *Ruben.* Pariter ῥουβηλὶς Josepho appellatur inferius tribus istius Israelitæ. Cæterum ῥουβὴλ legisse me memini in MS. quodam προπαροξυτόνως. Eusebianæ inter verba Demetrii. ῥουβὴλ iidem qui *Rubenitæ* in Constitutionibus Apostolicis, quas appellant. Tum روبيل *Rubil* passim Bibliorum Syrorum. روبيل itidem scribit in Annalibus suis Eutychius. Quinetiam Mar Gregorius interpretatur in Chronico روبيل, μέγας τῷ θεῷ, العظيم لله. ῥουβὶλ insuper in Lexico Ammonii redditur β emollita, πνεῦμα θεοῦ. Quin & ex Originibus hisce Judaicis Johannes Zonaras ita descripsit, ῥουβὶμ (l. ῥουβὶλ) ὃν καλεῖ τ' πρωτότοκον, ὅτι κατ' ἔλεον αὐτῷ γέγονε ἃς Θεοῦ. Moyses tamen scripserat tricies ראובן aut sæpius, Græci ῥουβὼ, ῥουβὶν, & frequentissimo mendo ῥουβὶμ. Samaritæ ex illo etiam charactere non suo روبين. Significat autem ῥουβὶν Philoni Alexandrino υἱὸς ὁρῶν: Hieronymo inter Ascetas Bethleemiticos υἱὸς ὁράσεως, vel υἱὸς ὅρασις, ראות בן Atqui nomen illud innuit ἰδοὺμως, *Ecce filium*. Longius autem petiit hujus Israelitæ nomenclaturam Josephus Sacerdos, cui equidem ῥουβηλος iste aut potius ῥουηλος appellaretur, quasi רחום אל, υἱὸς θεοῦ ἐλεήμονος: quomodo Bogomilorum secta sexcentis abhinc annis inter Christianos denotabatur. Conjectanti adhuc mihi magis probatur ὑπόβηλος à *Numine providendo & respectante*. Vel denique ῥουβὶλιος scripsit Josephus. Exscriptores inde facili manu ῥουβηλος fecerunt. Voluit idcirco Judæus duntaxat intelligi *filium* fuisse *provisum*: Deo tamen favente tantum pignus concessum ex Moyse potius adjici, quam vocabuli vi consequi & doceri. Consimiliter Archæologus idem *Dan* interpretatur θεόκριτον, quantum prorsus significat integrum nomen *Daniel*; causamque adeo nomenclaturæ simul comprehendit, qualem legimus c. 30. v. 6. דנני אלהים. *Bern.*

Conveniunt *Codices Græci* in Ῥούβηλον, *Latini* omnes in *Ruben*. utrum Ῥούβιλος vel Ῥούβηλος fuerit à *Josepho*, dubitat *Bernardus*. Pronunciat *Is. Vossius*, nomen *Rubenis* vel *Rubelis* rectè *Josephum* interpretari *misericordiam Dei*. Quis enim (inquit) nescit, non in Hebræa tantum, sed in omnibus linguis L in N sæpe transire, & B & M promiscuas esse literas.

a Ὀνομάζει τ' υἱὸν.] Ὀνομάζει αὐτὸν *Busb.* & *Hen.* frustra. Mox γενέσθαι *Busb.* item & *Hen.* ambo ex Annalibus Zonaræ. *Bern.*

b Λαβί,] Al. Λαβεὶ & Λαβὶς. De interpretatione nominum filiorum Jacobi, videsis *Drusium* in Lib. 1. *Sulpicii Severi*.

c Βεβαιωτής.] Ita in *MSS.* in *Editis* βεβαιότης.

d Μὴ Δῆλα τὴν εὐτεκνίαν] Aliter hæc pervertunt *Hen.* & *Busb.* post Bigles Drungarium. μὴ δι' ἀτεκνίαν παραδοκιμασθῇ, προσκαταλλάξῃς. Ex eodem illi mox θεράπαναν, pro θεραπαινίδα blandiore voce. *Bern.*

e Παρὰ τ' ἀνδρὸς] Sic *Big.* & *Samb.* in *ceteris* ineleganter παρὰ ἀνδρὸς.

f Θεραπαινίδα] *Al.* θεράπαναν, *ut* infra, p. 42. v. 4. & mox v. 42. Δᾶν.

g Μετὰ τοῦτον] Ita *Big. Samb. Vat.* μετ' αὐτὸν *Busb. Hen. Basil.* & *G.* ut infra, p. 42. v. 5.

h Ἀμηχάνητον] Edi nunc curavi ἀμηχάνητον ex *Big. Samb.* & *Casl.* pro εὐμηχάνητος *Basil. Gen.* & post J. Zonaram, ipsorum *Hen.* atque *Busb.* Posuit autem Josephus ἀμηχάνητος pro δυσκατέργαστον *nullis dolis expugnandus*; quomodo ἀμήχανον sæpius occurrit in vetustissimo Scriptore pro ἀπροσμάχητος, δεινὸς, καὶ κακομήχανον: maxime ubi asserit vates ille, σὺ δ' ἀμήχανός ἐσσι γεραιὲ· ἀπροσμηχάνητος, Didymo interprete, ἤτοι ἀκαπίαστον καὶ πρὸς πάλην ἕτοιμος; aut de Achille σὺ δ' ἀμήχανον ἔπλυ, iterum ἀπροσμηχάνητον, ἀκαμπῆ, πρὸς ὃν κάλλιον ἦεν μαχήσασθαι. Dein Cl. Vossius, propter tralationem veterem, *ex machinationibus*, ἐκ μηχανήματον mavult in Græco restitui. Sane נפתלים *Nephthalim*, aut Arabice انتعال *Intefalon*, *strophas dolosque nexos* denotant. Hæc probe confirmantur Jobi c. 5. v. 13. βυθὸν ἧ πολυπλόκων, נפתלים *Nephtalim*, ἐξίστησιν. Quid jam memorem ineptas aliorum Doctorum originationes, aut Δημοσθένους καὶ παλαισμοὺς Philonis, ἀνάληψιν Ammonii, *Conversionem Comparationemve* Hieronymi, aut *Athletam* Hulsii, & similium. Reperitur equidem νεφθαλεὶ apud *Busb.* & *Samb.* Cæteri tamen scribunt, cum LXXII. Interpretibus, Demetrio, Philonum juniore, & sanctissimis Evangelistis νεφθαλείμ, sicut unice dicimus *Baalim*, *Elohim*, *Misraim*, *Latusim*, &c. *Bern.* Ex *Big.* & *Samb.* in *aliis* εὐμηχάνητον. Posuit certe Josephus ἀμηχάνητος pro δυσκατέργαστος, quomodo ἀμήχανος sæpius apud *Homerum* pro ἀπροσμάχητος, ut constat ex *Didymo*. Verum *Is. Vossius*, propter tralationem veterem *ex machinationibus*, ἐκ μηχανήματος mavult restitui.

i Ἀντιτεχνάσασθαι] Ita in plerisque *MSS.* in *aliis* & *Editis* ἀντιτεχνᾶσθαι.

k Αὐτῆς θεράπαναν.] Sic in *MSS.* ἑαυτῆς *Basil.* & *G.*

l Ζελφᾶς] *Busb.* & *Hen.* καὶ γίνε) καὶ ἐκ ζελφᾶς. Alii γίνε) ἧ καὶ ἐκ ζελφᾶς. *Bern.*

m Μακαριστὴς] Ita de eo Zonaras, λέγοιτο ἧ μακαριστὸς, ὡς εὐ-

tati cumulus acceſſerit. Verum cum Rubelus, filiorum Liæ maximus, mandragoræ mala matri attuliſſet, Rachela, viſis iis, partem ſibi dari petiit, quod cibi iſtius deſiderio teneretur. Illa vero non annuente, jubenteque contentam eſſe, quod ei honorem, quem apud maritum haberet, eripuerit: Rachela, emolliens animum ſororis, conceſſuram ſe ei dicebat, ut cum ea maritus illa nocte cubaret. Qua gratia libenter accepta, cum Lia concumbit Jacobus, ut Rachelæ gratificaretur. Rurſum igitur ei filii naſcuntur: Iſſacharis quidem, ſignificans ex mercede genitum; Zabulon vero, oppignoratum benevolentiæ erga ſe: præterque hos filia Dina. Poſtea vero & Rachelæ natus eſt filius Joſephus. *id nomen* acceſſionem rei futuræ indicat.

Rurſum ex Lia Iſſacharis. mercede conductus eſt. Zabulon ἐισχυεασμός. Et filiola Dina, κλαῖις. Dein ex Rachela naſcitur Joſephus προσθήκη γνησομένου τινός.

9. Toto hoc tempore, quod viginti annos complectitur, ſoceri greges paſcebat & curabat. Eo autem elapſo, poſtulabat, ut cum uxoribus ab illo liceret diſcedere. Socero autem non permittente, clam hoc facere cogitabat. Uxores igitur pertentabat, quomodo laturæ eſſent peregrinationem. Quibus cum grata res eſſet, Rachela, ſimulachris etiam Deorum, quos pro patriis colere receptum erat, ſecum ablatis, una cum ſorore fugiebat; ſimulque utriuſque liberi, & famulæ cum ſuis filiis, aſportatis etiam quæcunque poſſidebant. Abducebat autem Jacobus dimidium pecorum, ne præſentiente quidem Labano. Simulachra vero Deorum ſecum ferebat Rachela, edocta quidem à Jacobo hujuſmodi honorem Deorum ſpernere; ut, ſi à patre perſequente deprehenſi eſſent, haberet quo confugeret, veniam impetratura.

Poſt XX. annorum ſervitutem, clam Labano diſcedit Jacobus. Gen. c. 31. Idola parentis Rachela ſurripit.

10. Labanus autem, poſt unam diem cognito Jacobi & filiarum diſceſſu, indignatus inſequebatur eum cum valida manu: & ſeptima die aſſequutus eſt eos in colle quodam quieſcentes. Et tunc quidem, nocte appetente, ab omni vi ſe continuit. Deus autem, illi per quietem adſtans, monuit ut generum & filias animo placato acciperet, nec quid durius in eos præ ira conſuleret; ſed cum Jacobo fœdus feriret: dicens, ſe illi propugnatorem futurum, ſi cum eo, propter pauci-

Labanus poſt ſeptimanam Jacobum fugientem conſequitur, ingratique animi accuſat, quicquam amplius Deo vetante.

κλείας τῇ Λείᾳ ἀλλὰ τὴν πολυτεκνίαν, καὶ μακαρισμῷ χρώμενος αὐτοῖς.

n Τῶν υἱῶν Λείας,] Sic in *MSS.* in *Editis* τὴν παίδων τὴν υἱῶν Λείας.

o Μανδραγόρα] Vide *J. Ludolfi* Comment. in *Hiſtor. Æthiop.* p. 139.

p Ισσάχαρις] Ισσάχαρις, ζαβελὼν. ισσάχαρις, *Caſ.* ισάχαρις. *Big. Hen. & Busb.* ισαχάρης *Samb.* ἰσσάχαρ Euſtathius, Zonaras, aliique poſt LXXII. Interpretes. Idem Hebraice יששכר conjugatione ſecunda, *Iſſachar*, (ut יגמל *iggamal*) *conducitur pramio.* Hoc volo; ſed Hieronymus atque Rabbini veteres diviſim יש שכר h. e. verbis LXXII. Doctorum Alexandrinorum, ἔστι μισθός. *Bern.*

q Ζαβελὼν] Ζαβέλων *Big.* Unum idemque innuere exiſtimo tria hæc vocabula זבלון, זבלון, & זברון, *Habulon, Zabulon*, & *Zabudon, pignus, dotem, depoſitum*; quod Arabes appellant ذخر & ذبل. *radhachon* & *Zabdon.* Neque aliud voluit *Lia* hac ſententia, זברני אלהים אתי זבד טוב הפעם יזבלני אישי Vel *Zabulon* dicitur ἐισχυεασθεὶς ἐμοὶ, זבול לי. Voſſio placet זה חבל, *hic oppignoratus:* Hieron. Onceloſo, & Samaritis *cohabitatio*, Philoni denique ῥύσις νυκτερινή; ſed Theologus ille Alexandrinus ſæpius hallucinatur, quam recte deducit nomina ſacra. *Bern.*

r Θυγάτης] Δεῖνα.] Θυγάτειον] *Hen. & Busb.* Ibi δεῖνα, *Samb. Busb. & Hen.* δεῖνα in cæteris; quod etiam verſu Theodoti probatur. Mox Zonaras, τὸ] ὄνομα προσθήκη τινὸς γνησομένου δηλοῖ. Quippe יוסף, προσίθησι. *Bern.*

s Εἴκοσιν,] Iſtud defendunt Dionyſius, aliique veterum Criticorum ad εἰκοσινέλλα Mæonidæ. Communius tamen eſt ἔικοσι præ vocali, ut *Hen. & Zonaras* hæc ſcribunt. *Bern.*

t Τοῦτο ἡξίει,] Ita ex *MSS.* τοῦτον in *Editis.*

v Ἀπαλλάττεσθαι παρ' αὐτόν.] Ὑποχωρῆσαι θέλων, ὁ συνεχώρησε. ὅθεν κρύφα &c. *Zonaras.* εἶτα σὺν ταῖς γυναιξὶν ἀπαλλάττεσθαι θέλων παρ' ἑαυτὸν, ὁ συνεχωρεῖτο παρὰ δὲ πειθαρχῶν. διὸ καὶ κρύφα &c. *Hen. & Busb.* qui *Zonaram* expilaſſe videntur, ſicut ille *Joſephum.*

x Επήγετο] Απήγετο melius.

y Τύπους τῶν Θεῶν] Τῶν θεῶν ἱπεφέρετο *Samb. & Big.* Alii, ἱπεφέρετο τῶν θεῶν. *Zonaras* ſic deſcripſit ex Joſepho: εἶτα ὑποχωρῆσαι θέλων, ὁ συνεχώρησε. ὅθεν κρύφα μὴ τὴν γυναικῶν σὺν ταῖς θεραπαίναις καὶ τοῖς παισὶν ἀπιδιέρασκεν, καὶ τῶν κτήσιν παρεπαγόμενος, καὶ τὰ βοσκημάτων ἅπερ αὐτῷ δὲ ποιμαίνειν μισθὸς προσηνέμωτο· ῥαχὴλ δὲ καὶ τὰ εἴδωλα δὲ πατρὸς ἐπιφέρετο. ἐχ' ὡς τιμῶσα, ἀλλ' ἵνα ἔχοι ταῦτα καταφυγὴν, εἰ ἐπιδιώξας αὐτὰς ὁ πατὴρ καταλάβοι. Vide jam quam ſimillimi ſint hujus *Hen. & Busb.* ut de cætero chartæ hujuſce impendio parcamus. εἶτα σὺν ταῖς γυναιξὶν ἀπαλλάττεσθαι θέλων παρ' ἑαυτὸν, ὁ συνεχωρεῖτο παρὰ δὲ πειθαρχῶ. διὸ καὶ κρύφα μὴ τὴν γ. καὶ τ. θεραπ. σὺν τοῖς παισὶν ἀπεδίδρασκεν. ῥαχὴλ δὲ καὶ τὰς τύπους τῶν θεῶν δὲ πατρὸς ἐπιφέρεται, καταφρονεῖν μὲν τούτων τιμῆς διδάξασα αὐτὰς ἰακὼβ· ἵνα δὲ &c. Hi illum expilarunt, Joſephum iſte. *Bern.* Τὰ εἴδωλα LXX. *Aquila* μορφώματα, *Symmacho* θεραφείμ. Sunt qui opinantur fuiſſe Deos Penates ipſius, cui opinioni favet *Joſephus.* Vide *Druſium* & *Schotanum* ad *Sulpic. Sever.*

z Ινα δὲ εἰ καταληφθεῖεν] Nonnulli dicunt τύπους τῶν Θεῶν fuiſſe Deorum ſigna, ſive imagines ad certum ſtellarum poſitum factas cum ſtellarum figuris, quas Rachela abſtulit, ne ex iis Labanus conſilium fugæ diſceret. Hic volui καταληφθεῖεν pro καταλειφθεῖεν, quod antea obtinuerat.

a Μιαν] Τρίτην *Big. Samb.* & *Caſ.* propter יום השלישי Gen. 31, 22. Lectionem vero excuſorum exemplarium confirmat Epiphanius, & poſt eum P. Trecenſis. Nam λαβὰν δὲ μεθ' ἡμέρων μίαν γνὺς, & Moyſis ἀνηγέλη δὲ λάβαν τῷ σύρῳ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, idem ſpatium denotant, diem inquam ſolidum inter abitum Jacobi tonſuræ tempore, v. 19. & nuncium delatum hero interceſſiſſe. Ne quem itaque moveant cavillæ Saliani aut Schotani. Aſtutius autem *Hen. & Busb.* quam fidelius ἑβδόμην γνὺς diebus una aut tribus omiſſis. *Bern.* Τρίτην *Big. Samb. Caſ.* & *Vat.* propter Gen. 31, 22. μίαν *Baſ. G. Vet. Interpr.* & *P. Comeſtor.* Verum (ut inquit *Bernardus*) *Joſephi* μεθ' ἡμέρων μίαν γνὺς, & *Moyſis* ἀνηγέλη δὲ λάβαν τῷ σύρῳ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, idem ſpatium denotant, *ſc.* diem ſolidum inter abitum Jacobi & nuncium delatum Labano.

b Δεινοπαθῶν] Ita in *MSS.* δεινὰς παθὼν in *Editis.*

c Προσκαθιδρυμένους.] Προσκαθιδρυμένους *Samb.*

d Me-

ὀλιγότητ@ χωρήσειν αὐτῷ ἀφὲ μάχης. Λάβαν@ ὖ, τοιαύτης αὐτῷ ἐκ τ Θεῦ προῤῥήσεως γεγυμνένης, [d] μεθημέραν εἰς λόγους τ Ἰάκωβον [e] προσκαλεσάμεν@, καὶ δηλώσας αὐτῷ τὸ ὄναρ, ἐπεὶ πρὸς αὐτὸν ἦλθε πεισθείς, ἤρξατο κατηγορεῖν αὐτοῦ, προφέρων· ὅτι καὶ πένητα αὐτὸν ἐλθόντα πρὸς [f] αὐτὸν καὶ πάντων ἄπορον ὑπεδέξατο, καὶ πλούσιον πᾶσαν ἀφθονίαν τῆς αὐτοῦ κτήσεως. „καὶ „γὰ θυγατέρας τὰς ἐμὰς συνέζευξα, τῷ εὐνοίαν σε τὴν „πρὸς ἡμᾶς τούτοις αὐξηθήσεσθαι λογιζόμεν@. σὺ ὖ, „ὅτε τ μητρὸς τ ἑαυτοῦ, καὶ κοινωνίας ἧς εἶχες πρὸς „ἐμὲ συγγενείας, ὅτε γυναικῶν ἃς ἔγημας αἰδῶ ποιη„σάμεν@, ὅτε τέκνων ὧν εἰμὶ πάππ@, ἐχρήσω μοι „πολέμῳ νόμῳ· κτῆσιν μὲν ἄγων τῷ ἐμοὶ, θυγατέ„ρας ὖ ἀναπείσας [g] ἀποδράναι τ γεγυμνηκότα· ἱερά τε „πάτρια βαστάσας [h] οἴκοι φερόμεν@, ὑπό τε τ ἐμῶν „τιμηθέντα προγόνων, καὶ ὑπ' ἐμοῦ θρησκείας τ αὐτῆς „ἐκείνοις ἀξιωθέντα. [i] καὶ ταῦτα ἃ μηδὲ οἱ πολεμήσαντες „τοὺς ἐχθροὺς ἔδρασαν, ὁ συγγενὴς σὺ, καὶ τ μὲν ἀδελ„φῆς τῆς ἐμῆς υἱὸς, θυγατέρων ὖ τ ἐμῶν ἀνὴρ, ξέν@ „ὖ καὶ ἐφέστ@ τῆς ἐμῆς οἰκίας γεγυμνέν@ ἔδρασας.„ ταῦτ' εἶπεν@ Λαβάνης, Ἰάκωβ@ ἀπελογεῖτο· [k] μὴ μόνῳ πατρῴᾳ ἔρωτα τ Θεὸν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἐμφύσαι, καὶ μὴ τοσοῦτον χρόνον καλῶς ἔχειν [l] αὐτῷ κατελθεῖν εἰς τοὐπίσω. „ὑπὲρ ὖ τῆς λείας ἧς ἐγκαλεῖς, φησὶν, ἀδί„κων αὐτὸς ἂν ἀφεῖσθαι ἐπ' ἄλλῳ κριτῇ. ὑπὲρ γὰ ἧς „ἐχρῶ σε χάριν ἡμῖν ἔχειν καὶ φυλαχθείσης ὑφ' ἡμῶν „καὶ πλείον@ γεγυμνένης, ὑπὲρ ταύτης πῶς ἀφα„μαρτάνεις τ δικαίων χαλεπαίνων ἐμοὶ, εἰ μοίραν αὐ„τῆς ὀλίγην λαβόντες ἔχομεν. ὡς μέντοιγε τ θυγατέ„ρων, ἴσθι μὴ κατ' ἐμοῦ κακουργίαν ἀπαναστήσαντ@ „ἀπελθεῖν, ἀλλὰ κατ' εὔνοιαν δικαίαν, ἣν γυναιξὶ „γαμετῆς πρὸς πενθεροὺς εἶναι συμβέβηκεν. ἔπον„ται τοίνυν ἐκ ὡς ἐμοὶ τοσοῦτον, ὅσον τοῖς παισὶν ἐαυ„τῶν.„ καὶ ταῦτα μὲν ὑπὲρ ὧ μηδὲν ἀδικεῖν αὐτὸς ἔλεγε. προσενεκάλει ὖ, καὶ κατηγορίαν ἐποιεῖτο· ὅτι μητρὸς ὢν ἀδελφὸς τ αὐτοῦ, καὶ συζεύξας αὐτῷ τὰς θυγατέρας, ὑπερπάγμασιν ἐκτενυκώσαις χαλεποῖς, εἴκοσιν ἐτῶν ἀριθμὸν ἐν αὐτοῖς κατασχών. καὶ τὰ μὲν προφάσει τ γάμων ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα, καίπερ [m] ὄντα χαλεπά, [n] κουφότερα ἔφασκε· χείρω ὖ τὰ μετὰ τὰς γάμους, καὶ ἃ τις [o] ἐχθρὸς ἔφυγεν ἄν. καὶ γὰ σφόδρα κακούργως ὁ Λάβαν@ ἐχρήσατο [p] τῷ Ἰακώβῳ. ὁρῶν γὰ αὐτῷ τ Θεὸν πρὸς ὅ, τι θελήσαι συλλαμβανόμενον, ὑπισχνεῖτο τ πεπρωμένων αὐτῷ παρέξειν ἕως· ὅτε μὲν ὅ, τι κριθείη λευκὸν, [q] ποτὲ δ' αὖ τὰ μέλανα τ γεννωμένων. [r] πλημμυρούντων ὖ τ ἐπ' ὀνόματι τῷ Ἰακώβου πεπτωμένων· τῷ μὲν εἰς τὸ παρὸν οὐκ ἐφυλάξατο πίστιν, εἰς ἔτ@ ὖ [s] παρέξειν ἐπηγγέλλετο τὸ ἐξῆς, ἀφὲ τὸ ἐπιφθαλμιᾶν τῷ πλήθει τ κτήσεως· [t] ἐπαγγελλόμεν@ μὲν, ἀφὲ τὸ δυσέλπιστον ψεύδεσθαι τοσαῦτα, ψευδόμεν@ ὖ [v] ὀπτωμένους.

ια'. Περὶ μέντοι τ ἱερωμάτων, ἐκέλευεν ἔρευναν ποιεῖσθαι. δεξαμένου δὲ Λαβάνου τὴν ἔρευναν, Ραχήλα

tatem contempto, manus consereret. Tum Labanus, cum hæc ei prænunciassent Deus, sequenti die Jacobum ad colloquium evocans, eique somnium narrans, cui fidem habens ad ipsum venerat, cœpit illum accusare, exprobrans; quod pauperem illum ad se venientem & omnium egenum susceperit, & de suis facultatibus abunde ipsi suppeditarit. „Nam & filias meas, *inquit*, tibi con„junxi, putans hoc pacto benevolentiam erga nos „tuam fore firmiorem. Tu vero, neque tuam ipsius „matrem, neque cognationem qua mihi conjun„ctus es, neque uxores quas duxisti, neque libe„ros quorum avus sum, reveritus, non aliter quam „hostem me tractasti: bona quidem mea diri„piens, filiabusque genitorem fugere persuadens, „ac sacra patria tecum domum asportans, cum „apud majores meos tum apud me summa in ve„neratione habita. Imo & quæ vix hostis hosti „faceret, tu, cognatus, & e sorore quidem nepos, „filiarum vero maritus, hospes insuper ac do„mesticus victor mihi fecisti.„ Cum hæc dixisset Labanus, pro se respondit Jacobus: non sibi solum, sed omnibus, Deum indidisse patriæ amorem, æquumque esse ut ipse post tantum temporis ad eam se reciperet. „Quod vero prædæ, *Egregie se defendit Jacobus simulque improbitatem Labani redarguit.* „inquit, *abactæ* crimen objicis, ipse injustitiæ „sub alio judice damnareris. Cum enim gratiam „mihi pro facultatibus tuis conservatis & auctis „debeas; quomodo fieri potest ut super his non „recedas à justitia, qui ægre fers quod modicam „earum partem abstulerimus. Certe quod ad fi„lias attinet, scito illas non ex malo mei abeun„tis consilio se mihi comites dare; sed ex justa „benevolentia, quam nuptas mulieres erga eos, „quibuscum vivunt, habere contigit. sequuntur „igitur non tam me, quam liberos suos.„ Atque hæc quidem dixit *Jacobus*, ut ostenderet se injuriam *illi* non fecisse. Insuper autem querelis reum agebat: quod, matris suæ cum esset frater, filiasque ei connubio junxisset, duris mandatis, quibus per viginti annos detentus fuerat, cum contriverit. Ac ille quidem, quæ ex causa & simulatione nuptiarum fecisset, quamvis *per se* gravia, *sibi tamen* leviora *fuisse* dicebat: nuptias vero insequuta multo graviora, quæ inimicus sane effugisset. Etenim Labanus valde inique Jacobum tractaverat. nam, videns eum in iis quæ voluit à Deo adjuvari, nunc pollicebatur se ei daturum *pecudum* quicquid album nasceretur, nunc autem rursus quicquid nigrum. Cum autem crevissent *pecora*, quæ Jacobi erant futura, non servabat fidem in præsens, sed in proximum annum se daturum promittebat; quod *ei* * invideret facultatum abundantiam. promittens quidem, cum non speraret tantum proventum; at mox, ubi provenerat, fallens.

XI. Veruntamen de sacris *ablatis*, jussit inqui- *Post hæc de Dis penatibus solicitum parentem ab ipsa fœminarum eludit Rachela.* sitionem fieri. Cum autem hoc in se recepisset La-

d Μεθημέραν] *Al.* μεθ' ἡμέραν. Sed πρὸς ἡμέραν *Hen.* & *Busb.*

e Προσκαλεσάμενος,] Προσκαλεσάμενος *Samb.* & *Vet. Interpr.*

f Αὐτὸν] Αὐτὸν *Samb.*

g Ἀποδράναι] Ἀπο ῥᾶναι cum accentu crispo, *Big.* Altercentur autem de hac re, ut vacat, Ludorum magistri. Heic etiam ἀποφθεγξάσθαι *Busb.* & *Hen.* κελεύσῃ αὐτὸν ἀφὲ τ θυσιῶν καὶ τῶν βουκημάτων ἀπαγαγὼν, καὶ τῶν τ παιδίων ἄπειρα κλοπῶν. ὃ ὖ πρὸς ταῦτα ἀπλογησάμενος, καὶ μηδὲν οἰκεῖν ἀποδείξαντος, τοῦτ' ὖ τ ἱερωμάτων ἐρωτᾷ ἀποχωρῆσαι· ὁ λάβανος ἐρώτησιν ῥῆξαι, & cætera paragraphi xi. *Bern.*

h Οἴκοι] Sciolus aliquis οἴχη adscripsit codd. *Samb.* & *Cas.* Quis enim Criticorum jam sustineat trium verborum onus illud βαστάσας, οἴχη, & φερόμενος. *Bern.*

i Καὶ ταῦτα] Ita *Cas. Vat.* & *Vet. Interpr.* καὶ ταῦτα μηδὲ οἱ π. τ. ἐχθροὺς ἔδρασαν, ἀ συγγενὴς *Basf.* & *G.* καὶ ταῦτα ἃ μηδὲ εἰ οἱ πολ. &c. *Samb.* ἀξιωθέντα ταῦτα, ἃ μηδὲ οἱ π. τ. ἐ. ἔδρασαν, ὁ συγγενὴς *Big.*

k Μὴ μόνῳ πατρῴου ἔρωτα] Ita *Basf. G.* & *Vet. Interpr.* amplius quidem *MSS.* μήτηρ πατέρος καὶ πατρίδος, καὶ πάντων τ οἰκείων ἐρωτικέναι τ Θεόν· τ ὃ ἐπιτρέψαι. αὐτῷ ὖ μὴ μόνον (vel μόνῳ) πατρίδος ἔρωτα &c. forsan à *Glossatoris* alicujus manu.

l Αὐτῷ κατελθεῖν εἰς ταυτῶ.] Αὐτὸν *Vat.*

m Ὄντα χαλεπὰ,] Vocem ὄντα, quæ deerat in *Editis*, restituimus ex *MSS.*

n Κουφότερα] Κουφότερα ἔπαχε legerat *Epiphan.* nam vertit, *leviter sustinuisset.*

o Ἐχθρὸς] Ita *Big.* & *Samb.* ὢν ἐχθρὸς ἔφυγε *Basf.* & *G.*

p Τῷ Ἰακώβου.] Articulum negligit *Vat.*

q Ποτὲ δ' αὖ] Ita ex *MSS.* in *Editis* ποτὲ ὖ αὖ.

r Πληθυόντων] *Al.* πληθωόντων.

s Παρέξειν] Ita *Samb. Cas.* & *Vat.* παρίξειν ἐπηγγέλλετο *Big.* gemino, ut amant Attici, augmento.

t Ἐπαγγελλόμενος] Sic ex *MSS.* in *Editis* καὶ ἐπαγγελόμενος.

v Ἐπιῤῥωμένους.] Lege ἐπὶ ῥωμένοις *Colc.*

* *Invideret facultatum abundantiam:*] *Al.* concupiscere facultatum abundantiam, *vel* oculos injiceret in fac. abund.

x Ka-

Labanus, Rachela, re audita, deponit ſimulachra in ſtratum cameli, in quo ipſa vehebatur: ſuperque ſedebat, dicens menſtruis ſe laborare. Ac Labanus quidem deſtitit amplius perſcrutari; credens filiam ſic affectam non acceſſuram eſſe ad ſimulachra. Porro jurejurando fidem dat Jacobo, ſe nullam ſibi factam injuriam in memoria habiturum: quin & ille *viciſſim*, ſe filias ejus amore proſequuturum. Atque hoc fœdus ab iis ictum eſt ſuper monte quodam, ubi columnam erexerunt aræ ſpecie. unde Galades colli nomen factum: à quo terra nunc Galadena dicta eſt. Convivio poſt fœdus celebrato, Labanus quidem *domum* reverſus eſt.

Apud Galadem collem utriuſque familiæ pacta mutua, non ſine epulis.

πωθανομένη [x] καπεπήδησε τὰς τύπας εἰς [y] τὸν σάγμον τῆς φερούσης αὐτὸν καμήλου· ἐκαθέζετο δὲ, φάσκουσα τὸν κατὰ φύσιν κάθαρσιν [z] αὐτῇ ἐνοχλεῖν. ὁ μὲν Λάβανος μὲν ἀφίσταται τῆς ἐπιζητήσεως ἐφόβηθη· οὐκ ἂν οἰηθεὶς τὴν θυγατέρα μὴ τοιούτου πάθους τοῖς τύποις προσελθεῖν. ποιεῖται δὲ ὅρκους πρὸς Ἰάκωβον, [a] μηδενὸς αὐτῷ μνησικακήσειν τῶν γεγονότων· ἀλλὰ κἀκεῖνος, ἀγαπήσειν αὐτοῦ τὰς θυγατέρας. ὁ δὲ πίστεις τὰς ἐπὶ τούτοις ἐποιήσαντο [b] ὑπὲρ ὀρῶν τινῶν, ἐφ' οἷς στήλην [c] ἀνέθεσαν ὁ βωμὸν ἔχουσαν. ὅθεν [d] Γαλάδης λέγεται ὁ βουνός· ἀφ' οὗ καὶ νῦν Γαλαδηνὴν καλοῦσι τὴν γῆν. ἑστιαθέντων δ' ἐπὶ τοῖς ὅρκοις, ὁ μὲν Λάβανος ἀνέζευξεν.

XX. CAP. XX.

De congreſſu Jacobi & Eſavi.

Labano dimiſſo, apparet Jacobo viam pergenti cohors cæleſtis pulchro omine. Gen. c. 32.

JAcobo autem in Chananæam iter pergenti viſiones obveniebant, de futuris ei ſpem ſummam afferentes: atque locum quidem *inde* appellavit Dei caſtra. At volens pernoſcere animum fratris erga ſe, præmiſit accurate cuncta exploratores, timens cum propter veterem ſuſpicionem. Iis vero quos mittebat in mandatis dedit, ut Eſavo dicerent. „Quod Jacobus ultro terram *pa-*
„*triam* reliquerit, ne cum fratre ſibi perirato ha-
„bitaret; & nunc credens tantum temporis ſatis
Unde hic legatis ac muneribus miſſis animum fratris exploret.
„valere ad gratiam reconciliandam, *tandem* rever-
„terit, uxoreſque ac liberos adducens & facultates induſtria quæſitas, cum pretioſiſſimis qui-
„buſque ſemet illi traditurus: quia bonorum ma-
„ximum exiſtimat, quæ Deus largitus eſt cum
„fratre communicare.„ Et illi quidem hæc nunciarunt. Eſavus vero *hac re* lætatur, fratrique in occurſum properat cum quadringentis armatis: Jacobuſque, audiens eum obviam venire cum tot armatis, valde extimuit. At in Deo ſpem omnem ſalutis reponebat; & ex præſentibus providebat, ut ipſe illæſus ſuos ſervaret, hoſtibus ſuperior, ſi
Ordines explicat Jacobus cum familiæ ſuæ, tum etiam muneris præclari, quod ad fratrem concilian-
quid injuſti intentarent. Iis igitur qui ſecum erant diſtributis; alios quidem præmittebat, alios vero poſt tergum proxime ſequi jubebat: ut ſi præmiſſi *forte* vi opprimerentur, Eſavo *illos* aggrediente, ad ſequens agmen haberent refugium. Atque hoc modo inſtructis qui ſecum erant, quoſdam ad fratrem mittit cum muneribus. Ea
dum objecerat.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ συνελεύσεως Ἰακώβου καὶ Ησαύου.

ΙΑκώβῳ δὲ εἰς τὴν Χαναναίαν πορευόντι φαντάσματα συνετύγχανεν, ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑπαγορεύοντα περὶ τῶν ὑστέρων· καὶ τὸν μὲν τόπον [f] ἐκεῖνον προσαγορεύει θεοῦ στρατόπεδον. βουλόμενος δὲ εἰδέναι τί ὁ ἀδελφὸς [g] περὶ αὐτοῦ φρονεῖ, τοὺς γνωσομένους ἔκαστα μὴ ἀκριβείας πρὸς πέμψε, δεδιὼς αὐτὸν ἀφ' τὴν παροψίαν. [h] ἐνετέλλετο δὲ τοῖς πεμπομένοις λέγειν πρὸς τὸν Ησαυον. „ὅτι νομίσας Ἰακὼβος ἄδικον συνδιαπράξαι αὐτῷ τὴν ὀρ-
„γὴν, τοὺς χώρας ἐκὼν ὑπεξέλθοι, καὶ νῦν τὸν χρόνον
„ἱκανὸν ἡγούμενος εἶναι [i] ἀφαλάκτῳ, ἐπανήκει, γυ-
„ναῖκάς τε καὶ παῖδας ἐπαγόμενος μὴ δι' πορισθέντος
„βίου, μὴ τὸν τιμιώτατον ἑαυτὸν ἐκείνῳ προδιδούς· ὅτι
„κερδὸς μέγιστον ἀγαθὸν, τὸ τῷ ἀδελφῷ συμμεταλαμ-
„βάνειν τοῦ [k] ὑπὸ δι' Θεοῦ δεδομένων.„ καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἐδήλουν. Ησαυος δὲ εὐχαρὴς γένηται, καὶ τῷ ἀδελφῷ ὑπαντᾷ σὺν ὁπλίταις τετρακοσίοις· καὶ Ἰάκωβος, πυθανόμενος ἥκειν αὐτὸν ὑπαντησόμενον μετὰ τοσούτων ὁπλιτῶν, λίαν εὐφορεῖται. τῷ μέντοι Θεῷ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἐπέτρεπε· καὶ εὐθύνοιαν εἶχεν ἐκ τῶν παρόντων ὅπως ἂν αὐτὸς [l] ἀπαθὴς σώζοι τοὺς σὺν αὐτῷ, κρατήσας τῶν ἐχθρῶν εἰ ἐθέλοιεν ἀδικεῖν. νείμας οὖν τοὺς σὺν αὐτῷ· τοὺς μὲν [m] πρόπεμπε, τοὺς δὲ λειπομένους [n] ἆσσον ἐκέλευεν ἀκολουθεῖν· ὅπως εἰ βιασθεῖεν οἱ προπεμφθέντες, διαδεξόμενοι δι' ἀδελφῆς, καταφυγὴν ἔχοιεν τοὺς ἑπομένους. καὶ τέτταρα διαπέμψας τοὺς σὺν αὐτῷ τὸν τρόπον, πέμπει τινὰς δῶρα χαριζόμενος τῷ ἀδελφῷ. ὑπάντησις δὲ τῶν

---

x Καβλίθησι] Ενλίθησιν *Hen. Busb.* & *Zonaras*, propter σάλαι LXX.

y Τὸν σάγμον] Τὸν σάγμον recte *Baſ. Gen. Hen. Busb. Samb.* & *Caſ. Stratorium*, Epiphanius; ἀσφάλιον J. Zonaras. Sed MSS. Florentina φελέολαιον, ex gloſſemate. Legas enim in Lexicis Græcorum σάγη, φελεόλαιον, σκέπασμα. Imo φελεόλαιον hæſerat margini cod. inter Gallicos vetuſtiſſimi. Moyſes autem dixerat בכר *becar*, in clitella; εἰς τὰ σάλματα LXII. Interpretes. Hoc in loco σάλιθησιν *Hen. Busb.* & *Zonaras* reponunt pro καβλίθησι, propter σάλαι Alexandrinorum, Gen. c. 31. v, 34. *Bern. Moyſes* dixerat *becar*, i. e. *in clitella*. εἰς τὰ σάλματα LXX.

z Αὐτῇ ἐνοχλεῖν.] Ita ex *MSS.* in *Editis* αὐτῆς.

a Οὐδενὸς] Ita *Samb.* & *Caſ.* οὐδενὸς αὐτῶν *Big.* & *Vat.* μηδενὸς αὐτῶν *Baſ.* & *Gen.*

b Ὑπὲρ ὀρῶν τινῶν,] Ita *Samb.* Conſimiliter *Epiph. Super montes quoſdam, in quibus &c.* Unde P. Manduco, *Joſephus dicit eos columnam in monte ſtatuiſſe ſub ſchemate aræ: forte acervum columnam nominavit.* ὑπὲρ ὄρων τινῶν libri plures. Quo facit formula ſacra v. 52. c. 31. Gen. ἰδὲ ὁ βουνὸς οὗτος μάρτυς καὶ μάρτυς ἡ στήλη αὕτη, ἐὰν τε ἐγὼ μὴ ἀφέξω πρὸς σὲ, μήτε σὺ ἀφέξῃς πρὸς μὲ τὸ βουνὸν τοῦτο (הגל הזה) καὶ τὴν στήλην ταύτην (המצבה הזאת) ἐπὶ κακίᾳ. *Bern. Al.* ὑπὲρ ὄρων τινῶν. pro hoc facit formula ſacra, *Gen.* c. 31. v. 52.

c Ανέθεσαν] Indocta manus cujuſdam Theologi correxit ἀνέθηκαν. *Bern.*

d Γαλάδης] Jacobo Hebræo גלעד *Galaad*, ſed Meſopotamitis יגר שהדותא *Jegar Sahadutha*; βουνὸς ἑρμηνεύεται Græce reddas nomen utrumque. Judæi vero & Samaritæ, qui ſcribunt Arabice, ponunt جرس *Garas* pro jugo *Galaad*. Pro γαλάδης, *Big. Samb.* atque *Caſ.* ſcribunt γαλαδών. Libros autem Caſſiodori iſthæc puto Interpreti ſcholaſtico obtuliſſe, ὄθεν γάλαδα λέγεται ὁ βουνὸς· ἀφ' οὗ καὶ νῦν γαλαδῖται καλοῦσι τὴν γῆν. Quid autem opportunius quam illa Stephani Byzantii, γάλαδα, χώρα ἀραβίας, ἡ γαλαδηνή. ἰώνηται δὲ ἡ ου δ' ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας γαλαδῖτιν φησί. Ubi tamen noſtri codices retinent uſque γαλαδηνή. *Bern.* Γαλαδηνὴ aut Γαλαδηνὴ *Big. Samb. Caſ.* & *Vat.* Legiſſe videtur *Epiphan.* ὅθεν Γάλαδα λέγεται ὁ βουνὸς. ἀφ' οὗ καὶ νῦν Γαλαδῖται καλοῦσι τὴν γῆν. Vide *Steph. Byzant.* v. Γάλαδα.

e Καὶ νῦν Γαλαδηνὴν] Illud καὶ ex *MSS.* deeſt in *Editis*.

f Ενεῖνον προσαγορεύει] Hunc autem locum ſic reformant *Hen.* & *Busb.* φανέσματα συνεξύσχνει, ἀγαθὰ ἐπαγορεύοντα περὶ τῶν εἰς ὕστερον· καὶ τὸν μὲν τόπον ἐκεῖνον καλεῖ θεοῦ στρατόπεδον. *Bern.* Vox ἐκεῖνον etiam ex *MSS.*

g Περὶ αὐτοῦ φρονεῖ,] Ita ex quatuor *MSS.* τί ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ φρ. *Baſ. G.* & *Vet. Interpr.* haud contemnenda phraſi. *Bern.*

h Ενετέλλετο] Sic in *MSS.* in *Editis* ἐνετείλατο, ut in LXX. *Gen.* c. 32. v. 19.

i Διαδάκτῳ,] Ita meliores *Codd.* in aliis ἀφαλάκτῳ, & mox ἐπανίκοι.

k Υπὸ δι' Θεοῦ] Υπὸ Θεοῦ δ. *Vat.* ὑπὸ δι' θεὸν *Vet. Interpr.*

l Απαθὴς] *Samb.* ἀπαθεῖς, per vim vitiata locutione, quod omnes tamen haud credant. *Bern.* Απαθεῖς *Samb.* & *Vet. Interpr.*

m Προπέμπε,] Rurſus προέπεμπε *Big.* & *Samb.* & ſubinde ἐποδίμους *Hen.* vice λειποδίμους. Dein *Big.* πλησίον, ἑξῆς, ſuppoſitum à Sciolo. Verbum etiam proximum ἐκέλευσεν legunt *Big.* & *Samb.* Mox ἵν' εἰ οἱ ἐμπροσθεν βιασθεῖεν ἐπιθ. τ. ἀδ. καταφυγὴν ἔχοιεν τ. ἐπ. Ita depravatores Joſephi *Hen.* aut *Busb.* Poſt hæc illi ipſi, ἄγουσι δὲ τὰ πεμφθέντα ἐκ ἀφαλ pro ἦσαν δὲ οἱ πεμφθέντες ἐκ ἀφαλ. & mox πολλὰ pro πολλοί. *Bern.*

n Ασσον] Falluntur ergo, qui dicunt in N. T. Act. 27. 13. id non poſſe accipi, ac ſi ſolis poëtis hoc ſenſu uſurparetur, pro *celerius, citius*: alibi ἄσσον urbs Cretæ in Actis cap. 20. intelligitur. *Rel.*

ἦν τὰ πεμπόμενα, καὶ πολλὸς τετραπόδων ποικίλων, ἃ δὴ τίμια τοῖς λημψομένοις ἔμελλεν ἔσεσθαι διὰ τὸ σπανίζειν αὐτῶν. ἦσαν δὲ οἱ πεμφθέντες ἐκ διαλειμμάτων, ἵνα συνεχέστερον ἐντυγχάνοντες πολλοὶ δοκῶσιν· ἀνίησιν γὰρ ὑπὸ τῶν δώρων τὴν ὀργῆς, εἰ διαμένοι ὁ πεθυμωμένος. ἔτι μέντοι καὶ λόγοις χρησθαι ὁμιλεῖν πρὸς αὐτὸν ἄρχει τοῖς πεμπομένοις.

β'. Ταῦτα συνθεὶς διὰ πάσης τῆς ἡμέρας, νυκτὸς ἐπιγενομένης σκηνῇ τοὺς σὺν αὐτῷ. καὶ χειμαρρόν τινα Ἰάβακχον λεγόμενον διαβεβηκότων, ἰσχνὸς ὑπολειμμένος, φαντάσματι συντυχὼν διεπάλαιεν, σκέλους προκαταρχοντος τῆς μάχης· κρείττων δὲ φάντασμα· ὁ δὲ καὶ φωνῇ χρῆται καὶ λόγοις πρὸς αὐτὸν, χαίρειν τε [q] πρὸς τοῖς γεγυμνέναις ἐπιτρέπων, καὶ μὴ [r] μικρῶν κρατεῖν ὑπολαμβάνειν, ἀλλὰ θεῖον ἄγγελον νενικηκέναι, καὶ σημεῖον ἡγεῖσθαι τοῦτο μεγάλων ἀγαθῶν ἐσομένου, καὶ ἐκ μηδέποτε τὸ γόνυ κλεῖψειν αὐτοῦ, μηδὲ ὑπέρτερον ἀνθρώπων τινὰ τὴν ἰσχὺν ἔσεσθαι τὴν σκέλους. κέλευέ τε [s] καλεῖσθαι αὐτὸν Ἰσραήλον· σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ τὴν Ἑβραίων γλῶτταν, [t] τὸν ἀντιστάντα ἀγγέλῳ θείῳ. ταῦτα μέντοι προεῖλεγεν, Ἰακώβου δεηθέντος· αἰσθόμενος γὰρ ἄγγελον εἶναι [x] Θεοῦ, τίνα μοῖραν ἔξει σημαίνειν παρεκάλει. καὶ τὸ μὲν [y] φάντασμα ταῦτ' εἰπὸν, ἀφανὲς γίνεται. ἰδὼν δὲ τούτοις Ἰακώβος, [z] Φανουήλον ὀνομάζει τὸν τόπον. σημαίνει δὲ [a] Θεοῦ πρόσωπον. καὶ χωλεύων διὰ τὴν μάχην ἀλγήματος αὐτῷ περὶ τὸ [b] νεῦρον τὸ πλατύ· αὐτὸς γὰρ [c] ἀπέσχετο τοῦτο βρώσεως, διὰ δὲ ἐκεῖνον ἀφ' ἡμῖν ἐστιν ἐδώδιμον.

γ'. Πλησίον δὲ ἤδη τὸν ἀδελφὸν πυνθανόμενος, κελεύει προιέναι τὰς γυναικῶν ἑκατέραν καθ' αὑτὴν μετὰ τῶν παιδίων. ἵνα πρόθεν ἀφορᾶσιν τὰ ἔργα τῶν ἀνδρῶν μαχομένων, εἰ τοῦτο θελήσειεν Ἡσαῦς. προσιὼν δὲ αὐτὸς τὸν ἀδελφὸν ἑπτὰκις [d] αὐτῷ χωμένον, ἀδεῶς περὶ αὐτοῦ δόλιον φρονοῦντα. καὶ ὁ Ἡσαῦς, ἀπασαίμενος αὐτὸν, ἀνέρετο τῶν παίδων τὸν ὄχλον καὶ τὰς γυναῖκας. ἡδέως τε, τότε τὸ πᾶν μαθὼν παρ' αὐτῶν· καὶ αὐτὸς μὲν [e] συμβαδίζειν αὐτοῖς πρὸς τὸν πατέρα. Ἰακώβου δὲ παραιτουμένου τὸν κόπον τῶν ὑποζυγίων, ὑπεχώρησεν εἰς [f] Σάειραν. ἐνταῦθα γὰρ ἐποιεῖτο τὴν διαίταν, παραγορεύ-

vero constabant jumentis, ac multis variisque quadrupedibus, quæque accepturis ob raritatem eorum futura essent in pretio. interjecto autem inter eos spatio mittebantur, ut continuo adventes multi esse viderentur. nam *verisimile erat* donis placatum remissurum iram, si adhuc excandesceret. Quin & iis, qui missi erant, mandavit, ut blande illum alloquerentur.

2. His ita per totam diem dispositis, sub noctem suorum agmen movebat. Cumque torrentem quendam Jabacchum nomine transissent: Jacobus pone relictus in spectrum incidit, & cum eo luctatur, certamen primùm ineunte: fitque superior spectro, quod voce simul & verbis ad ipsum utitur, iisque quæ acciderant lætari submonens, neque ut adversus exigua se prævaluisse crederet, sed angelum Divinum vicisse; atque hoc ipsum reputaret magnæ felicitatis esse præsagium, genusque ejus nunquam desiturum esse, neque mortalium quenquam ipso viribus validiorem fore. Quin & præcepit; ut *se posthac* Israëlum vocaret: quod Hebraïca lingua significat angelo Divino reluctantem. Hæc sane prædixit, poscente *id ipsum* Jacobo: nam cum sensisset angelum esse Dei, rogabat ut ostenderet quid sibi in fatis esset. His dictis, spectrum evanuit. Ista læto animo accipiens Jacobus, locum Phanuelum nominat. *id* significat Dei faciem. Cumque ei inter luctandum exortus esset dolor in lato nervo, cum ipse illius esu abstinuit, tum nobis illo propter eum vesci non licet.

In arena Jabacchi cum angelo luctatur

Jacobus, atque vincit, sed læso femore.

Israëlus, ἀγγελομάχος.

Phanuel. Deifacies.

3. Cognito autem fratrem jam non procul abesse, jubet uxores procedere seorsim, quamque cum pedissequis suis, ut è longinquo spectarent pugnam virorum, si hoc voluisset Esavus. Ipse vero, fratri propior factus, eum adoravit, nihil mali de eo cogitantem. Et Esavus, eo salutato, interrogabat de turba liberorum & mulierum: & cum didicisset omnia, ipse ad patrem eos deducere volebat. Jacobo vero prætendente lassitudinem jumentorum, reversus est *Esavus* in Saïram. illic enim habitabat, loco *isti* nomine facto Villosa.

Esavi ad Jacobi fraterna salutatio.

Saïra, villosa.

o Τεθυμωμένος.] Τεθυμαμένος *Vat.*

p Ἰάβακχον] *Samb.* autem Ἰάβοκχον ex versione τ' ο'. Epiphanius etiam ab Hieronymo, *Jaboc.* Cæterum insignis hæc monomachia, quod puto, vadi יבק, &, secundum Onceloſum, יעקב nomen fecit. Nam יבק, אבק, & alio tempore יאבק, *aggredi* χερσὶν τε ποσίν τε *atque colluctari* denotat. Hinc Procopio Ἰαβόκ, πάλη. *Bern.* Ἰαβοκχον *Samb.* ex versione τ' ο'. *Jaboc* habent *Epiphan.* & *Hieronym.* Insignis hæc monomachia vado nomen fecit. hinc *Procopio* Ἰαβόκ, πάλη.

δ. Ταῦτα τὴν ὄψεως αὐτῷ δηλωσάσης, ἐξεγερθεὶς ὁ Ἀμαράμης εἶπε τῇ [a] Ἰωαχεβέλῃ· γυνὴ δ' ἦν αὐτοῦ. καὶ τὸ δεῖμα ἐπὶ μεῖζον μέχρι τῆς τοῦ ὀνείρου προρρήσεως αὐτοῖς ἐπῆρεν. οὐ γὰρ ὡς περὶ παιδὸς μόνου διέκειντο, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐπὶ μεγέθει τοσαύτης εὐδαιμονίας [b] ἐσομένου. τοῖς μὲν οὖν προκατηγγελμένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πίστιν ὁ τοκετὸς [c] τῆς γυναικὸς παρεῖχε, λαθόσης τοὺς φύλακας, διὰ τὴν τῶν ὠδίνων ὑπεξαίρεσιν, [d] καὶ τὸ μὴ βιαίας αὐτῇ προσπεσεῖν τὰς ἀλγηδόνας. καὶ τρεῖς μὲν μῆνας παρ' αὐτοῖς τρέφουσι λαθόντες· [e] ἔπειτα δὲ δείσας Ἀμαράμης μὴ καταφωρᾶται γένηται, καὶ πεσὼν [f] ὑπὸ τὴν τοῦ βασιλέως ὀργὴν αὐτός τε ἀπόληται [g] μετὰ τοῦ παιδίου, καὶ τὸν Θεοῦ τὴν ἐπαγγελίαν ἀφανίσῃ, ἔγνω μᾶλλον ἐπὶ τούτῳ πιστεῦσαι τὴν τοῦ παιδὸς σωτηρίαν καὶ προνοίαν, [h] ἢ τῷ λήσεσθαι πεπισδυκώς. τοῦτο δ' ἦν ἄδηλον, ἐναποκινδυνεύσαν τῷ παιδὶ μόνον κρυφαίως τρεφομένῳ, ἀλλὰ καὶ οὕτω· [i] τὸν γὰρ Θεὸν ἡγεῖτο πᾶσαν ἐκπερίστην ἀσφάλειαν, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν [k] ψεύδους γένεσθαι τῶν εἰρημένων. [l] ταῦτα κρίναντες μηχανῶνται [m] πλέγμα τι βυβλινον ἐμφερὲς τῇ κατασκευῇ κιβωτίου, μέγεθος [n] αὐτῷ ποιήσαντες αὐτάρκες εἰς τὸ μετ' ὀλυγωρίας ἐναποκεῖσθαι τὸ βρέφος. ἔπειτα χρίσαντες ἀσφάλτῳ· τῷ γὰρ ὕδατι τὴν διὰ τῶν πλεγμάτων ἀποφράττειν εἴσοδον ἡ ἄσφαλτος πέφυκεν· ἐνθέντες τὸ παιδίον, καὶ κατὰ τοῦ ποταμοῦ βαλόντες εἴασαν ὑπὸ τῷ Θεῷ τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ. καὶ τὸ μὲν ὁ πλαμὸς ἐφαλάβων ἔφερε· [o] Μαριάμμη δὲ τοῦ παιδὸς ἀδελφὴ πελαδοῦσα ὑπὸ τῆς μητρὸς [p] ἀντιπαρεξῆλθε, [q] ὅπως φερόμενον χωρὶς ὀψομένη τὸ πλέγμα. ἔνθα καὶ διέδειξεν ὁ Θεὸς μηδὲν μὲν τὴν [r] ἀνθρωπείαν σοφίζειν, πᾶν δ' ὅ, τι καὶ βουληθεὶη [s] πράττειν αὐτοτελῶς ἀγαθοῦ τυγχάνον· καὶ διαμαρτάνοντας μὲν τοὺς ὑπὲρ ἰδίας [t] ἀσφαλείας ἄλλων κατακρίνοντας ὄλεθρον, καὶ πολλῇ [v] περὶ τούτῳ χρησαμένους σπουδῇ, σωζομένους δ' ἐκ φανδοξῳ καὶ ἀέλπτου ἐκ μέσων τῶν κακῶν διερισκομένους τὴν εὐπραγίαν, τοὺς κινδυνεύοντας τῇ τοῦ Θεοῦ γνώμῃ. [x] τοιοῦτον γάρ τι, καὶ σαφὲς τὸ παῖδα τοῦτον γεγονέναι, ἐμφανίζει τὴν ἰσχὺν τοῦ Θεοῦ.

4. Hisce illi per visionem patefactis, Amarames experrectus *rem omnem* indicat Joachebelæ. ea enim ipsi uxor erat. Atque major adhuc metus illos incessit ex iis quæ prædicta erant in somnio. Jam enim non de eo ut puero tantum timebant, sed ut qui ad tantæ felicitatis fastigium perventurus esset. His tamen, quæ prænunciata erant à Deo, fidem fecit mulieris partus; quæ, propter dolorum lenitatem, & quod violenti in eam non inciderint cruciatus, clam custodes enixa est. Et tres quidem menses *puerum* domi secreto alunt. deinde vero veritus Amarames ne in ea re deprehenderetur, & in iram Regis incurrens ipse etiam cum puero interiret, & irritam faceret Dei promissionem, statuit Dei potius arbitrio pueri salutem curamque permittere, quam latibulo fidere. Nam hoc incertum erat, cum non solum puero occulte nutrito, sed & ipsi immineret periculum: Deum vero modis omnibus ejus securitati provisurum esse existimabat, ut dictis suis constaret veritas. Hæc cum decrevissent, fiscellam quandam papyraceam conficiunt cunis structurâ similem, ea magnitudine ut infantulum satis commode exciperet. Deinde in ea bitumine illita & munita (nam aquæ per plicaturas aditui præcludendo accommodatum est bitumen) puerum deponunt, atque ita in flumen projicientes salutem ejus Deo committunt. Et fluvio quidem *secundo* vehebatur: Mariamme vero pueri soror jussu matris ex adverso *per ripam* ambulat, ut observaret quo tandem fiscella deportaretur à flumine. Et tunc demonstravit Deus, *Mariamme* nihil quidem humanam valere sapientiam; sed quodcunque sibi in animo est agere, id effici posse ab optimo maximo: nec quidem *usque* voti compotes fieri, qui propter securitatem suam aliis perniciem moliuntur, quantalibet utantur diligentia; illos vero, qui ex *arcano* Dei consilio in periculum conjici videantur, præter opinionem servari, & ex mediis fere calamitatibus ad felicitatem emergere. Tale enim quiddam, quod & huic puero accidit, *clare* indicat Dei potentiam.

Divinum oraculum Joachebelæ suæ narrat Amarames.

Hinc metus major ac solicitudo, denique consilium de infante ad Nilum exponendo. Ex. c. 2.

Papyro navigantem fratrem observat pia Mariamme.

ε. [y] Θερμουθὶς ἦν θυγάτηρ τοῦ βασιλέως. αὕτη παίζουσα ἐπὶ τὰς ἠιόνας τοῦ ποταμοῦ, καὶ φερόμενον ὑπὸ

ε. Thermuthis Regis erat filia. Hæc dum propter ripam fluminis sese oblectaret, & fiscellam à flu-

Thermuthis infantem reperit, atque adhibita etiam matre curat pro filio.

[y] Μάτ.] Μαῖ frustra *Hen.* & *Busb.* & Εὖ ἴξειν nimio opere *Samb.* BERN.

[z] Γεννησομένοις.] Γενησομένοις *Samb.*

[a] Ἰωαχεβέλῃ·] Emendabis Ἰωαχεβέδῃ, aut Ἰωαχαβέδῃ, ut facillime permutant Δ & Λ. nam hujus matronæ nomen Hebræis Ιωχαβὲδ seu *Jochabed.* Vide *Exod.* c. 6. v. 20. BERN.

[b] Ἐσομένου.] Ita ex *MS.* in *Editis* ἐσομένης.

[c] Τῆς γυναικὸς] Illa τὴ γυναικὸς adjeci ex fide *MSS. Big.* & *Samb.*

[d] Καὶ τὸ μὴ] Καὶ διὰ τὸ *Glycas*, & *Hamartolus.*

[e] Ἔπειτα] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis* ἐπειδὰ δείσας. at εἶτα δείσας *Glyc.* & *Hamart.*

[f] Ὑπὸ τὴν τοῦ βασιλέως] Sic *Big.* & *Samb.* ἐπὶ τὴν τοῦ *Basil.* & *G.* ὑπὸ τοῦ *Bas. Vat.*

[g] Μετὰ τοῦ παιδίου,] Μετὰ τοῦ παιδίου, τῷ Θεῷ πεπισδυκὼς τὴν τοῦ παιδὸς σωτηρίαν, ἢ τῷ λήσεσθαι. τοῦτο γὰρ ἦν ἄδηλον &c. *Vat.* omissis verbis aliquot.

[h] Ἢ τῷ λήσεσθαι] Ita ex codd. *MSS.* τῷ τε λήσεσθαι *Basil.* & *G.* τοῦ λήσεσθαι *Epiphan.*

[i] Τὸν γὰρ Θεὸν] Τὸν Θεὸν *Vat.*

[k] Ψεύδους γένεσθαι] Ita quatuor *MSS.* ψευδὲς in *Editis*, ψεύδεις in *Vet. Interpr.*

[l] Ταῦτα κρίναντες] Forsan ταῦτα κρίναντος. nam in aliquot *Epiphanii* exemplaribus *Hæc cogitante.*

[m] Πλέγμα] Sic *Busb.* & *Hen.* in *Editis* πλίγμα βίβλινον. in aliis πλίγμα τι βίβλ. & πλέγμα τε βίβλ. & πλέγμα τε βύβλιον.

[n] Αὐτῷ ποιήσαντες] Ita *Casaub.* & *Vat.* αὐτῇ *Bas.* & *G.* αὐτὸ *Big.* & *Samb.* non male.

[o] Μαριάμμη] Μαριάμη non semel *Big. Samb. Casaub. Bas.* & *Gen.* Frequentius tamen מרים scribitur in his originibus *Mariamme* & *Mariamne.* Quinetiam heic piam istam puellam *Hen. Busb.* & *Zonaras* Μαριάμνην nuncupant. Idem denique nomen, quod Μαριάμ in V. T. & apud Ezechielum Tragicum, tamque Μαριάμ quam Μαρία fertur in Novo, *sublime* equidem significat quantum Syris ܡܪܝܡ *Mariam* & *Marim.* BERN. Ita *Hen. Busb.* & *Zonaras.* Μαριάμη *Big. Samb. Casaub. Bas.* & *G.* Μαριάμη ἢ ἡ Ἐ π. *Vat.* Idem nomen quod Μαριάμ in V. T. tam Μαριάμ quam Μαρία fertur in *Novo.*

[p] Ἀντιπαρεξῆλθε,] Ita *Big. Samb.* & *Casaub.* παριτέρω *Zonaras* eodem animo. alienum est ἀντιπαρεξῆλθε *Editorum*, *aliorumque.*

[q] Ὅπως φερόμενον] Φερόμενον ὅπου χωρὶς *Vat.*

[r] Ἀνθρωπείαν] Ita *Samb.* ἀνθρώπειαν *Big.* ἀνθρωπίνην *Bas.* & *G.* ἀνθρωπίνην *Vat.*

[s] *Nihil quidem humanam valere sapientiam;*] *Gelenius* reddit, *nihil humana sapientia, sed omnia bonitate illius omnipotenti conficiunt.*

[t] Πράττειν αὐτοτελῶς] Πράττων, αὐτοτελὴς ἀγαθὸν τυγχάνον *Vat.*

[v] Ἀσφαλείας ἄλλων] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* ὠφελείας *Casaub.* ὠφελείας καὶ ἀσφαλείας *Bas.* & *G.* ne quid forte desideraveris.

[x] Περὶ τούτῳ χρησαμένους] Illa περὶ τούτῳ non agnoscunt *Big.* & *Vat.*

[x] Τοιοῦτον γάρ τι,] Τοιοῦτο *Vat.*

[y] Θέρμουθις] Θερμοῦθις accentu præcipiti *Bas.* & *Gen.* & *Syncellus Tarasii.* Illustris hæc fœmina nominatur haud proprie Georgio isti alterique Φαρία, quod est *Regina nostra.* Artapano

flumine deferri animadverteret, missis qui natarent, jubet lectulum ad se apportari. Accedentibus autem quibus hoc mandatum erat, cum alveolo conspicata puerum, magnopere gavisa est cum ob ejus magnitudinem tum ob elegantiam. Tanto enim favore Deus Moysem prosequutus est, ut fecerit ab illis ipsis nutriri & educari, qui propter ejus nativitatem malorum extrema decreverant, & cæteros ex Hebræorum stirpe perdere *minati fuerant*. Itaque jubet Thermuthis mulierem *alicunde* adduci, quæ puero ubera admoveret. Qui cum non admitteret mammam, sed *eam* aversaretur, idemque, aliâ post aliam advocatâ, faceret, Mariamme quæ hisce interfuit, non quasi data opera sed *forte* spectatum veniens, nihil agis, inquiit, ô Regina, dum has nutrices infanti adhibes, quæ nulla cum eo cognatione junguntur. Si enim Hebræam aliquam accersi volueris, tum forte protinus popularis mammam exciperet. Cum autem recte monere videretur, jussit ipsam *Regina* hoc negotium exsequi, & lactantem quampiam adducere. Illa vero, ea sibi data potestate, reversa est secum deferens matrem nemini de facie notam. Tum infans, libenter mamillam accipiens, ei adhærere visus est: atque, rogante etiam Regina, mulieri omnino creditur educandus enutriendusque.

Moyses nomen Ægyptium, quasi ereptus ab aquis. *Ex. c. 2. 10.*

6. Deinde & ipsi, utpote qui dejectus erat in profluentem, appellationem dedit, ex eo quod acciderat. Nam aquam Ægyptii vocant Mo, yses vero qui ex aqua eripiuntur. Ex utrisque igitur nomen componentes, hoc ei indiderunt. Atque sine dubio, prout Deus prædixerat, magnitudine animi & laborum despicientia Hebræos *omnes* antecellebat. Nam erat ab Abramo patre septimus.

Is ordine septimus ab Hebræâ gentis principe.

no eadem μίφρις ex מרים *Miriam* nomen corruptum confusumque debet: unde acceperat itidem Chronicon Alexandrinum: *Syon* denique Eutychio Alexandrino. BERN. Illo accentu in *MSS.* & *Eustathio Antioch.* Θερμεθὶς in *Editis.* ὁ δ' αὐτὸς ὡς τῇ θυγατρὶ Φαραὼ Θερμεθίδι [l. Θερμουθίδι] τῇ καὶ Φαρὶν, βασιλίδι ὕστερον ἱστορηθεὶς *Syncell.* p. 120. *Edit. Paris.* Μεθιδὶς [l. Θερμεθὶς] ἡ θυγάτηρ Φαραὼ, ἡ καὶ Φαρὶς, βασιλὶς ὕστα τότου ἀνελομένη &c. *Cedren.* p. 42. *Edit. Paris.* Haud proprie (inquit *Bernardus*) illis Φαρὶν aut Φαρὶς, i. e. *Regina nostra*, dicitur. Aliis Μέφρις, nomine ex *Miriam* corrupto, appellatur. Videsis *Euseb.* de Præp. Evang. IX. 27. HUDS. صابوت Ζιβὲθις appellatur illa ab Abulcasimo meo in MSto. suo, ubi agit de nominibus propriis in Alcorano occurrentibus. Crediderim legendum esse in Josepho Θιεβὲθις, si illum velimus similiorem reddere scripturæ Abulcasimi, quoniam β & μ, uti est notissimum, in scriptura Græca facile permutantur. REL.

z Επιτίμπρ,] Ita in *MSS.* ἐπέμπρ *Bas.* & *G.*

a Πρὸς αὐτὴν] Πρὸς ἑαυτὴν *Big. Samb.* & *Vat.*

b Επι τῦτο] Sic *Big.* & *Samb.* ἐπὶ τούτῳ in *aliis.*

c Περὶ Μωϋσῆ] Περὶ τ Μωϋσῆν *Vat.*

d Πάντων τ τὰ ἔχαλα] Ita *Big.* & *Samb.* πάντων τὰ ἔχαλα *nat. Vat.* πάντων τ κατεψ. *Bas.* & *G.*

e Καὶ τ ἄλλων] Καὶ κ τ *Samb. Vat.* & *Cas.* recte, dicit BERN.

f Περιμένη] Περιεμένη *Vat.* & *Busb.*

g Γυναικῶν,] Vocem γυναικῶν reposuimus ex *MSS.*

h Τοῖς ἡλικιώτοις,] Τότε τοῖς *Samb.*

i Πρὸς αὐτὸ] Eleganter & ἀτεχνικωτέρως *Big.* & *Samb.* licet παιδὸς præcedat in ea periodo. ὡς αὐτὸν *Bas.* & *Gen.* BERN. *Al.* ὡς αὐτό. HUDS. Lubuit tamen *Hudsono* contra MSS. reponere αὐτὸν, quod merito ejecimus, quum recte animadverterit Atticissimum in omnibus tantopere Auctori magno placitum *Bernardus*, ita enim millies loquuntur elegantiores, ut simul & ætatem & genus respiciant. Ælian. V. H. 1. 30. de Galete Ptolemæi amasio, ὁ μὲν ἵππάδε σῳ τῷ βασιλεῖ τὸ μειράκιον. & de Alcibiade rursus 2. 1. & alii alibi. HAVERC.

k Δὲ λέγειν εὖ,] Οὖ pro ᾧ *Vat.* & mox καλῶς λέγειν, ἀπέλαβεν *Bas. G.* aitique. λέγειν εὖ, κελεύσ *Vat. Big.* & *Samb.*

l Ασμένως] Ασμένως *Hen.* & *Busb.* Statim *Samb.* διηθείσης τε. BERN.

m Πως ἀφῃρέθη] Illud πως deest *Vat.* & mox τε post διηθείσης.

n Κατ' αὐτῷ] Ita *Big.* & *Samb.* κ αὐτῷ aliis.

o Μῶ οἱ Αἰγύπτιοι] Μῶν αἰγύπτιοι καλῶσι *Samb.* μῶς αἰγύπτιοι καλοῦσιν *Hen.* & *Busb.* μω vel μῶυ καλοῦσιν αἰγύπτιοι Glycas & Hamartolus. μῶς καλοῦσιν αἰγύπτιοι Johannes Zonaras. *Moy Ægyptii vocant*, Epiphanius à manu Cassiodori. Pseudo-Eustathius αἰγύπτιοι γὰρ τὸ ὕδωρ μῶυ προσαγορεύουσι, κ τὸ σις (MS. ὑσῆς) σωθλῶμ. BERN. *Al.* μῶς & μῶν & μῶυ. quo modo *Vet. Interpr. Josephus* ipse lib. 1. contra *Apionem* & *Clemens Alex.* p. 343. *Edit. Paris.* Hac de re videsis *Gaulminum* in notis ad *Vitam Moysis*, p. 195. *Lambecii* Prodromum, p. 120. *Allatium* ad *Eustathii* Hexaemeron, p. 297. *Sam. Morinum* de utilitate ling. Orient. p. 40. ejusque Explicationes Sacr. & Philolog. p. 6. *I Loydii Dictionar.* v. *Moyses. Leidekkerum* de Rep. Hebr. p. 189. præcipueque *Kircheri* Prodromum Ling. Copt. p. 136. & *Salmasii* Epist. LX. & LXXVIII.

p Υσῆς] Υσης *Bas* & *Gen.* υσῆς *Samb.* & *Zonaras.* υσῆς *Busb. Hen.* G. Glycas, & Hamartolus. Philo Alexandrinus simplicius sensit de illo nomine, εἶτα δίδωσιν ὄνομα θεμένη μωσῆν ἐτύμως, ἀφ' τὸ ἐκ τ ὕδατος αὐτὸν ἀνελεῖν. τὸ γὰρ ὕδωρ μῶς ὀνομάζουσιν αἰγύπτιοι. Ante hunc in Tragœdia, quam ex versione τ ὁ. condiderat nomine *Exodi* seu *Exagoges* Ezechielus vates, memoratum erat ὄνομα ᾧ μωσῆν ὠνόμαζε, τ χάριν ὑγρᾶς ἀνείλε πεταυλίας ἀπ' ἠόνος. Ex illis denique Alexandrinorum Theologorum decus Strom. primo. εἶτα τιθεῖμι τῷ παιδίῳ ὄνομα ἡ βασίλισσα μωσῆν ἐτύμως, ἀφ' τὸ ἐξ ὕδατος ἀνελέσθαι αὐτό. τὸ γὰρ ὕδωρ μῶυ ὀνομάζουσιν αἰγύπτιοι· ὡς ὁ ἑκατέρωθεν τεθηξόμενος. καὶ γάρ τοι μωσῆν τ ἀπαγγέλλοντα τὸν ὕδατι προσαγορεύουσι. Idem Scriptoribus Gentium *Musæus* & *Musæus*. Quod vero eundem *Monios* dictum testetur Ægyptiace Aben Esdras ex scripto quodam Sabæorum, speciem veri claram habet: quippe ימוס illud in Ægypto significat, quod in divinis literis משה, *extrahere* utrumque. Pertinent enim hæc ad etymon sui nominis, quæ notavit ipse Exodi principio, כי מן המים משיתיהו Rabbinos tamen Judæorum, & lumen eruditionis in Ecclesia Christiana Hieronymum, aut recentioris famæ Huetium Goliumque in hac originatione vicit Cl. Salmasius. Illi ἐκλήπτορα exponunt, Philo semel λῆμμα; hic etiam cum Philone, Josepho, aliisque veterum mavult adhuc distertius *exceptum ab unda servatumque*, μωυσῆ ut norunt Copticæ. Dixit itaque nurus Ægyptia, ἐμωυσῆ, *tuli ex aquis*, quo suæ indulgentiæ memoriam pulcherrimo homini maturius imprimeret. Cætera tamen hujus Originationis, atque ipsum ὑοσοφανές, lubens permitto clarissimis viris *Marescballo* & *Fabro*, qui nullam veterum literaturam perire penitus huic Academiæ patiuntur, quin suo studio erigant atque demum excolant. Moneo tamen quasi abeundo ὑδροφόρος pro ὑδροχόος, notissimam illam Scaligeri correctionem, vixque Græcam in carmine Orphéo (quod Judæorum aliquis ex *Elle Semot* Legislatoris jampridem compilavit) melius permutari ad hunc modum:

Ὡς λόγος ἀληθὴς, ὡς ναυλοχοῖς δίκταξε.

Θαυμαστὸς γὰρ αὐτὸν, sic ait nobilissima Thermuthis, κ ἀνῃρέθη τ ἐκ ποταμοῦ λαβοῦσα χαρτὸς, ἰμαυτὸς μ ἐγκτήσῃ παῖδα ποιησαθαι. BERN.

q Φρονήματός] Ita *Samb Cas. Vat.* & *Vet. Interpr.* prius mancæ legebatur Φρυγὸς Ἑβραίων ἄρχος.

r Λύ-

μῶ. Ἀμαράμῃ μὲν γὰρ [r] αὐτὸς ἦν παῖς. [s] ὁ δὲ Καάθῃ· ᾧ πατὴρ Λόϊς ὁ Ἰακώβῃ, ὃς ἦν Ἰσάκῳ γνώμενος. Ἀβράμῃ δὲ ἕβδομος ἦν. σωφρονίζει δὲ ἡ κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐφύετο αὐτῷ· ἧς δὲ αὕτη μέτρῳ πολὺ [t] κρείττων, καὶ πρεσβυτέραν διεδείκνυε παιδὸς τὴν φρόνησιν ἐν τοῖς παιδείαις, καὶ μειζόνων τῶν ὑπ' ἀνδρὸς γνησομένων ἐπαγγελίαν εἶχε τὰ τότε πραττόμενα. [v] καὶ τρίετεῖ μὲν αὐτῷ γεγενημένῳ θαυμασίαν ὁ Θεὸς τοῦ εἰλικρίνειας ἔδωκεν [x] ἀνάσημα· πρὸς δὲ καλοῦ ἕδεις [y] ἀφιλότιμος ἦν ἅπας, ὡς Μωϋσῆν θεασάμενος μὴ ἐκπλαγῆναι τὸ ἐμμορφίας. πολλοῖς τε συνέβαινε καθ' ὁδὸν φερομένῳ συντυγχάνουσιν, ἐπιστρέφεσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ ὄψεως [z] τοῦ παιδός· ἀφίεναι δὲ τὰ προσταττόμενα, καὶ τῇ θεωρίᾳ [a] προσεσχολεῖν αὐτά. καὶ γὰρ ἡ χάρις ἡ παιδικὴ, πολλὴ καὶ ἄκρατος πρὸς αὐτὸν ἦσαν, [b] παρεῖχε τὰς ὀρώντας.

Etenim is Amaramæ filius erat. Ille vero Cathi; cujus pater Levis, & Levis Jacobi filius, qui natus erat Isaco. Hic verò filius erat Abrami. Puero autem, non pro ætate, accrevit ratio & intelligentia: sed ejus modulum longe excedens, senilis sapientiæ, etiam * dum eruditione institueretur, haud parum ostendit; & quæ tum gerebat majorum, cum ad virilem ætatem perveniret, gerendorum spem fecêrunt. Ac tres quidem annos nato admirandam dedit Deus staturæ proceritatem: venustate autem tanta fuit; ut nemo ab omni elegantia adeo alienus esset, quin Moyse conspecto ejus formæ præstantia percelleretur. Multisque accidebat, ei dum circumferretur obviam factis, ut sese quidem *non solum* ad conspectum pueri converterent; sed, relictis seriis negotiis, etiam ei curiosè contemplando vacarent. Nam & puerilis gratia, quæ in eo erat multa & cum simplicitate conjuncta, spectantes *ita* retinebat *ut inviti discederent*. *Moysis vel triennis formæ ac statura admiranda.*

ζ'. Οὗτον δ' αὐτὸν τοιοῦτον ἡ Θέρμουθις [c] παιδοποιεῖται, γονῆς γνησίας ἀπεμοιρασμένη. καί ποτε κομίσασα τὸν Μωϋσῆν πρὸς τὸν πατέρα, [d] ἐπεδείκνυε τοῦτον, καὶ ὡς [e] Φρουτίσοιτο Διαδοχῆς, εἰ καὶ βούλοιτο θεὸς μὴ τύχοι παιδὸς γνησίου· πρὸς αὐτόν τε ἔλεγε, "ἀναθρεψαμένη "παῖδα μορφῇ τε θεῖον καὶ φρονήματι γενναῖον, θαυμασίως ὑπ' αὐτοῦ καὶ [f] ὥσπερ ἐκ τοῦ ποταμοῦ λαβοῦσα χάρι"τος, ἐμαυτῆς μὲν ἡγησάμην παῖδα ποιήσασθαι, τοῦ "δὲ σοῦ βασιλείας Διάδοχον". ταῦτα λέγουσα, τὸν μὲν πατρὸς χερσὶν ἐνέθηκε τὸ βρέφος. [g] ὁ δὲ λαβὼν καὶ περιπτυσσόμενος, [h] κατὰ φιλοφρόνησιν χάριν τοῦ θυγατρὸς ἐπέθηκεν αὐτῷ τὸ Διάδημα. καταφρὰς δὲ ὁ Μωϋσῆς εἰς τὸν γῆν, παιδικῶς ἐκυλόμενος αὐτὸ καὶ νηπιότητα ὕβριζεν, ἐπέβαινέ τε [i] αὐτὸ τοῖς ποσί. καὶ τοῦτο ἔδοξεν οἰωνὸν [k] ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ φέρειν. θεασάμενος δὲ ὁ ἱερογραμματεὺς ὁ καὶ τὸν γῆζειν αὐτοῦ προειπὼν ἐπὶ [l] τῇ ταπεινώσει τῶν Αἰγυπτίων ἀρχῆς ἐσομένῳ, ὥρμησεν ἀποκτεῖναι, καὶ δεινὸν [m] ἀνεκραγώς, "οὗτος, εἶπε, βασι"λεύ, παῖς ἐκεῖνος, ὃν κτείνασιν ἡμῖν ἐδήλωσεν ὁ Θεὸς "ἀφόβοις εἶναι. [n] καὶ μαρτυρεῖ τῇ προαγορεύσει δὲ γενό"νοτος, ὑπεξεδηκὼς ἡγεμονίᾳ τῇ σῇ καὶ παῖων τὸ Διά"δημα. [o] τοῦτον οὖν ἀνελὼν, Αἰγυπτίοις μὲν τὸ ἀπ' αὐ"τοῦ δέος ἄνες· Ἑβραίοις δὲ τὴν ἐλπίδα δὲ δι' αὐτοῦ θάρ"σος ἀφελοῦ". Φθανεῖ δ' αὐτὸν ἡ Θέρμουθις ἐξαρπάσασα· καὶ πρὸς τὸν φόνον ὀκνηρὸς ἦν ὁ βασιλεὺς, τοιοῦτον αὐτὸν δὲ Θεὸς προσκαθάσαιτο, ὡς πρόνοια τοῦ Μωϋσέως [p] σωτηρίας ἦν. ἐτρέφετο οὖν πολλῆς ἐπιμελείας τυγχάνων. καὶ τοῖς μὲν Ἑβραίοις ἐπ' αὐτῷ παρῆν Διέλπιζιν εἶναι πρὸς τὸν ὅλων· δι' ὑποψίας δ' εἶχον Αἰγυπτίοι τὴν ἀναδροφὴν αὐτοῦ. [q] μηδενὸς δὲ ὄντος φανεροῦ, διὸ καὶ

Etenim is Amaramæ filius erat. Ille vero Cathi; cujus pater Levis, & Levis Jacobi filius, qui natus erat Isaco. Hic verò filius erat Abrami. Puero autem, non pro ætate, accrevit ratio & intelligentia: sed ejus modulum longe excedens, senilis sapientiæ, etiam * dum eruditione institueretur, haud parum ostendit; & quæ tum gerebat majorum, cum ad virilem ætatem perveniret, gerendorum spem fecêrunt. Ac tres quidem annos nato admirandam dedit Deus staturæ proceritatem: venustate autem tanta fuit; ut nemo ab omni elegantia adeo alienus esset, quin Moyse conspecto ejus formæ præstantia percelleretur. Multisque accidebat, ei dum circumferretur obviam factis, ut sese quidem *non solum* ad conspectum pueri converterent; sed, relictis seriis negotiis, etiam ei curiosè contemplando vacarent. Nam & puerilis gratia, quæ in eo erat multa & cum simplicitate conjuncta, spectantes *ita* retinebat *ut inviti discederent*. *Moysis vel triennis formæ ac statura admiranda.*

7. Hunc, tanta forma & indole, Thermuthis sibi filium adoptat, quod sobole legitima careret. Et cum aliquando Moysem ad patrem adduceret, hunc illi ostendit, quasi de successore cogitârit, si ita voluerit Deus ut sibi filius non nasceretur: atque ad ipsum *sic* loquebatur, "Nutrivi puerum *Act. c. 7.* "forma divinum, & animo generosum; at cum ἀστεῖον τῷ "mirabiliter ipsum ex fluvii benignitate accepe- Θεῷ. "rim, mecum quidem statui ut mei filius esset, "tui vero in imperio successor". Hæc dicens infantem deposuit in manibus patris. At ille, puerum accipiens & pectori apprimens, filiæ gratificaturus comiter diadema *suum* ei imposuit. Moyses autem in terram dejicit, pueriliter scilicet illud circumvolvens, suisque pedibus conculcavit. idque visum est *Ægypti* regno mali aliquid portendere. Cum vero hanc rem conspexisset Sacrorum scriba, qui ex ejus nativitate Ægytiorum imperium depressum iri prædixerat, ad eum necandum accurrit, & terribiliter exclamans, "Hic "est, inquit, ille puer ô Rex, quem si occide"rimus, nos securos fore declaravit Deus. Et *am*"*plissimum sacro* vaticinio dat testimonium, insul"tando tuo regno & diadema calcando. Hunc i"gitur perimens, Ægyptios quidem illius metu "libera, Hebræis vero spem & fiduciam, quam "in eo posuerant, adime". Ipsum autem prævenit Thermuthis, quæ *puerum* abripuit: & ad eum tollendum segnior factus est Rex, quod Deus, cui curæ erat Moysis salus, talem ei animum indiderit. Educabatur itaque quam accuratissime. Et Hebræis quidem contigit, ut ex eo magnam de summa rerum spem conciperent: Ægyptiis vero, ut suspecta esset ejus institutio. At cum nemo appa-

r Αὐτὸς ἦν παῖς.] Ita *Big. Vat. Bas. G.* & *Zonara.* ἦν *Samb.* & *Cas.*

s Ὁ δὲ Καάθῃ·] Zonaras ad hoc genus ἐξ ἀπεράμου ἑβδόμῳ ὡσπερ ἀμαράμῳ δὲ αὐτὸς ἦν παῖς. καὶ ᾧ τῷ ἀμαράμῳ ὁ πατὴρ. ὁ δὲ Λόϊ, καὶ ᾧ Ἰακὼβ ὁ Λόϊ Ἰακὼβ ᾧ ἐπέχθη τῷ Ἰσαὰκ· Ἰσαὰκ δὲ ἐξ ἀπεράμου. Idem testatus est & Numenius de antiquissimo Legislatore, ἑβδόμῃ γενεᾷ γνησίοις &c. putando à nobili Chaldæo. BERN. Ita *Big.* & *Samb.* nec aliter *Vat.* nisi quod habent καὶ Λόϊ antea perverse editum, Καάθ ᾧ ὁ πατὴρ, ὁ δὲ Λόϊ, καὶ Λόϊ δὲ Ἰακώβ, ὃς ἦν Ἰσάκῳ γνώμενος. Moysem septimum ab Abramo exstitisse testantur *Zonaras*, *Numenius*, *alique*.

t Κρείττων,] Ita in plerisque *MSS.* κρείττω in *Editis*.

* *Dum eruditione*] Forsan *inter ludendum*, ἐν παιδιᾷ.

v Καὶ τριετεῖ] Sic *Big. Samb. Cas. Vat* & *Vet. Interpr.* καὶ τριετῆ μὲ αὐτὸν γεγονότα *Bas G. Glycas*, *alique*.

x Ἀνάσημα·] Secutus sum *Bas. G.* & *Zonaram*, cum apud *Hesychium* sit ἀνάστημα, ὕψωμα. at Διάσημα habent *Big. Samb. Vat. Glycas*, *Hamartolus*. & *Vet. Interpr.*

y Ἀφιλότιμος] Ita *MSS. Glycas*, *Suidas* & *Hamart.* ἀφιλοτίμητος *Bas.* & *G.* ut Ἀλλοότερος probante *Bernardo*.

z Τοῦ παιδός] Τῷ παιδίῳ *Vat.*

a Προσεσχολεῖν] Ita *Big. Samb.* & *Cas.* προσεσχολεῖν *Bas. G.* & *Vat.*

b Κατεῖχε] Sic *MSS.* κατέχε in *Editis*.

c Παιδοποιεῖται,] Sic *Bas. Gen. Hen.* & *Busb.* ἀποιεῖται αὐτὸν *Zon.* ἐποιεῖτο αὐτὸν *M. Glycas.* BERN. Παῖδα ποιεῖ *Big. Samb. Cas.* & *Vat.* sed composite in *aliis*.

d Ἐπεδείκνυε] Ita *Big.* & *Samb.* ἐπιδείκνυε τοῦτο *Vat.* ἐπιδείκνυέ τε τοῦτον *Bas* & *G.*

e Φρουτίσοιτο Διαδοχῆς,] Aut verbis *Pseudo-Eustathii*, ἀξιοῦσα ποιῆσαι αὐτὸν τῆς βασιλείας αὐτῇ Διάδοχον. BERN.

f Παρὰ τοῦ ποταμοῦ] Sic in *MSS.* παρ' αὐτῆς in *Editis*.

g Ὁ δὲ λαβὼν] *Al.* ὁ δὲ καὶ λαβών.

h Κατὰ φιλοφρόνησιν] *Eustathio* alia voce χαριεντιζόμενος. καὶ ταφιλοτεχνήσει. & καταντιστήσας *Samb.* liber. BERN.

i Αὐτὸ τοῖς ποσί.] Ita *Samb.* & *Big.* αὐτῷ *Bas. G. aliique*, velut v. 36. ἐπιδεξήκως ἡγεμονίᾳ.

k Ἐπὶ τῇ] Ἐπὶ τῆς βασιλείας *Vat.*

l Τῇ ταπεινώσει] Illud τῇ ex *MSS.*

m Ἀνεκραγώς,] Ita Atticorum more pro ἀνακεκραγώς edidit *Bernardus*, ἀνακραγὼς εἶπε *Bas.* ἀνεκραγὼς εἶπε *Gen.* ἀνακραγὼν δὲ ὁ εἶπε *Samb. Hen. Vat. Busb.* & *Zonar.*

n Καὶ μαρτυρεῖ] Καὶ reposuimus ex *MSS.*

o Τοῦτον οὖν ἀνελὼν] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* τοῦτον ἀνελὼν in *Editis*.

p Σωτηρίας ἦν.] Sic *Samb.* & *Vat.* τῆς σωτηρίας in *reliquis*.

q Μηδενὸς δ' ὄντος] Ita in *MSS.* nisi quod *Samb.* interpolet ἦ μηδὲν ὂν ἅπαξ καὶ συγγένειᾳ malo fuco. & *Vet. Interpr.* in *Editis* ut ἑνὸς ὄντος φανεροῦ, νῦν ἀπεκτείνειν αὐτὸν ὁ βασιλεύς, ἢ συγγενὴς Διὰ τὴν ἰασοποιήσεως, ἢ τῶν ἄλλων τινὸς, ὡς πλέον ὠφελείας τῶν Αἰγυπτίων ἐν τῇ εὐσεβείᾳ διαμένειν παιδί. Cape quod præstare videtur. BERN.

parerêt, (etiamsi ipsum, qui cognatus erat ex adoptione, occideret rex aut alius quispiam) cui ad Ægyptiorum utilitatem promovendam ex futurorum præscientia magis fidere daretur, ab ejus cæde abstinuerunt.

ἀπέκτεινεν αὐτὸν ἢ ὁ βασιλεὺς ὄντα καὶ συγγνῶ Δι' τῆς εἰσποιήσεως ἢ τ ἄλλων τις, ᾧ πλέον ἂν ἦν ὠφελείας τῆς Αἰγυπτίων ὀκ τὸ προειδέναι τὰ μέλλοντα θαρρεῖν παρῆν, ἀπείχοντο τῆς ἀναιρέσεως αὐτ.

CAP. X.

Quomodo Moyses bellum gessit adversus Æthiopes.

Bellum Æthiopicum.

ET quidem Moyses, eo quo diximus modo natus & educatus, cum adulta esset ætate, Ægyptiis quantum virtute valeret, seque ita comparatum esse ut res quidem illorum deprimeret, Hebræorum vero afflictas erigeret, ex hujusmodi occasione ostendit. Æthiopes, qui Ægyptiis finitimi sunt, in regionem eorum irrumpentes, Ægyptiorum res agebant ferebantque. Illi ira perciti ducunt in eos exercitum, contumeliam *cum injuria conjunctam* ulturi: prælioque superati, alii quidem in acie ceciderunt, alii vero turpi fuga ad suos se receperunt. Æthiopes fugientibus instabant: & ignaviæ sibi versum iri reputantes, nisi totam Ægyptum victores peragrarent, late eam populabantur: prædæque dulcedine degustata, sibi non temperarunt quin indies novos impetus facerent. Cumque vicinas regiones primum pervagantibus nemo cum armis obviam iret, progressi sunt usque ad Memphin & mare, quod nulla civitas eorum vim sustinere potuerit. Hac calamitate pressi Ægyptii ad oracula & divinationes confugiunt. Illis vero cum hoc consilium dedisset Deus, ut in auxilium advocarent Hebræum, filiæ imperat Rex ut sibi Moysem concederet, qui copiis suis præficeretur. Illa ipsum Regi in manus tradidit, jurejurando prius obstricto, ne quid mali in perniciem ejus strueret: magni beneficii gratiam sibi pro hoc auxilio deberi existimans, & sacerdotibus exprobrans, quod eos non puderet nunc ejus opem desiderare, qui prius ut hostem occidendum esse monuerant.

Ibes hominesque Ægyptii Æthiopes cum suis serpentibus profligant, Moyse duce ac auctore.

2. Moyses autem, à Thermuthi pariter ac Rege exoratus, libenter hanc expeditionem suscipit. Sacrorum vero scribæ gentis utriusque *hac re* gaudebant. Ægyptiorum quidem, quod, hostibus ejus virtute devictis, foret ut Moysem dolo tollerent: Hebræorum vero, quod sibi daretur Ægyptiorum servitutem effugere, Moyse duce & imperatore. Ille vero, ut hostes occuparet priusquam de adventu suo cognoscerent, copias *statim* eduxit. non per fluminis ripam iter faciens, sed per interiora terræ. Qua ex re mirum in modum ostendit, quantum sapientia polleret. Cum enim hæc via difficilis admodum esset propter serpentum multitudinem (nam hic tractus plurimos gignit, aliquot etiam alit qui nusquam alibi reperiuntur, & noxiis viribus & insolito aspectu plurimum differentes, & in his quosdam volucres, qui non solum humi latentes noceant, sed & sublimes ex improviso malum inferant) commentus est, ut securum & innoxium iter

ΚΕΦ. ι'.

Οπως Μωϋσῆς κατ' Αἰθιόπων ἐξεστράτευσεν.

Μωϋσῆς μὲν οὖν, τῷ προειρημένῳ τρόπῳ γνησθεὶς τι καὶ τραφεὶς, καὶ παρελθὼν εἰς ἡλικίαν, φανερὸν τοῖς Αἰγυπτίοις [r] τὴν ἀρετὴν ἐποίησε, καὶ τὸ ὅλον παρηνώσατ μὲν τῇ ἐκείνων, ἐπ' αὐξήσατ ἢ τῶν Ἑβραίων γεγονέναι, τοιαύτης ἀφορμῆς λαβόμενος. Αἰθιοπες, πρόσοικοι δ' εἰσὶ τοῖς Αἰγυπτίοις, ἐμβαλόντες εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, ἔφερον καὶ ἦγον τὰ τῶν Αἰγυπτίων. [s] οἱ δ' ὑπ' ὀργῆς στρατεύουσιν ἐπ' αὐτὸς, ἀμυνόμενοι τῆς καταφρονήσεως· [t] καὶ τῇ μάχῃ κρατηθέντες, οἱ μὲν αὐτῶν ἔπεσον, οἱ δ' αἰσχρῶς εἰς τὴν οἰκείαν διεσώθησαν [v] φεύγοντες. ἐπικαλεῖσθαι ἂν διώκοντες Αἰθιοπες· καὶ [x] μαλακίας ὑπολαβόντες τὸ μὴ κρατεῖν πασης τῆς Αἰγύπτου, τῆς χώρας ἐπιπολαίου ἦσαν, καὶ γλυσάμενοι τῶν ἀγαθῶν ὀκέτ' αὐτῶν ἀπέχοντο. ὡς ἂν τὰ χθονιώτατα μέρη πρῶτον αὐτῆς ἐπερχομένων ὀκ ἐτόλμων ἀντιστῆναι, [y] προύδοσαν ἄχρι Μέμφεως καὶ τῆς θαλάττης, ἐδὲ μιᾶς τῶν πόλεων ἀντοχὴν δυνηθείσης. τῷ ἂν κακῷ πιεζόμενοι, ὡς χρησμὸς Αἰγύπτιοι καὶ μαντείας τρέπονται. συμβαλόντων δ' αὐτοῖς ἐκ Θεὸς συμμάχῳ χρήσασθαι τῷ Ἑβραίῳ, κελεύει ὁ βασιλεὺς τὸν γυναστέρα θεραπεύειν τ Μωϋσῆν, [z] στρατηγὸν αὐτῷ γνησίμενον. ἡ δ' ὅρκος [a] ποιησαμένῳ, ὥστε μηδὲν ἀφεῖναι κακὸν, θεραπεύουσιν· ἀντὶ μεγάλης μὲν εὐεργεσίας κρίνασα τὴν συμμαχίαν, κακίζουσα δὲ τὸς [b] ἱερεὰς, οἱ, κτείναι προαγορεύσαντες αὐτὸν ὡς πολέμιον, [c] ὀκ ἡδοῦντο νῦν χρήζοντες αὐτ τῆς θήκης.

β'. Μωϋσῆς δ' ὑπό τε τῆς [d] Θερμούθιδος θεραπευθεὶς καὶ ὑπὸ τ βασιλέως ἠδέως προσδέχεται τὸ ἔργον. ἔχαιρον δ' οἱ ἱερογραμματεῖς ἀμφοτέρων τῶν ἐθνῶν. Αἰγυπτίων μὲν, ὡς τὰς τε πολεμίους τῇ ἐκείνου κρατήσοντες ἀρετῇ, καὶ τ Μωϋσῆν τῷ αὐτῷ δόλῳ κατεργασόμενοι· οἱ δ' τῶν Ἑβραίων, ὡς φυγεῖν αὐτοῖς [e] ἐσομένους τὰς Αἰγυπτίους, Δι' τὸ Μωϋσέως αὐτῶν στρατηγεῖν. ὁ δ', φθάσας [f] περὶ ἢ πυθέσθαι τὰς πολεμίους τὴν ἔφοδον, αὐτὸς, τ στρατὸν ἀναλαβὼν ἦλθε· καὶ Δι' τοῦ ποταμοῦ ποιησάμενος τὴν ἐλασίαν, ἀλλὰ Δι' γῆς. ἔνθα τ αὐτοῦ σωτέρου θαυμασίαν ἀπέδειξιν ἐποίησατο. τ γὰρ γῆς χαλεπὰς ὄσης ὁδοιπορῆσαι Δι' πλῆθος ἑρπετῶν· παμφορωτάτη γάρ ἐστι [g] τάτων, ὡς καὶ τὰ παρ' ἄλλοις ὀκ ὄντα μόνη τρέφειν, δυνάμει τε καὶ κακίᾳ [h] καὶ τῷ τ ὄψεως ἀπροσδοκήτῳ Δι'φέρουσα, τινὰ δ' αὐτῶν ἐστι καὶ πτερωτὰ, ὡς λαθόντα μὲν ἀπὸ γῆς κακοῦργεῖν, καὶ μὴ προφθάσαντας ἀδικεῖν ὑποπτερωθῆ γινόμενα· νοεῖ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ ἀδλα-

r Τὴν ἀρετὴν] Τὴν οἰκείαν ἀρετὴν *Hen.* & *Busb.* Mox manus secunda ad col. *Samb.* καὶ τῷ ἐπὶ ταπειν. & Ἐφερον καὶ ἦγον *Big.* & *Samb.* Correctè reliqui ἔφερον καὶ ἦγον, *prædam omnem retulere, vivam, aut non vivam*, ut Critica vetus Græcorum docet. BERN.

s Οἱ δ' ὑπ' ὀργῆς] Ita in quatuor *MSS.* οἱ δ' ὀργῇ *Bas. G. aliique.*

t Καὶ τῇ μάχῃ] Καὶ δὶ μάχης in aliquibus *MSS.*

v Φεύγοντες.] Sic in *MSS.* in *Editis* Φυγόντες.

x Μαλακίαν ὑπολαβόντες] Μαλακίαν *Vat.*

y Προύδοσαν] Καὶ προέδοσαν *Hen.* & *Busb.* προέδοσαν *Eustath.* BERN.

z Στρατηγὸν] Irenæus ex Josepho hæc memorat. Vide nuperam editionem anni 1710. pag. 347. Ἰώσηπός φησιν, ὅτι ἐπὶ τὰ ὑπὸ Αἰθιόπων ἐπιόντος Μωϋσέως, στρατηγὸς χειροτονηθεὶς ὑπὸ τ Αἰθιόπων ἐπὶ τὰς, ἀγαγὼν τὸν βασιλέως οἰκεῖον ἐπέστρεψε· ἐπιόντες πολέμῳ τῷ πρὸς αὐτὸν ἀπώλεσαν αὐτῷ τὴν πόλιν. *Josephus dicit, Mosen quum in regia educaretur ducem belli Æthiopici creatum esse, & postquam eos devicerat, filiam regis illius uxorem duxisse, quæ amore ejus tacta urbem ei prodiderat.* REL.

a Ποιησαμένῳ,] Ποιησαμένου *Samb.* & *Vat.*

b Ἱερεὰς,] *Al.* ἱερέας, κτεῖναι, προαγορεύσαντες. & ἱερέας, εἰ, κτείναι προαγορεύσαντες.

c Οὐκ ἠδοῦντο] Οὐκ ἤδεσαν *Epiphanius* Sciolus vidisse videtur, vel neutiquam intellexisse quid hic Judæus dixerit. BERN.

d Θερμούθιδος] Θερμούθιδι quicquid nobis suppetit librorum. aliquanto post *Samb.* κατεργασάμενοι, cæteri tempore infinito. BERN.

e Ἐσομένας] *Al.* ἐσομένης.

f Περὶ ἢ πυθέσθαι] Περὶ τ καὶ πυθέσθαι *Samb* & *Vat.*

g Τάτων,] Τάτων hic reposuimus ex *MSS.* quod in *Editis* male inferebatur post ὄντα.

h Καὶ τῷ τ ὄψεως] Illud καὶ ex *Cod. Vat. Edit. Bas.* & *Vet. Interpr.* in *cæteris* deerat.

i Ἐπι-

ἀξιαθῆ πορείαν τοῦ στρατεύματος στρατήγημα θαυμαστόν. πλέγματα γὰρ ἐμφερῆ κιβωτοῖς ἐκ βίκελ καλαισκεύασας, καὶ πληρώσας [i] ἴβεων, ἐκόμιζε. [k] πολεμιώτατον δ' ἐστὶ [l] τοῖς ὄφεσι τοῦτο τὸ ζῶον. φεύγουσί τε γὰρ ἐπερχομένας, καὶ [m] ἀφισάμενοι καθάπερ ὑπ' ἐλάφων [n] ἁρπαζόμενοι καταπίνουσι. χειροήθεις δ' εἰσὶν αἱ ἴβεις, καὶ πρὸς μόνον τὸ τῶν ὄφεων γένος ἄγριοι. καὶ περὶ μὲν τούτων παρίημι νῦν γράφειν, οὐκ ἀγνοούντων τῶν Ελλήνων τῆς [o] ἴβεως τὸ εἶδος. ὡς οὖν εἰς τὴν γῆν ἐνέβαλε τὴν θηροτρόφον, πάσης ἀπεμάχετο τὴν τῶν ἑρπετῶν φύσιν ἐπαφεὶς αὐτοῖς, καὶ πρὸς πολεμούσης χρώμενος. τοῦτον οὖν ὁδεύσας τὸν τρόπον, ὡς προσέβαλε τοῖς Αἰθίοψι, καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς κρατεῖ τῇ μάχῃ, καὶ τῶν ἐλπίδων, ἃς εἶχον ὑπὲρ τῆς Αἰγυπτίων, ἀφαιρεῖται· πάσι τε πόλεις αὐτῶν [p] ἐπὶ καθαιρεφόμενος, καὶ φόνος πολὺς τῶν Αἰθιόπων ἐπάλετο. καὶ τῆς διὰ Μωϋσῆν εὐπραγίας ζηλούμενον τὸ τῶν Αἰγυπτίων στράτευμα, πονεῖν οὐκ ἐκαμνεν· ὡς δὲ ἀνδραποδισμῷ καὶ παντελεῖ [q] ἀναστάστεως τὸν κίνδυνον εἶναι τοῖς Αἰθίοψι. καὶ τέλος συνελαθέντες εἰς [r] Σαβὰ πόλιν βασίλειον ὄσαν τῆς Αἰθιοπίας, ἣν ὕστερον Καμβύσης [s] Μερόην [t] μετωνόμασεν, ἀδελφῆς ἰδίας [v] ὕτω καλουμένης, ἐπολιορκοῦντο. ἦν δὴ δυσπολιόρκητον σφόδρα τὸ χωρίον, τῇ τε Νείλος περιέχουσι αὐτὴν καὶ [x] κυκλουμένη, ποταμῶν τε ἄλλων Ασάπου καὶ [y] Ασταβόρα δυσμάχητον τοῖς [z] πειρωμένοις διαβαίνειν τὸ ῥεῦμα ποιούντων. ἡ γὰρ πόλις ἐστὸς ὄσα [a] νῆσος οἰκεῖται, τείχους τε αὐτῇ καρτερῶς περιηγμένου, καὶ πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους προβλῆμα τοὺς ποταμοὺς ἔχουσα, χώματά τε μεγάλα μεταξὺ τοῦ τείχους, ὥστε [b] ἀνεπίκλυστον εἶναι βιαιότερον ὑπὸ πλημμύρας φερομένων· ἅπερ καὶ τοῖς περαιωσαμένοις τοὺς ποταμοὺς ἄπορον ἐποίει τὴν πόλεως πρὸς ἅλωσιν. φέρουσι τοίνυν ἀηδῶς τῷ Μωϋσῆ τὸν τοῦ στρατεύματος ἀργίαν· εἰς χεῖρας γὰρ οὐκ ἐτόλμων ἀπαντᾶν οἱ πολέμιοι· συνέτυχέ τι τοιοῦτον. Θάρβις θυγάτηρ τοῦ τῶν Αἰθιόπων βασιλέως. αὕτη τὸν Μωϋσῆν πλησίον τοῖς τείχεσι προσάγοντα τὸν [c] στρατιὰν καὶ μαχόμενον γενναίως κατανοήσασα, καὶ [d] τὴν διάνοιαν τοῦ ἐγχειρήσεως θαυμάζουσα, καὶ τοῖς τε Αἰγυπτίοις αἴτιον, ἀπεγνωκόσιν ἤδη τὸν ἐλευθερίαν, τῆς σωτηρίας ὑπολαμβάνουσα, καὶ τοῖς Αἰθίοψιν, αὐχοῦσιν ὅτι τοῖς [e] κατ' αὐτῶν καλωρθωμένοις, τοῦ θείου τὸν ὅλων κινδύνου, εἰς ἔρωτα δεινὸν ὤλισθεν αὐτοῦ. καὶ [f] περιόντος τοῦ πάθους πέμπει [g] πρὸς αὐτὸν τῶν οἰκετῶν τοὺς πιστοτάτους, διαλεγομένη περὶ [h] γάμου. προσδεξαμένου δὲ τὸν λόγον ὅτι τῷ παραδοῦναι τὴν πόλιν, καὶ [i] ποιησαμένου πίστις ἐνόρκους ἢ μὴν ἄξεσθαι γυναῖκα, καὶ κρατήσαντα τὴν πόλεως μὴ [k] διαφθεῖραι τοὺς σωθέντας· φθάνει τὸ ἔργον τοὺς λόγους. καὶ [l] τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Αἰθιόπων βασιλέως, καὶ τὴν Μωϋσῆν πλησίον τοῖς τείχεσι προσάγοντα τὸν στρατιὰν καὶ μαχόμενον γενναίως κατανοήσασα, καὶ τὴν διάνοιαν τοῦ ἐγχειρήσεως θαυμάζουσα, καὶ τοῖς τε Αἰγυπτίοις αἴτιον, ἀπεγνωκόσιν ἤδη τὸν ἐλευθερίαν, τῆς σωτηρίας ὑπολαμβάνουσα, καὶ τοῖς Αἰθίοψιν, αὐχοῦσιν ὅτι τοῖς κατ' αὐτῶν καλωρθωμένοις, τοῦ θείου τὸν ὅλων κινδύνου, εἰς ἔρωτα δεινὸν ὤλισθεν αὐτοῦ. καὶ περιόντος τοῦ πάθους πέμπει πρὸς αὐτὸν τῶν οἰκετῶν τοὺς πιστοτάτους, διαλεγομένη περὶ γάμου. προσδεξαμένου δὲ τὸν λόγον ὅτι τῷ παραδοῦναι τὴν πόλιν, καὶ ποιησαμένου πίστις ἐνόρκους ἢ μὴν ἄξεσθαι γυναῖκα, καὶ κρατήσαντα τὴν πόλεως μὴ διαφθεῖραι τοὺς σωθέντας· φθάνει τὸ ἔργον τοὺς λόγους. καὶ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Αἰθιόπων βασιλέως, καὶ

exercitui præstaret, stratagema plane mirandum. Fiscellas enim *quasdam* è papyro in cistarum formam conficiendas curavit, & ibibus complens secum deportavit. Est autem hoc animal serpentibus infestissimum. nam & eos infectantes fugitant, & inter fugiendum sicut à cervis retracti deglutiuntur. Ibes vero cicures sunt & manſuetæ, inque serpentum genus solum immaniter sæviunt. Et de his quidem nunc mitto scribere, cum non ignorent Græci qualis sit ibis. Postquam igitur ventum est in terram istis bestiolis refertam, ibes illis immisit, quibus propugnatoribus usus serpentium vim debellavit. Hoc igitur modo itinere confecto, Æthiopibus inopinantibus supervenit, & cum iis congressus victoriam reportavit, spemque Ægypti occupandæ illis abstulit: urbes etiam eorum adortus evertit, & ubique magna cædes Æthiopum patrabatur. Porro Ægyptiorum exercitus, post res Moysis auspiciis feliciter gestas, nullo labore fatigabatur: adeo ut Æthiopibus captivitatis atque excidii periculum immineret. Denique in urbem Sabam regiam Æthiopiæ compulsi, quam postea Cambyses, à sorore sua nomine impositio, Meroën appellavit, obsidione premebantur. Erat autem locus ille pæne inexpugnabilis, Nilo ipsi circumfuso & circundato, aliisque fluviis, Astapo & Astabora, transitum difficiliorem facientibus. Urbs enim ad interiora sita *ut* insula habitatur; quod murus validus illi circumductus sit, & hostibus quidem objectos fluvios habeat, atque aggeres magnos post murum ad inundationes arcendas, cum fluvii intumescentes majori cum impetu deferantur: quæ & *nunc* iis, qui flumina trajecerant, urbem expugnatu difficilem reddiderunt. Cum ergo ægre ferret Moyses exercitum otiosum desidere, (nam manus conferere non ausi sunt hostes) tale quiddam accidit. Tharbis filia erat regis Æthiopum. Hæc Moysen exercitum mœnibus admoventem, & egregie dimicantem conspicata, atque ob ea quæ excogitaverat & aggressus erat mirata, ipsumque & Ægyptiis, libertatem desperantibus, felicitatis auctorem exstitisse existimans, & Æthiopes, *modo* gloriantes de rebus præclare contra eos gestis, in extremum periculum adduxisse, vehementi ejus amore capta est. Atque *indies* crescente affectu, servos sibi fidissimos ad ipsum mittit, conjugium suum offerens. Illo vero assentiente, ea conditione ut sibi traderetur urbs, fideque jurejurando firmata, se ducturum eam uxorem, atque urbe dedita pactis mansurum esse: dictum factum. Et postquam sævitum est in Æthiopes, actis

Sabam (quæ & Meroë) metropolin totius Æthiopiæ, seque una Moysi dedit Tharbis.

i Ἴβεων,] De iis videsis *Herodotum*, l. 2. c. 75 & 76. & *Plutarchi* Sympos. l. 4. probl. 5.

k Πολεμιώτατον] *Al.* πολέμιον.

l Τοῖς ὄφεσι] Illud τοῖς ex *MSS.*

m Ἀφισάμενοι] Εφισάμενοι *Vat.* ἀφιστάμενοι *Glyc.* & *Hamartolus.* Mox ejusdem indocta manus ἄγελαι. BERN.

n Ἁρπαζόμενοι] Βασαζόμενοι καταπίνουσι *Vat.* Hac de re vide Plinii Hist. Nat. Tom. 2. p. 132. *Edit. Paris.*

o Ἴβεως] In *Editis* ἴβιδος contra usum *Josephi* & auctoritatem *MSS.*

p Ἐπὶ] Ita *Big.* & *Samb. Basil. aliique.* ἔπεσι *Zonaras.*

q Ἀναστάσεως] Facilitatis causa ἀπαστώσεως hic reposuit secunda manus *Samb.* BERN.

r Σαβὰ] Σαβᾶν *Samb.* σαβὰν *Hen. Busb.* & *Zonaras.* σαβᾶ *Georgius Syncellus*, & σαββὰ alter *Georgius.* Eusebius in Lexico sacro, σαβὰ, πόλις αἰθιόπων βασιλικὴ· ἣν φησιν ἱστορῶν καμβύσου ὀνομάσαι μερόην, ἐξ ἰδίας ἀδελφῆς ἐπιθέτου τοῦνομα. Quis non miretur Originis temeritatem, si ad Canticum Salomonicum hæc talia unquam scripserit? *Invenimus autem hujus reginæ* (Sabæ) *etiam Josephum in historia sua facere mentionem, addentem etiam hoc, quod posteaquam regressa est à Salomone, Cambyses rex miratus ejus sapientiam, quam sine dubio ex Salomonis sapientia susceperat, cognominavit, inquit, nomen ejus Meroen. Refert autem quod non solum Æthiopiæ, sed & Ægypti regnum tenuit.* BERN. *Al.* Σαβαὶ & Σαββᾶν.

s Μερόην] Vide *Berkelium* ad *Steph. Byzant.* v. Μερόη.

t Μετωνόμασεν,] Ita *MSS.* in *Editis* ὠνόμασεν.

v Οὕτω καλουμένης,] Sic in *Cod. Vat.* τοῦτο in *ceteris.*

x Κυκλουμένη,] Κυκλωμένη *Vat.*

y Ασαβόρα] Ita *Samb.* & *Geographi Vett.* Ασαβόρρα & Ασοβόρα *alii.*

z Πειρωμένοις] Sic in *Samb.* πειρωμένοις in *reliquis.*

a Νῆσος οἰκεῖται,] Ως νῆσος *Burii* nostri jam usus nullus; vel equidem νήσου, quod proclivius erat. BERN. Νῆσος καλεῖται *Vat.* ὡς νῆσος οἰκεῖται legisse videtur *Vet. Interpr.*

b Ανεπίκλυστον] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* ἀνεπίκλυστος *Basil. G. aliique.*

c Στρατιὰν] Στρατείαν ex *Samb.* & non στρατιὰν cum *aliis* excudi fecit *Bernardus.*

d Τὴν ἐπίνοιαν] Τὴν ἐπίνοιαν habet *Eustath.* ad Hexaëm.

e Κατ' αὐτῶν] Ita *Big. Samb. Cas. Vat.* & *Epiphan.* nisi quod ἐχθρῶν pro ὅλων substituant *Samb.* & *Vat.* ὑπ' αὐτῶν καλορθωμένοις τοῦ θείου τὸν ὅλων κίνδυνον *Basil.* & *G.*

f Περιόντος] Ita in *MSS.* in *Editis* αὔξοντος δὲ π.

g Πρὸς αὐτὸν] Πρὸς αὐτόν τινα τῶν πιστοτάτων *Vat.* & in nonnullis *Epiphanii* Codd. *fidelissimum servorum.*

h Γάμου.] *Al.* γάμων, ut & mox v. 46. τὰς γάμους.

i Ποιησαμένου] Ποιησαμένων *Vat.*

k Παραφθεῖραι] Παραβλάψαι *Vat.*

l Καὶ τὴν ἀναίρεσιν] Μετὰ τὴν *Samb. Busb.* & *Hen.*

actis Deo gratiis, nuptiæ à Moyſe celebrantur; atque Ægyptiorum exercitus *victor* domum eſt reductus.

πων εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, σωτηρίᾳ τ γάμον [m] ὁ Μωϋσῆς· καὶ τὰς Αἰγυπτίους ἀπήγαγε εἰς τὴν ἑαυτῶν [n] γῆν.

CAP. XI.

Quomodo Moyſes ex Ægypto aufugit in Madianam.

Ab ingrata Ægypto ad Troglodytas ſe ſurripuit Moyſes. Ex. c. 3.

ILli vero, quod ſalutem à Moyſe acceperint, odium illi pro gratia repoſuerunt, ſtudioque majori ei ſtruxerunt inſidias: ſuſpicantes quidem ne rebus proſpere geſtis elatus aliquid novi in Ægyptiorum damnum moliretur; Regem vero admonentes, ut eum interficeret. Illi autem & ipſi hac de re inſederat cogitatio, partim ex invidia ob *nuperam* Moyſis expeditionem, partim ex metu depreſſionis; inſtigatus vero à Sacrorum ſcribis, vehementi flagrabat deſiderio Moyſem perimendi. Verum ut primum de inſidiis audiverat *Moyſes*, clam ſe ſubduxit. Atque viis *paſſim* à cuſtodibus obſeſſis, per ſolitudinem fugam inſtituit, & * qua *evaſurum* inimici minime ſuſpicabantur: & quamvis ciborum laborârit inopia, eam tamen patienter & magnanime ſuperat. Et cum ad urbem Madianam perveniſſet, in Rubri quidem maris litore ſitam, ab uno vero Abrami ex Chetura filiorum denominatam, ſuper puteum quendam ſedens à laſſitudine & miſeria quieſcebat, cum meridies eſſet, non procul ab urbe: ubi ei ſuboritur negotium ex conſuetudine & more illic viventium, quod virtutem ejus illuſtravit, & ad meliora viam aperuit.

Mox idem ille de filiabus Ragueli præclare meretur.

2. Cum enim iſtis regionibus aquarum ſit penuria, operam dant paſtores ut primi puteos occupent; ne, aqua ab aliis exhauſta, ſua potu egeant pecora. Ad puteum igitur accedunt ſeptem virgines ſorores, Ragueli ſacerdotis, & ab iſtius loci incolis magno in honore habiti, filiæ: quæ patris greges curantes, mulieribus etiam ad hoc miniſterium patrio Troglodytarum more adhibitis, forte, antequam alii venerint, ſatis aquæ pecoribus ſuis in alveos, ei uſui paratos, è puteo extraxerant. Paſtoribus autem aliquanto poſt venientibus & virgines depellentibus, ut aquam ſibimet haberent, Moyſes, rem indignam ratus virgines non reſpicere injuriam paſſas, ſinereque vim virorum plus valere quam jus feminarum, illis quidem obſtitit inique agere volentibus, iis vero, ut par erat, auxilium tulit. At illæ, hoc beneficio accepto, patrem *ſuum* adeunt, & paſtorum injuriam, & quomodo ab hoſpite adjutæ fuerint, ei retulerunt: rogabantque ne illi hæc gratia periret, meritumve deſideraretur præmium. Ille autem cum filiarum in benefactorem gratum collaudavit animum, tum juſſit Moyſem coram adduci, ut ejus remuneraret benevolentiam. Poſtquam vero aderat, & indicavit ei filiarum de ejus ope & auxilio teſtimonium, & virtutem ejus admiratus, non in ingratos hoc

ΚΕΦ. ια'.

Πῶς ἔφυγε ὁ Μωϋσῆς ἐξ Αἰγύπτου εἰς Μαδιλωήν.

Οἱ δ' ἐξ ὧν ἐσώζοντο ὑπὸ Μωϋσέως, μῖσος ἐκ τούτων πρὸς αὐτὸν ἀνελάμβανον, καὶ θερμότερον ἀπλεῖσθαι τ κατ' αὐτοῦ βουλευμάτων ἠξίουν· ὑποτονθύζοντες μὲν μὴ διὰ τὴν εὐπραγίαν νεωτερίσῃ καὶ τὴν Αἴγυπτον, διδάσκοντες δὲ τ βασιλέα φθεῖραι τ [o] σφαγῆς. ὁ δὲ [p] καθ' αὐτὸν μὲν εἶχε τὴν ἐκ πράγματος ὑπόνοιαν, ὑπό τε φήμης τῆς Μωϋσέως στρατηγίας, καὶ ὑπὸ δέους ταπεινώσεως· [q] ἐπιχθεὶς δὲ ὑπὸ τ ἱερογραμματέων, οἷός τε ἦν ἐγχρεῖν τῇ Μωϋσέως ἀναιρέσει. φθάσας δὲ τὴν ὑποβολὴν [r] καταμαθεῖν, λαθὼν ὑπεξεισι. καὶ τ ὁδῶν φυλαττομένων, πορεύεται διὰ τ ἐρήμου τ ὁρασμὸν, καὶ ὅθεν ἦν [s] ὑπόνοιαν μὴ λαβεῖν τοὺς ἐχθρούς· ἄπορός τε ὢν τροφῆς, ἀπηλλάγη τῇ καρτερίᾳ καταφρονῶν. εἰς τε πόλιν Μαδιηνὴν ἀφικόμενος, πρὸς τῇ μὲν Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ κειμένῃ, ἐπώνυμον δὲ ἑνὸς τ Ἀβραμιδῶν γεγονότων ἐκ [t] Χετούρας ὄντων, καθεσθεὶς ἐπί τινος φρέατος, ἐκ δὲ κόπου καὶ τῆς παλαιπωρίας ἐρημίᾳ, μεσημβρίας ἤδη, ὀλίγον τῆς πόλεως· [v] ἔνθ' αὐτῷ συνέβη καὶ πρᾶξις ἐκ διαίτης τῶν αὐτόθι, συνήθεια τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἀφορμὴν ἔσχε.

β'. Τῶν δὲ χωρίων [x] δυσόδμων ὄντων, προκαταλάμβανον οἱ ποιμένες τὰ φρέατα· ὅπως μὴ [y] προεξαναλωμένα ὑδάτων ὑπὸ τ ἄλλων, ἀπανίζοι ποτὲ τὰ θρέμματα. ἐγίνοντο δὴ οὖν ἐπὶ τὸ φρέαρ ἑπτὰ παρθένοι ἀδελφαὶ Ραγουήλου θυγατέρες, ἱερέως, καὶ πολλῆς ἠξιωμένης τιμῆς παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις· αἱ, τ δὲ πατρὸς ποιμνίων ἐπιμελούμεναι, διὰ τὸ ταύτῃ ἀπεργίαν εἶναι ἐπιχωρίων παρὰ τοῖς Τρωγλοδύταις, φθάσασαι τὰ αὐταρκες ἐκ δὲ φρέατος ἀνέσπασαν ὕδωρ τοῖς ποιμνίοις [z] εἰς δεξαμενὰς, αἳ πρὸς ἐκδοχὴν δὲ ὑδάτων ἐγεγένηντο. ἐπισπόνων δὲ [a] ποιμένων καὶ ἀπελαυνόντων τὰς παρθένους, ὡς αὐτοὶ δὲ ὕδατος κρατεῖεν, Μωϋσῆς, δεινὸν ἡγησάμενος εἶναι πλεονεκτεῖσθαι ἀδικουμένας τὰς κόρας, καὶ τὴν βίαν τὴν τ ἀνδρῶν [b] ἐόντων κρείττονα γυναικὸς δὲ τ παρθένων δικαίᾳ, τὰς μὲν εἴρξεν πλεονεκτεῖν ἐθέλοντας, τ δὲ παρέσχε τὴν δέησαν βοήθειαν. αἱ δὲ διηγησάμεναι παρῆσαν πρὸς τ πατέρα, τήν τε ὕβριν τ ποιμένων αὐτῷ διηγούμεναι, καὶ τὴν ἐπικουρίαν δὲ ξένου· παρεκάλουν τε μὴ ματαίαν αὐτῷ γενέσθαι τὴν ἐπιοῦσαν, μὴ δὲ ἀμοιβῆς ὑστερῆσαι. ὁ δὲ τὰς τε παῖδας ἀπεδέξατο δι' ὃν τ διηγήσαντο πρόνοιαν, καὶ τ Μωϋσῆν εἰς ὄψιν ἐκέλευσεν [c] ἄγειν αὐτῷ τυγχάνοντα χαρᾶς δικαίας. ὡς δὲ ἦκεν, [d] τὴν τ θυγατέρων [e] ἀπεσήμανεν αὐτῷ μαρτυρίαν ἐπὶ τῇ βοηθείᾳ, καὶ τ ἀρετῆς αὐτὸν θαυμάζων,

---

m Ο Μωϋσῆς·] Ita *Samb.* & *Vat.* ſine articulo in *ceteris.*

n Γῆν.] Sic *Big. Samb. Vat. Caſ.* & *Vet. Interpr.* vox γῆν *Editis* excideral.

o Σφαγῆς.] Tuam itaque fidem ô Drungari, καὶ διὰ τ φόνον δ' αἰγυπτίου, δ τ ἐπιφανῆ μισίζοντα, ὡς τῇ βίβλῳ σφάλλεται ὁ γηγενέστερος (ἐξόδου quis neſcit) εἰ καὶ τοῦτο παρέδραμε ὁ ἰώαννης. BERN.

p Καὶ καθ' αὐτὸν] Καὶ abeſt *Vat.*

q Ἐπιχθεὶς] Ita *Samb.* & *Vat.* ἐπιχθεὶς ὑπὸ τ *Baſ. G. Big.* & *Caſ.* σχεδὸν *Hen.* & *Busb.* mox οἷός τ' ἦν iſti duo. BERN.

r Καταμαθεῖν,] Ita *MSS.* καθαμαθεῖν non agnoſcunt *Baſ.* & *G.*

s Ὑπόνοιαν] Ὑπόνοια *Samb.* à manu ſecunda.

* *Qua evaſurum inimici minime ſuſpicabantur:*] In *Epiphanii* Codd. aliquot, & *qua opinio erat non intercepturos inimicos.* in aliis nihil omnino reſpondet Græcis.

t Χετούρας] De ſcriptura hujus vocis videſis p. 43. & p. 98.

v Ἐνθ' αὐτῷ] *Al.* ἐνταῦθα αὐτῷ.

x Δυσώδων ὄντων,] In pleriſque *MSS.* δυσόδων.

y Προεξαναλωμένα] Ita MSS meliores. Dein *Hen.* ἀπανίζῃ, *Busb.* ἀπανίζῃ perite Quinimo *Erembos* Optimi variis, & accolas alios intimi Arabum ſinus, qua ab Euronoto abſceditur, humili Troglodytarum appellatione etiam venire apud Hiſtoricos veteres, nemo forte ignoravit præter unum Chriſtianum. Mox ἐξέσπασαν *Hen.* BERN. Ita melioris notæ *MSS.* ἐξαναλωμένα in *aliis.*

z Εἰς δεξαμενὰς,] Sic in *MSS.* corrupte in *Editis* ταῖς δεξαμέναις.

a Ποιμένων] Ita *Baſ. G.* & *Epiphan.* haud tamen inconcinnius *Big. Samb. Vat.* & *Caſ.* ποιμένων ταῖς παρθένοις, ὡς αὐτὰς δ' ὕδατος χρᾶσθαι.

b Ἐόντων] Ἐόντων *Samb.* & Critici aliquot Homerici. Subinde eadem *Samb.* manus ὡσὶ τ ὀνηγεγκόσι. BERN.

c Ἄγειν αὐτῷ] *Al.* ἀγαγεῖν.

d Τὴν τ θυγατέρων] Ita *Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* τὴν ὡσὶ τ θυγατέρων.

e Ἀπεσήμαινεν] Ἀπεσήμηνεν *Samb.* & *Vat.*

f Ὑπερ-

μάζων, οὐκ εἰς ἀναιδήτους ἀνεργεσιῶν καταλέξας τὸν ἀπηχθημένον ἔλεγλον· ἀλλ' ἱκανὸς ἐκτίσαι χάριν, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ἀμοιβῆς [f] ὑπερβάλλειν τὸ μέτρον τῆς ὑποιήσεως. ποιεῖται δ' αὐτὸν υἱὸν, καὶ μίαν τῶν θυγατέρων πρὸς γάμον δίδωσιν· τῶν τε θρεμμάτων, ἐν τούτοις γὰρ ἡ πᾶσα κτῆσις τὸ παλαιὸν ἦν τοῖς βαρβάροις, ἀποδείκνυσιν ἐπιμελητὴν καὶ διατότην.

beneficium collocatum ajebat; foreque ut non modo parem ei gratiam referret, sed & paullo cumulatiorem. Postea aliquanto ipsum in filium adoptat, eique filiarum unam matrimonio elocat: ad hæc pecorum, in quibus universæ olim barbarorum opes, curatorem eum ac dominum constituit. *Raguelus Moysem sibi generum adoptat, reique pecuariæ curatorem.*

ΚΕΦ. ιϛ'.

Περὶ θάμνου ἀφλέκτου καὶ τῆς βακτηρίας τοῦ Μωϋσέως.

ΚΑΙ Μωϋσῆς μὲν τούτων τυχὼν ὑπὸ τοῦ [g] Ιεθεγλαίου· τοῦτο γὰρ ἦν [h] ἐπίκλημα τῷ Ραγουήλου· διῆγεν αὐτόθι ποιμαίνων τὰ βοσκήματα. χερόνῳ δ' ὕστερον νέμων, ἐπὶ τὸ [i] Σιναῖον καλούμενον ὄρος ἄγει τὰ πώμνια. τοῦτο δ' ἐστὶν ὑψηλότατον τῶν ταύτῃ ὀρῶν, [k] καὶ πρὸς νομὰς ἄριστον, ἀγαθῆς φυομένης πόας, [l] καὶ, διὰ τὸ δόξαν ἔχειν ἐνδιατρίβειν αὐτῷ τὸν Θεὸν, ὑ κατανενεμῆσθαι πρότερον, ὑ τολμώντων ἐμβατεύειν εἰς αὐτὸ τῶν ποιμένων. ἔνθα δὴ καὶ τέρας αὐτῷ [m] τυγχάνει θαυμάσιον. πῦρ γὰρ [n] θάμνον βάτου νεμόμενον, τῷ πρῶτον αὐτὸν χλόῃ τό τε ἄνθος [o] αὐτοῦ παρῆλθεν ἀθλαβές, καὶ τῶν ἐγκάρπων κλάδων οὐδὲν ἠφάνισε, καὶ πᾶσαν τὴν φλογὸς πολλῆς καὶ ὀξυτάτης [p] ὑπαρχούσης. ὁ δ' ὅμως καὶ αὐτῷ μὲν ἔδειτε τὸν ὄψιν θαυμαζόμενον γιγνόμενον. κατεπλάγη δ' ἔτι μᾶλλον φωνῆς τοῦ πυρὸς ἀφιέντος, καὶ ὀνόματι καλέσαντος αὐτὸν, καὶ ποιησαμένης λόγους· οἷς τό τε θάρσος αὐτοῦ τολμήσαντος παρελθεῖν εἰς χωρίον, [q] εἰς ὃ μηδεὶς ἀνθρώπων πρότερον ἀφίκτο διὰ τὸ εἶναι θεῖον, ἐσήμηνε, καὶ συνεβούλευεν τὴν φλογὸς [r] ὡς πορρωτάτω χωρεῖν, καὶ δέχεσθαι μὲν οἷς ἐώρακεν, ἀγαθὸν ὄντα καὶ μεγάλων ἀνδρῶν ἔκγονον, πολυπραγμονεῖν δὲ μηδὲν [s] τούτοις θειοτότερον. [t] προηγόρευέ τε τῷ ἐσομένῳ αὐτῷ δόξαν καὶ πιστὸν [u] ἀνθρώποις, καὶ Θεοῦ συμπαρόντος· καὶ θαρρῶν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀπέναι, στρατηγὸν καὶ ἡγεμόνα τῆς Ἑβραίων πληθύος ἐσόμενον, καὶ τῆς ὕβρεως τῆς ἐκεῖ τοὺς συγγενεῖς ἀπαλλάξοντα. καὶ γὰρ γῆν οἰκήσουσι, φησὶ, ταύτην εὐδαίμονα, ἣν Ἀβραμος ὤκησεν ὁ ὑμέτερος πάππος· καὶ τῶν πάντων ἐπολαύσουσιν ἀγαθῶν, εἰς ταῦτα σοῦ καὶ τῆς σῆς σωφροσύνης [x] αὐτοὺς ἡγουμένης. ἐξαγαγόντα μέντοι τοὺς Ἑβραίους [y] ἐκ τῆς Αἰγύπτου, θυσίας ἐκέλευε [z] χαριστηρίους ἀφικόμενον εἰς ἐκεῖνον ἐκτελέσαι τὸν τόπον. τοσαῦτα μὲν ἐκ τοῦ πυρὸς θεοκλυτῆται.

β'. Μωϋσῆς δ' ἐκπεπληγμένος οἷς [a] τε εἶδε καὶ πολὺ μᾶλλον οἷς ἤκουσεν, δυνάμει μὲν ἀπιστεῖν, ἔφη, τῇ σῇ, ὦ δέσποτα, διὰ αὐτός τε θρησκεύω καὶ προγόνοις εἶδα φανερὰν γιγνομένην, μανιωδέστερον ἢ κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ φρόνησιν [b] ἡγοῦμαι. πλὴν ἀπορῶ, πῶς ἂν ἰδιώτης ἀνὴρ καὶ μηδεμιᾶς ἰσχύος εὐπορῶν, ἢ πείσω λόγοις τοὺς οἰκείους, ἀφέντας ἣν ἄρτι κατοικοῦσι γῆν, ἕπεσθαί μοι

CAP. XII.

De rubo ardente atque virga Moysis.

ET Moyses quidem istis affectus beneficiis à Jethegläo (id enim Raguelo cognomentum erat) illic commorabatur in gregibus pascendis occupatus. Postea vero cum pecus pasceret, in montem Sinæum, ut appellabatur, pastum egit. Mons autem iste omnium in ea regione celsissimus est, & pascuis commodissimus, herbis utpote optimis abundans, &, quod vulgo persuasum haberent Dei numen ibi habitare, non antea depastus; nam religio erat pastoribus in illum ascendere. Illic quidem ei mirabile oblatum est prodigium. Ignis enim, dum rubi fruticem corriperet, viriditatem ejus & flores innoxia flamma præteriit, nec ramorum frugiferorum quidquam absumpsit, multum licet & vehementer emicuit. Ille autem & rei quidem novitate & miraculo perculsus est. Adhuc vero multo magis obstupuit, cum vocem ignis emitteret, & nominatim ipsum compellaret istiusmodi verbis; quibus & temeritatem ejus reprehendit, qui non sit veritus locum sacrum adeoque hominibus hactenus inaccessum calcare, & consuluit ut quam longissime à flammis abscederet, & sibimet quidem hac visione satisfaceret, *non indignus ea* propter suam ac majorum suorum virtutem *habitus*, cæterum ulterius nihil curiose inquireret. Quin & prædixit ei quantum honorem & gloriam, Dei auspiciis & auxilio, consequuturus esset apud homines; jussitque fidenter in Ægyptum proficisci, futurum illic ducem ac ductorem populi Hebraïci, cognatosque liberaturum ab iniqua Ægyptiorum dominatione. Nam & terram, inquit, istam beatam habituri sunt, quam Abramus gentis vestræ auctor olim tenuit, & bonis omnibus affluent, ad hæc *utique* te eos tuaque sapientia deducente. Verum posteaquam Hebræos ex Ægypto eduxerit, jussit ut illo in loco sacrificium gratiarum actionis sibi offerret. Et hæc quidem verba ex igne Dei voce emissa audivit. *Rubus Sinæa (mirum aspectu) tota ardet, neque tamen absumitur. Ex. c. 3. Sanctum Sinæ jugum atque inaccessum. Ex vepri flagrante faustissimum oraculum.*

Præterea, quod præcipuum eſſe video in hac cauſa, nullum tempus aptius occurrit dignuſque, quando fulgores ſui Oraculi extingueret iratum Numen, Pontificique ſilentium imponeret, quam κατ' ἐκδοσιν ἱερατικὴν hoc loco retulit Joſephus. Ea fuit virtus Johannis Hyrcani, pietas tanta, prudentia, fortitudo, & conſtantia, ut cum meliori anima abſcedere haud poterat diva Ἀλήθεια? tanta ſtatim nequities faſtuſque Ariſtobuli & ſuccedentium ei Pontificum, tot flagitia & parricidia, nihil mirum ſi à tam cruentis & pollutis pectoribus abhorruerit S. Dei Spiritus, ſive hac occaſione in ſedes meliores ſuperaſque omnino ſe receperit. Quippe de Johanne illo in ſcriptis ſuis encomia ſparſit Joſephus, nullis aut pauciſſimis mortalium conceſſa. Μακαριστὸς ὄντως, ait ipſe initio Bellorum, πρὸς γὰρ τὰ κράτιστα ἐφύετο, τῷ τε δεχθῆναι καὶ ἀρχιερωσύνης καὶ προφητείαν. ἀμείλει γὰρ αὐτῷ τὸ δαιμόνιον, ὡς μηδὲν τῶν μελλόντων ἀγνοῶν. Tum in Archæologicis eundem magnum principem, magnum ſacerdotem, malleumque ſuperſtitionis Samaritiçæ ita exornat libro XIII. τὴν ἀρχὴν Ἀριστοβούλῳ τ ἄνδρι πρέπον ἔτεσι λά. τελοῦντα. ἄξιος ὢν δὲ διὰ πολλὰ ἀρχῆς δὲ ἔθνους καὶ τ ἀρχιερωσύνης τιμῆς καὶ προφητείας. Vel aſſentiant verpi ſuo Gorionidæ, ut legitur in Bibliis Waltonianis & Bibliotheca doctiſſimi Huntingtoni, *Poſtquam Hyrcanus acceperat literas Senatus Romani ſibi tanquam Regi Judæorum inſcriptas*, يسمي ملك مند ذلك الوقت وكان قبل ذلك انما يسمي الكاهن الاكبر فقط فاجتمعت اليه منزلة الملك ومنزلة الكهانة. وهو اول من سمي ملك في البهود في مدة البيت الاثاني. Quantus autem idem vates fuerit, cum docuit nuncium Divinum de prælio Sebaſteno, quod ipſum perculit dum operaretur forte die graviſſimo τ ἱλασμῶν in Adyto, l. 4. c. 5. Joſephi Rabbinici, Munſtero edente, tum præſagia minus fauſta quæ in ſomniis de Alexandro ſibi ſucceſſuro cœlitus ſenſerat, c. 7. ejuſdem editionis Bibl. Polygl. c. 26. Idem adverterat Julius Chronographus, τότε ἐπὶ θεοφιλίᾳ, ſic dicit Africanus ille de יוחנן כהן גדול, πολλὰ μαίνεσθαι ὁ ἰώσηπος. Addo ego, καὶ πολλὰ μὲν οἱ Φαρισαῖοι. Nam de hoc Præſule intelligi oportet quæcunque narrantur in Maſſicta *Sotæ* c. 9. §. 10. non ita de atavo ipſius, quod opinantur Rabbini recentiores, hiſtoriarum bonarum lues. Herois autem hujus filius maluit multo Rex apparere quam Pontifex: quorſum occiſis Alexandra genitrice fratreque Antigono, & arrepto ſibi Davidis diademate, Augurium Divinum profanavit jureque merito amiſit, conſilii ſacri prorſus inexpertus. Unde rite dictum primo Maccab. c. 14. 41. votis Populi ac Cleri Judaici, Demetrio omnino aſſentiente, conſtitui Simonem ἡγούμενον καὶ ἀρχιερέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἕως τοῦ ἀναστῆναι πιστὸν προφήτην, quod eſt, dum venerit Elias aut Moyſi compar aliquis, qui poſſet ſacerdotium tribui ſuæ, ſuæ regnum poſtliminio reſtituere, thronumque Davidis ſtabilire. Conſimili autem phraſi male utitur maximus Grotius ex l. 1. Macc. c. 4. 46. adverſus prophetias ſecundæ Ædis. Fas etenim fuit Altaris polluti ſaxa recondi in הר הבית, μέχρι τοῦ ἀναφανῆναι τὸν προφήτην καὶ δηλῶσαι περὶ αὐτῶν, tempore inquam Alcimi ψευδοπείρου. Quanquam nemo non fatebitur rarius effulſiſſe Rationale durante Domo illa, divinandique honorem Judæis tum parcius fuiſſe conceſſum, aut nullum plane inter eos comparandum cum Vatibus Biblicis, Elia Eſaia & Jeremia, ante tempora Chriſtiana emicuiſſe. Sic enim interpretabere illud Maccabaicum, ferociente Bacchida ἐζήτουν ζήλωτ., ἤ ἵνα σὺν ἐζητοῦ ἀφ' ἧς ἡμέρας σὺν ὤφθη προφήτης αὐτοῖς. Quandoquidem ſub Alexandro Magno Scriptorum Divinorum aliquot uſque floruiſſe Jadduæ יוחנן Pontificis nomen indicat, quod centum plus annis recentius noſcebatur quam illa Eſdræ & Nehemiæ. Vide hujus librum c. 12. v. 11, 22, 26. Ne tamen Pontifices Simonem ſequentes jam memorare opus ſit, aut ſtultum Hyrcanum, aut monſtrum illud Hebraicum Jannæum, ὃν τ Ἑλλῆνες ἐφ' ἑαυτῶν ἀνέῳξαν, aliave nomina Sacerdotum Regentium Deo Populoque Judæorum inviſa: illa quidem ſecula corrupti Sacerdotii notavit, quod mirabere, Strabo Geographus. οἱ δὲ μετὰ Ἀβδιξάρεως, ab illo enim genus hieraticum deducit, χρήσιμοι μὲν ἅπασι διαπεπραγμένοις ἐν θεοσεβείᾳ ὡς ἀληθῶς ὄντες· ἔπειθε ἰφικράτην ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην τὸ μὴ περῶν διεσπασμένον, ἔπειθε τυραννικῶν ἀνθρώπων, &c. Tum de Amphiarao Trophonio aliiſque differens θεοσεβέσι, τοιούτῳ δέ ἐς ἐμὲ ὑμῶν ἐν ὁ μαντὶς, addit, καὶ οἱ Ἀβδιξάρεως ἐκεῖνον· τὰς μὲν ἀρχὰς λαβόντες ὑ Φαύλλου, σκαπτόμενοι οἱ ἐπὶ τὸ χέρσον. ἤδη δ' ὑμῶν φανερῶς τυραννευμένης τ ἰουδαίας, πρῶτον αὐτὸ ἱερέως ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλέα ἀλέξανδρον. τοῦτον δ' ἦσαν υἱοὶ ὑβριστής τε καὶ ἀμισόβουλον. Nam Ariſtobuli patris faſtum, qui vix annum integrum manſerat, ſcriptor bonus prætermiſit. Denique à felici obitu optimi Hyrcanorum, atque adeo ſub infelici brevique regno Ariſtobuli filii ejus, ceſſerant anni plane ducenti, ut alibi commonſtramus, ad penultimum Domitiani Cæſaris, quum hæc talia ſcriberet Mattathiades, ducentis etiam annis Matthia atavo ſuo gibboſo ſerior. Hinc equidem ſilere Pectus Pontificis, hinc extingui ſacram lucem Eſſenæ. Ardua res eſt & rara, quod vides, à lectione Rabbinorum non delirare. BERN.

m Αὐτῷ τ Θεὸν α] *Εαυτῷ Big.* & *Samb.* quod non plus valet quam *αὐτῷ reliquerum.*

n Αἰνέσεις,] Ἀνέσεις male legerat *Vet. Interpr.*

o Ἐπιθυμοῦντες·] Lege ὀφύουσιν. COCC.

p Ἀνέθεσαν] *Samb. Busb.* (*Coll. Voſſ.*) & *Hen.* ἐτίθεσαν: quia præcedens ἰδίαν præpoſitionem huic verbo abſtulerat. BERN.

q Ἓξ μὲν οὖν] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* perperam antea in *Editis* ἓξ μὲν ἂν ἦσαν αὗ κ τὴν σκλωὴν ἐν τοῖς ὁδοιπορίαις. πρὸς τούτοις &c.

r Καὶ τὴν σκλωὴν] Καὶ τὴν σκλωὴν *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* κ τὴν σκλωὴν *Baſ.* & *Gen.* excuderunt, prætermiſſo penitus παρεκόμιζον, pro καθα, aut καθ' ἃς, aut καθ' ἃς κ τὴν σκλωὴν. BERN.

s Δαρεικὰς] Δαρεικὰς ſcripſit *Samb.* Imo ſic jubet Chœroboſcus Grammaticus Oecumenicus; ſic alii magiſtri literarum. Corripitur enim hoc nomen ex δαρειακὰς. Legimus tamen apud *Baſ.* & *Gen.* δαρεικούς. BERN. Ita ſolus *Samb.* Sic vero cum *aliis* jubet *Chœroboſcus.* in *cæteris* cum *Editis* Δαρεικούς.

t Θυμιαμάτων,] *Gen.* θυμιαματων.

v Τρυβλίον] *Samb.* utrobique τρύβλιον, dimoto accentu quem poſtulabat quidem κατακλεισμὸς ὀκτυλικός. BERN. Φιάλη, τρύβλιον, θυίσκλη hæc conveniunt Hebræis קערה, מזרק, כף. Num. 7. REL.

x Ἑξήκοντα] Sic *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* ἑξηνῦν in *reliquis.*

y Δὴ αἱ] Illud δὴ additum è *Big.* & *Samb.*

z Διακοσίους] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis* Ἀφκοσίους.

a Ἐλαίῳ] Ἐλαίῳ πεφυραμένων *Samb.* ex uſu frequentiori. Iro quidem comminabatur aliquando Ithacæ dominus phraſi eadem —— ἐγὼ δέ κέ λεπὰ φύζαν Ἀΐδηνδε, τοῖσι δ' ἀμύνῃς μο-

λυ-

πρὸς τὰς ἱερουργίας· μόσχον τε καὶ κριὸν [b] σὺν ἀρνίῳ τ ἑνὶ ἑπτὰ [c] ὁλομελῆ καυθησόμενα, καὶ σὺν αὐτοῖς [d] χίμαρον ὑπὲρ παραιτήσεως ἁμαρτημάτων. προσῆγε δὲ τ ἀρχόντων ἕκαστος καὶ ἑτέρας [e] θυσίας σωτηρίους λεγομένας, καθ' ἑκάστην ἡμέραν δύο τε βόας καὶ πέντε κριοὺς σὺν ἀρνάσιν [f] ἑπτὰ ἑτησίοις καὶ ἐρίφοις. ἔτη μὲν δὴ θύσιν ἐπὶ ἡμέρας δώδεκα, καθ' ἑκάστην ἡμέραν [g] εἷς. Μωϋσῆς δὲ οὐκέτ' ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ [h] Σινᾶϊον ὄρος· ἀλλ' εἰς τὸ σκηνὴν εἰσιὼν, [i] ἀνεμάνθανε παρὰ τ Θεοῦ περί τε τ πρακτέων καὶ τ νόμων ἃ συντάξεως. ὡς, κρείττονας ἢ καθ' ἡσυχίαν ἀνθρωπίνῳ ὄντας, εἰς τ ἅπαντα βεβαίως αἰῶνα σωζέσθη φυλαχθῆναι, δωρεὰν εἶναι δόξαντας τοῦ Θεοῦ· ὡς μήτ' ἐν εἰρήνῃ ὑπὸ τρυφῆς, μήτ' ἐν πολέμῳ κατ' ἀνάγκην Ἑβραίους παραβῆναί τινα τῶν νόμων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων παύομαι λέγων, [k] γραφὴν ἑτέραν ἠξιωκὼς συνθεῖναι περὶ τῶν νόμων.

tuntur) præterea vitulum & arietem cum agno anniculo * in holocauſtum, ſimulque hircum pro expiatione peccatorum. Sed & principum quiſque alia offerebat ſacrificia, quæ ſalutaria appellantur, per ſingulos dies boves duos & quinque arietes cum agnis anniculis & hœdis. Atque ita quidem iſti per duodecim dies *continuos* ſacrificant, ſingulis diebus unus. Moyſes autem non amplius Sinæum jugum aſcendens, ſed in tabernaculum ingrediens à Deo accepit omnia de rebus agendis & de legibus ferendis. Quas, meliores quam ut ab humana ſapientia excogitari poſſent, in omne ævum religioſe obſervari contigit, quod divinitus datæ crederentur: adeo ut nec in pace ex luxuria, nec in bello ob neceſſitatem harum aliquam violare ſuſtinerent Hebræi. Sed de his quidem dicere ſuperſedeo, quòd alio in libro de Legibus ſcribere inſtituerim.

ΚΕΦ. Θ'.

Τῶν θυσιῶν οἱ τρόποι.

Νῦν δ' ὀλίγων τινῶν ὑπομνηθήσομαι τῶν ἐφ' ἁγνείαις καὶ ἱερουργίαις κειμένων. καὶ γὰρ τ λόγον μοι περὶ θυσιῶν [l] ἐνεστῶσα συμβέβηκε. δύο μὲν γάρ εἰσιν ἱερουργίαι. τούτων δ' ἡ μὲν [m] τῶν ἰδιωτῶν, ἑτέρα δ' ὑπὲρ τοῦ δήμου συντελεῖται, κατὰ δύο γένονται τρόπους. ἡ μὲν [n] ὁλοκαυτοῦται πᾶν τὸ θυόμενον, καὶ ἀφ' ἑστίας καὶ τὴν προσηγορίαν τοιαύτην ἔλαβεν· ἡ δὲ χαριστήριός τε ἐστὶ, καὶ κατ' ἀνάκλισιν δρᾶται τῶν τεθυκότων. ἐρῶ δὲ περὶ τ προτέρας. ἀνὴρ ἰδιώτης ὁλοκαυτῶν, θύει μὲν βοῦν καὶ ἀρνίον καὶ ἔριφον· ταῦτα μὲν ἐπέτεια, τοὺς δὲ βοῦς ἐφεῖται θύειν καὶ μείζονας. [o] ἄρρενα δὲ [p] ὁλοκαυτοῦται τὰ πάντα. σφαγέντων δὲ τούτων, τ κύκλον τῷ αἵματι [q] δεύσαι δεῖ βωμῷ [r] οἱ ἱερεῖς· εἶτα [s] καθαροποιησάντες ἀφαιμάζουσι· λυτῶ, inquit magnus Commentator. Verum LXXII. Alexandrini dictionis Hebraicæ ſatis tenaces, *ἐν ἐλαίῳ πεφυραμένων* ex Moyſe idem reddiderunt. BERN. Sic *Vat.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb. ἐλαίῳ Baſ.* & *G. ἐν ἐλαίῳ* ex *Moyſe* reddiderunt LXX.

b Σὺν ἀρνίῳ] Μόσχον καὶ κριὸν σὺν ἀρνίων ἑπτὰ Typi priores male conjecti, pro *Bigotiano* σὺν ἀρνίῳ ἑπτὰ, כבש אחד בן שנתו tories Num. c. 7. quod ἀμνὸν ἐνιαύσιον vertunt LXXII. Judæi, modo ἀρνα, modo ἀρνίον. Ovile autem quicquid, ut Talmuda admonent, XIII. menſem ſuperaret, ætatemque adeo כבש *agni* excederet, inter אילים i. e. *arietes* porro numerabatur. Quocirca probo minus hanc *Samb.* lectionem σὺν ἀρνειῷ τ ἑπτὰ: quanquam Herodianus in Grammatica Generali & Scholiaſtes Homericus tam ἀρνειοῖς, ἀρνοῖς, quam ἀμνειοῖς, ἀμνοῖς quaſi Synonyma juxta poſuerint. Certum enim eſt apud optimum Poetarum ἀρνειούς, ſæpius autem occurrit, pecus majuſculum אילים *arietes* partemque meritam hecatombæ denotare. Præterea in opere Heſychiano & in Lexico Attico Iſtri tertius annus datur ἀρνειῷ, ſicut ſecundus ἀμνῷ, ἀρνὶ primus. BERN. Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.* quod præfero σὺν ἀρνειῷ τ ἑπτὰ *Sambuci.* in *Editis* σὺν ἀρνίων ἑπτὰ.

c Ὁλομελῆ] Quum holocauſta fuerint, in partes debuerunt ſecari antequam offerrentur. REL.

* *In holocauſtum,*] *Al* ſolidum ſacrificium.

d Χίμαρον] Eo modo *Big.* & *Samb.* in reliquis χίμαρόν τε ἑνὶ π.

e Θυσίας σωτηρίους λεγομένας.] Θυσίας σωτηρίου *Big.* & *Samb.* ut ſæpiſſime Interpretes LXXII. ex זבח השלמים Moſaici codicis. Sed *Baſ. Gen.* & *Epiphanius* σωτηρίους. S. Hieronymus περὶ τὰς ἡγιασμένας, *Sacrificia* aut *Hoſtiæ Pacificorum.* Statim *Big.* λεγομένας καθ' ἑκάστην ἡμέραν, δύο βόας. BERN.

f Ἑτησίοις] *Samb.* σὺν ἀρνίοις ἑτησίοις, quod idem eſt. In Lexicis ſuis Heſychius Photiuſque ἔτεον, ἐνιαύσιον; ſive τὸ κατ' ἔτος, ἐτήσιον. Legiſlatoris autem כבשים בני שנה v. 17. Joſephus dubie, LXXII. Alexandrini in genus ſequius tranſtulerunt: hic quidem σὺν ἀρνάσι ἑτησίοις vel ἑτείοις, illi vero καὶ ἀμνάδας ἐνιαυσίας. Ut ſcias jam in Pacificis admitti fœmineum, quod profecto ad Holocautoma haud licuit. BERN. Ἑτείοις *Samb.* & *Vat.*

g Εἷς.] Ita *Baſ. G.* & *Vet. Interpr.* εἰς τὴν σκηνήν. Μωϋσῆς *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.*

h Σινᾶϊον ὄρος·] Σινᾶϊον, ἀλλ' εἰς Typographi. σίναιον ὄρος, εἰς *Samb.*

i Ἀνεμάνθανε] *Baſ.* & *Gen.* ἀνεμάνθανεν τὰ θεῖα παρὰ τ Θεοῦ θεῖά τε τ πραγμάτων. *Big.* ἀνεμάνθανεν θεῖα παρὰ τ Θεοῦ, περί τε τ πραγμάτων. *Samb.*

CAP. IX.

De Sacrificiis.

NUnc paucas quaſdam *leges* commemorabo, de purificatione & ſacrificiis latas. etenim contigit ut mihi incideret ſermo de ſacrificiis. Sunt enim duo ſacrificiorum genera. Horum quidem unum pro privatis, alterum vero pro univerſo populo factum: atque *iſta* duobus modis peraguntur. In uno quidem totum quod immolatur igne conſumitur, ac inde ſortitum eſt holocauſti appellationem: alterum vero pro gratiarum actione *inſtitutum* eſt, & in epulum ſacra facientibus cedit. De priore autem *primum* agam. Privatus homo cum holocauſtum faciat, mactat quidem bovem, agnum & hœdum: hos quidem *duos* anniculos; boves vero licet immolare etiam grandiores. ſed maſcula *oportet* eſſe omnia quæ ſolida concremantur. *Ritus Holocautomatum. Lev.* c. 3.

denique & *Epiphan.* ἀνεμάνθανεν παρὰ τ Θεοῦ περί τε τ πραγμάτων. Sicut de ſe Moyſes ille adfirmavit Num. c. 7. ult. ורבר משה אל אהל מועד לדבר אתו וישמע את הקול מדבר אליו מעל הכפרת, vocem quidem ſe ab Adyto exaudiiſſe, quoties Deum conſultum de rebus Hebræis Sanctum ingrederetur. BERN. Sic *Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* ἀνεμάνθανεν τὰ θεῖα παρὰ τ Θεοῦ θεῖά τε τ πρ.

k Γραφὴν ἑτέραν] Hinc nonnulli (ut ex pag. 129. v. 25.) colligunt *Joſephum* librum peculiarem compoſuiſſe *de Hebræorum Legibus.* Forſan tamen hic reſpiciat ad ea quæ *de Legibus* ſcripſit *lib.* IV. c. VIII.

l Ἐνεστῶσα] Ἐσῶσα à typis prioribus. Libri ſcripti compoſitum præbent. Utrumque fas dicere vel mediis Athenis. BERN. Ita *Big.* & *Coll. Voſſ.* & *Samb.* ἐσῶσα in *cæteris.*

m Τῶν ἰδιωτῶν,] Ita & Judæi in Talmude diſtinguunt ſacrificia in publica של ציבור & privata של יחיד. Quod autem ad duo referat ſacrificia omnia, holocauſta & ſalutaria, & ſacrificia piacularia ac reliqua ſalutaribus uti ſpecies eorum addat, eſt quod in Levitico hic ordo obſervetur, quodque ita diſpeſci poſſint

1. In ea quæ tota Deo cedunt, ut holocauſta.

2. In ea quæ vel dominis vel aliis cedunt, uti ſalutaria.

Quamvis hæc diviſio variis de cauſis minus accurata ſit, REL.

n Ὁλοκαυτοῦται] Bis ὁλοκαυτοῖ) *Big.* & *Samb.* quod Iones malint. Valde autem cognatæ ſunt συζυγίαι circumflexorum & permutabiles. Ideoque ſubtilius diſtinguit inter πολιμεῖν & πολεμεῖν ac ſimilia verba *Euſtathius*, quam auctoritas veterum ſuſtinet. Præterea ad exitum hujus paragraphi ὁλοκαύτωσις ſequitur typum tertium Contractorum. Mox *Samb.* ἀφαίτητο. BERN. Ter ὁλοκαυτεῖται *Big.* & *Samb.* ὁλοκαυτοῖ *Coll. Voſſ.* τ μὲν ὅλης ὁλοκαυτοῦ) *Vat.*

o Ἄρρενα] Ideo Hebræi dicunt אין עולה נקבה *Nunquam holocauſtum eſt generis fœminini.* Quæ contra dici poſſunt, alio loco excutimus. REL.

p Ὁλοκαυτοῦ] *Big. Coll.* rurſus ὁλοκαυτεῖται.

q Δεύσαι] Βεύσαι *Big.* ex *Gloſſario.*

r Οἱ ἱερεῖς] Accurate diſtinguit ſacerdos noſter officium ſacerdotum ab iis, quæ privati Iſraëlitæ præſtare poterant. Victimam holocauſto deſtinatam ipſe Iſraelita jugulare poterat: ideo dixit ἀνὴρ ἰδιώτης θύει, ſed quum ſparſio ſanguinis poſtulaverit manum ſacerdotis, addit τ κύκλον &c. οἱ ἱερεῖς. REL.

s Καθαροποιησάντες] Diviſum *Big.* & *Samb.* καθαρὰ ποιήσαντες. Elegans tamen videtur illa Syntheſis, & ab Urbe Palla-

tur. His autem occisis sacerdotes sanguinem per altaris circuitum fundunt: deinde mundata membratim dissecant, & sale conspersa in aram imponunt, ligno in eam congesto & igne erumpente. Pedes autem victimarum & intestina diligenter purgata cum cæteris *membris* adolenda adjiciunt, pelles sacerdotibus sibimet habentibus. Et holocausta quidem ad hunc modum fiunt.

De victimis Pacificis. Lev. c. 3.

2. Cum autem pro gratiarum actione sacrificant, animalia quidem mactant ejusdem generis: ista vero integra & anniculis majora, ac maria cum feminis. Hæc autem cum immolantur, aram quidem sanguine intingunt: renes autem & omentum, & omnem adipem cum fibra jecinoris, simulque caudam agni superponunt aræ. At pectus & crus dextrum sacerdotibus concedentes, per biduum de reliquis carnibus epulantur: quæcunque vero superfuerint igni comburunt.

Modus hostiarum pro peccatis aut erroribus tam privatis quam publicis. Lev. c. 4, 5 & 9. & Num. c. 15.

3. Similiter autem ac in dicto modo sacris operandi pro gratiarum actione hostias mactant pro peccatis. Quibus vero facultas non erat adipiscendi victimas majores, *ii* par columbarum aut turturum *immolarunt*: quarum altera quidem Deo adoletur in holocaustum, alteram vero in cibum dant sacerdotibus. Accuratius autem de istis animalibus offerendis agam cum de sacrificiis dicturus sim. Qui autem per ignorantiam in peccatum incidit, agnum & hœdum feminam eorundem annorum offert. Ac sacerdos quidem sanguinem fundit in aram, sed non sicut prius, verum angulorum ad extremitates: renesque & reliquam adipem cum fibra jecoris altari admovent. Sacerdotes vero tollunt sibi & pelles & carnes, quas eadem die absumunt in fano. lex enim in crastinum non relinqui sinit. Qui vero peccat quidem, sibique conscius est, sed neminem habet qui ipsum possit arguere, arietem immolat lege præcipiente: cujus carnes in templo sacerdotes similiter comedunt eadem die. Principes autem, pro peccatis *suis* sacrificia facientes, eadem offerunt quæ privati: in eo vero differunt, quod victimas adducant taurum & hœdum, masculos.

De fertis & libationibus. Num. c. 15. & c. 28. & Lev. c. 2.

4. * Porro lex præcipit, ut in publicis & privatis sacrificiis farina mundissima afferatur: cum

καὶ [t] πάσσοντες ἁλσὶν ὅπῃ τ βωμὸν ἀναπλήσαι, ξύλων ἤδη πεπληρωμένον καὶ πυρὸς φλεγομένου. [v] τὰς δ' πόδας τ ἱερείων καὶ τὰ καλὰ νηδυῖ ἐκκαθήραντες ἀκριβῶς, τοῖς ἄλλοις καθαγιζομένοις [x] προσεπιφέρουσι, τὰς δορὰς τῶν ἱερέων λαμβανόντων. καὶ ὁ μὲν τ ὁλοκαυτώσεως τρόπος ἐστὶν ὅτος.

Β'. Τὰς δ' χαριστηρίους θυσίας ὅπιπλουῦντες, [y] τὰ αὐτὰ μὲν ζῶα θύουσιν· ὁλόκληρα δ' ταῦτα καὶ τῶν [z] ἐπιτειίων πρεσβύτερα, ἄρρενα μέντοι θήλεσι πουθυαζόμενα. θύσαντες δὲ ταῦτα, φοινίσσουσι μὲν αἵματι τ βωμόν· τοὺς δὲ νεφροὺς καὶ τ ὅπιπλουν, καὶ πάντα τὰ πιμελῆ σὺν τῷ λοβῷ τὰ ἅπαλον, καὶ σὺν αὐτοῖς [a] τὴν ἀρὰν τὰ ἀρνὸς ὅπιφέρουσι τῷ βωμῷ. τὸ δὲ ςῆθον καὶ τὸν κνήμην τὴν δεξιὰν τοῖς ἱερεῦσι δωρησάμενοι, ἐπὶ δύο ἡμέρας δαπανῶσι τοῖς καταλειπομένοις τῶν κρεῶν· ἃ δ' ἂν περισσεύσῃ, κατακαίουσι.

Γ'. Θύουσι δὲ καὶ ὑπὲρ ἁμαρτάδων [b] ὁμοίως τῷ προειρημένῳ τρόπῳ τῶν χαριστηρίων τ ἱερουργίας. οἱ δ' ἀδυνάτοις περίζειν τὰ τέλεια θύματα, πρίστερὰς ἢ τρυγόνας δύο· ὧν τὸ μὲν [c] ὁλοκαυτοῦσι τῷ Θεῷ, τὸ δὲ τοῖς ἱερεῦσιν εἰς [d] βρῶμα διδόασιν. ἀκριβέστερον δὲ περὶ τ θυσίας τῶνδε τῶν ζώων ἐν τοῖς περὶ θυσιῶν ἐροῦμεν. ὁ μὲν γὰρ κατ' ἄγνοιαν εἰς τοῦτο [c] πρόπτωσιν, ἄρνα καὶ ἔριφον θήλειαν τῶν αὐτῶν ἐτῶν προσφέρει. καὶ τῷ μὲν αἵματι δεῖ τ βωμὸν ὁ ἱερεὺς, οὐχ ὡς τὸ πρῶτον, ἀλλὰ τῶν γωνιῶν τὰς ἐξοχάς· καὶ τοὺς τε νεφροὺς καὶ τὴν ἄλλην [d] πιμελὴν σὺν τῷ λοβῷ καὶ ἅπαλον ὅπιφέρουσι τῷ βωμῷ. οἱ δ' ἱερεῖς τάς τε δορὰς ἀποφέροντες καὶ τὰ κρέα, [e] ἐπ' ἐκείνης δαπανήσαντες τ ἡμέρας ἐν τῷ ἱερῷ. ὁ γὰρ νόμος εἰς τὴν αὔριον [f] ἀπολιπεῖν οὐκ ἐᾷ. ὁ δ' [g] ἁμαρτὼν μὲν, [h] ἑαυτῷ δ' συνειδὼς καὶ μηδένα ἔχων τ [i] ἐλέγχουσα, κριὸν θύει, ὃν νόμος τῷτο κελεύει· ὃ τε κρέα καὶ τὸ ἱερὸν ὁμοίως οἱ ἱερεῖς αὐθήμερον [k] σιτοῦνται. οἱ δ' ἄρχοντες, ἐφ' οἷς ἡμάρτανον [l] ἐκθυόμενοι, τ' αὐτὰ μὲν κομίζουσι τοῖς ἰδιώταις· ἀμνὸν δ' ἀστὸν θύματα, [m] ταῦρον, ἔριφον, [n] ἄρρενας.

Δ'. Νόμος δ' τῆς ἰδιωτικῆς καὶ τῆς δημοσίας θυσίας, καὶ ἄλευρον ὅπιφέρεσθαι καθαρώτατον· ὃ μὲν [o] ἀσ-

dis. BERN. Id fiebat stante templo 11. in conclavi lavantium, ubi sordes crassiores demebantur, & deinde in atrio super mensas marmoreas. REL.

t Πάσσοντες] Mollius hoc & bono tempore. πάσσαντες pro πάσσουσιν, *Big.* & *Samb.* BERN.

v Τὰς δ' πόδας] Ita & in codice Misnico Tamid III. 1. pedes & intestina ultimo loco recensentur inter membra agni, ad altare delata. Nota כרעים dici, quod hic crura non indicat sed πόδας, uti & Philo lib. de victimis, pag. 839. & de allegor. Leg. p. 87. κοιλίαν καὶ πόδας reddidit quod Levit. 1. 9. קרב וכרעיו. At cur Josephus πόδας & τὰ κατὰ νηδυῖ reliquis adjecta scribit? quia videlicet hæc in patina בזך solebant ad altare singulatim deferri, uti in Tamid IV. 3. docetur. REL.

x Προσεπιφέρουσι,] Προσφέρουσι *Vat.*

y Τὰ αὐτὰ μὲν ζῶα] Id est, ex triplici genere, boum, ovium, caprarum. REL.

z Ἐπιτειίων] *Bas.* & *Gen.* ἐπιτειῶν repugnante Prosodia. BERN.

a Τὴν ἀρὰν] Quia caudæ ovium pingues erant in illis regionibus admodum. REL.

b Ὁμοίως τῷ προειρημένῳ τρόπῳ] Καὶ ὁμοίως τῷ περὶ τ χαριστηρίων τ ἱερουργίας τρόπῳ γίνεται) *Big. Coll. Voss.* & *Samb.* minus concinne. Melius *Bas. Gen.* & & *Epiphanius.* BERN. & HUDS.

c Ὁλοκαυτεῖ] τῷ Θεῷ,] Ὁλοκαυτεῖται τῷ Θεῷ· τὸ δ τοῖς ἱερεῦσιν εἰς βρῶσιν *Big.* & *Samb.* BERN.

d Βρῶμα] Βρῶσιν *Coll. Big.* & *Voss.*

e Προσπτοσιν,] *Big.* & *Samb.* προπτωσιν. Mox iidem præsentius jam ἀπολείπειν. BERN.

d Πιμελὴν] *Big. Coll.* πιμελῆ.

e Ἐπ' ἐκείνης δαπανήσαντες τ ἡμέρας] Quia addit εἰς τὴν αὔριον nihil superstes linqui oportere, suspicari licet per eundem diem ἐκείνην τὴν ἡμέραν non intelligi spatium temporis diurni quod cum occasu solis finem capit, uti apud Judæos sol occasus diem indicat & terminat. Sed quum de sacrificiorum comestione agitur dies præcedit noctem, uti Judæi loquuntur. Ita enim Lev. 7. 15. legitur, *ipso die sacrificii comedetur, nil remanebit usque ad mane.* Ita & mox de sacrificiis pro delicto scribit αὐθημερὸν eodem die (videlicet adjecta nocte) comedi debere. REL.

f Ἀπολιπεῖν] Ἀπολείπειν *Coll. Big.*

g Ἁμαρτὼν] *Al.* ἁμαρτῶν.

h Ἑαυτῷ δ' συνειδὼς] Hic agit de sacrificiis pro delicto אשמות dictis, ubi nota illa a sacrificiis piacularibus differre, quod homo ipse quidem conscius sit culpæ suæ, non vero alii eum accusent. Ita de deposito quod clam est apud aliquem infra lib. IV. 8. scribit μηδένα εἶναι τ ἐξελίσσοντα neminem esse qui coarguere illum possit. REL.

i Ἐλέγχουσα,] Ἐξελίσσουσα *Big. Coll. Voss.* & *Samb.*

k Σιτοῦνται.] Ita *Samb.* & *Vat.* in *aliis* σιτοῦσιν.

l Ἐκθυόμενοι,] Ἐκθυόμενα, ταῦτα *Bas.* & *Gen.* ἐκθυόμενα ταῦτα *Big.* Mox *Bas.* τὸ ἀποσώζειν ex vitio. BERN.

m Ταῦρον,] Distinctius dico, פר לכהן או לקהל ושעיר לנשיא, juvenco fecit pro Sacerdote aut Ecclesia, sed pro Principe hirco. Hic χίμαιρος Interpr. LXX. ille μόσχος. Ibidem pro ἄρρενας, sic autem medio deliquente Attice prolatum tradidit Eratosthenes auctor optimus, *Big.* & *Samb.* substituunt ἄρσενας; quomodo Homeri ætate Cecropidæ omnes omnino pronuntiarant, strenue ut tum fas erat & viriliter. BERN.

n Ἄρρενας.] *Big. Coll.* ἄρσενας.

* *Porro lex præcipit,*] מנחות ונסכים, *ex Num. c. 15. & c. 28. & Lev. c. 2. Poscebant autem nomine* μανὰ *victimæ singulæ, agnus* כבש, *aries* איל, *taurusque* פר, *similæ* סלת σεμιδάλεως assaronem *unum, duos, tres: atque ex oleo, pariterque ex vino libando quadrantem* hinis, *trientem ejus, unumque pro bove* hinem. *Capit autem* הין hin *duos congios Atticos, aut Rabbinis æstimatoribus quantum* LXXII. ovis *gallinaceis sit replendis.* Assaron *vero seu* Omer, עשרון או עמר *potest partem decimam* איפה Ephæ, *vel cum Talmudistis* ova $4\frac{3}{5}$. *Vide Exodi c. 16. ult.* BERN.

o Ἀσταρὸν] *Samb.* ἀσταρὸν. At voculatio nominis peregrini à Masorethis repetenda, qui ultimam syllabam premunt in recto ἀσταρὼν, עשרון. Sic volunt etiam *Big. Bas.* & *Gen.* BERN. Vide pag. 121. v. 3.

ἀρνῶν δὲ μέτρον, κριῷ δὲ δυοῖν, ταύρῳ δὲ τριῶν. τοῦτο [p] καθαγιάζουσιν ἐπὶ τῷ βωμῷ [q] μεμαγμένον ἐλαίῳ. κομίζεται γὰρ καὶ ἔλαιον ὑπὸ τῶν πυθομένων· ἐπὶ μὲν βοῒ [r] εἵνος ἥμισυ, ἐπὶ δὲ κριῷ μέρος [s] τέταρτον τοῦ μέτρου, καὶ πεμπάρτη μοίρης [t] ἐπ' ἀρνίῳ. ὁ δὲ εἷς μέτρον ἀρχαῖον Ἑβραίων· [v] δύναται δὲ δύο χόας Ἀττικοὺς ποιῆσαι. τὸ δὲ αὐτὸ μέτρον τῷ ἐλαίῳ καὶ οἶνος παρῆγον. σπένδουσι δὲ [x] περὶ τὸ βωμὸν τὸν οἶνον. εἰ δέ τις, θυσίαν οὐκ ἀπὸ πελῶν, [y] ἐπενέγκῃ κατ' ἀρχὰς τεμίδαλιν, [z] πεύτης ἀπαρχὴν μίαν ἀποβάλλει τῷ βωμῷ δράκα· τὸ δὲ λοιπὸν οἱ ἱερεῖς πρὸς τροφὴν λαμβάνουσιν, ἢ ἐψηθεῖσαν, ἐλαίῳ γὰρ συμπέφυρται, ἢ γλυμένων ἄρτων. ἱερεῖον δὲ κομίσαντος καὶ [z] ὀπισθονομῆσαι, ὁλοκαυτεῖν ἀναγκαῖον. κωλύει δὲ ὁ νόμος θύειν ζῷον αὐθημερινὸν μετὰ γεννηθέντος ἐπὶ τὰ αὐτά· εἰ δ' ἄλλως δὲ, πρὶν ὀγδόην ἡμέραν γενέσθαι διελθεῖν. γίνονται δὲ ἄλλαι θυσίαι ὑπὲρ τῆς τῶν νόσων ἀφυγῆς, ἢ κατ' ἄλλας αἰτίας, εἰς ἃς [a] πέμματα σὺν ἱερείοις ἀναλίσκεται· ὧν εἰς τὴν ὑστέραν οὐδὲν [b] ὑπολιπεῖν ἐστι νόμιμον, τῶν ἱερέων [c] μέρος ἴδιον λαβόντων.

agno quidem assaronis mensura, cum ariete vero duorum, & cum tauro trium. Hanc consecrant super altare oleo subactam. Nam & oleum affertur ab immolantibus; pro bove quidem hinis dimidium, pro ariete vero tertia hujus mensuræ pars, & pro agno pars quarta. Hin autem mensura Hebræorum antiqua, duosque potest choas Atticos facere. Eâdem vero mensurâ vinum quâ oleum adducebant. nam vinum circa altare libant. Si quis autem, hostiam non immolans, ex voto similam afferat, ejus primitias pugillum unum in aram conjicit: reliquum vero *ejus* in alimentum sacerdotes accipiunt, aut coctum (nam oleo subigitur) aut panibus *inde* confectis. Quantumcunque autem apportet sacerdos, necesse est ut totum crematur. Porro lex mactari vetat fœtum eodem die & loco cum parente; & aliàs quoque, nisi octava ei à partu dies illuxerit. Fiunt autem alia sacrificia pro morbo depellendo aut alia de causa, in quas libamina cum victimis expenduntur: quorum in crastinum aliquid relinqui fas non erat, sacerdotibus partem suam inde sumentibus.

Sacerdoti cedebant sacrificiorum privatorum mole, unum præter pugillum.

Lex fœtum mactari vetat simul cum parente, aut omnino illum prima vivendi septimana. Lev. c. 22. v. 27. &c.

ΚΕΦ. ι'.

Περὶ τῶν ἑορτῶν, καὶ ὡς ἑκάστη τῶν ἡμερῶν διατέτακται.

CAP. X.

Quomodo de festivitatibus & singulis diebus fuerit constitutum.

Ἐκ δὲ τῶν [d] δημοσίων ἀναλωμάτων νόμος ἐστὶν ἄρνα καθ' ἑκάστην ἡμέραν [e] σφάττεσθαι τὸν αὐτοῦν, [f] ἀρχομένης τε ἡμέρας καὶ λήγούσης· καὶ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν, ἣν [g] Σάββατα καλοῦσι, δύο σφάττουσι, τὸν αὐτὸν τρόπον ἱερουργοῦντες. τῇ δὲ νουμηνίᾳ τε καθημερινὰς θυσίας ἐπιτελοῦσιν, καὶ δύο βόας σὺν [h] ἀρνάσιν ἑπτὰ ὁλοκαύτοις ἑπτὰ, καὶ κριόν· ἕτερον δὲ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτάδων, [i] εἴ τι καὶ λήθην ἔνοχον.

Publicis autem impensis lex jubet quotidie agnum anniculum mactari, mane ac vespere: septima vero quaque die, quæ Sabbata appellatur, duos jugulant, eodem modo sacrificantes. At Neomeniarum solennitatibus & quotidianas hostias immolant, ac *præterea* duos boves cum agnis anniculis septem, & arietem: hœdum vero pro expiatione peccati, si quod oblivisscentibus forte obrepserit.

Sacrificia stata, sumptusque publici. Quotidiana, Sabbatina, Neomeniarum solennia. Num. c. 28. & Ex. c. 29.

β'. Τῷ δὲ ἑβδόμῳ [k] μηνὶ, ὃν Μακεδόνες Ὑπερβερετταῖον καλοῦσι, προσθέντες τοῖς εἰρημένοις ταῦρον καὶ κριὸν καὶ ἄρνας ἑπτὰ ὁλοκαύτοις, καὶ ἕτερον ὑπὲρ ἁμαρτάδων.

2. Septimo autem mense, quem Macedones vocant Hyperberetæum, præter jam dicta taurum & arietem & septem agnos mactant, & hœdum pro peccatis.

3. *De-*

---

[p] Καθαγιάζουσιν] *Big. Basil. Gen.* & *Epiph.* καθαγίζουσι *Samb.* Sicut superius legerant Genev. §. 1. hujus, τοῖς ἄλλοις καθαγισθησόμενα προσεπιφέρουσι. Tria enim illa καθαγίζω, καθαγιάζω, καθαγίζω, *consecrandi, Deo offerendi, adolendi superque aras comburendi* vim habent. Unde Hesychio καθαγίζω, συντελίζω (Suidæ καίω) καὶ καθιερόω. Huic etiam & Photio καθαγιάζεται, ἁγιάζεται). Quare Salmasius male mutavit καθαγίζω Hesychii, quia significabat insuper μανῶ, apud Sophoclem in καθαγίζω. Certe apud Etymologum M. ἄγω, μίασμα: sicut ἄγιος, μιαρὸς in parœbolis Homericis. Unde σαγίζειν, φονᾶσθαι. Apud illum etiam legis ἀγίζειν, καθαγίσαι. BERN. Καθαγίζουσι *Samb.* Verum tria illa καθαγίζω, καθαγιάζω, & καθαγίζω, *consecrandi, Deo offerendi, adolendi, superque aras comburendi* vim habent, ut ex *Hesychio, Suida* & *Photio* in Lexicis constat.

[q] Μεμαγμένον] *Vet.* μεμιγμένον legit, *mixtum.*

[r] Εἵνος ἥμισυ,] *Big. Samb.* ἱνός. Subinde vero utrisque ἑπτὰ ἐν μίτρῃ, pro הין. Theodoretus εἶν legerat, ubi εἰλιγεφαλα LXX. Interpr. ἵν hodieque ostendunt. Hieronymus insuper de Onomastico Sacro Philonis hoc transtulit, In *mensura liquentis materiæ.* BERN.

[s] Τέταρτον τρίτον] *Samb.* τρίτον τέταρτον.

[t] Ἐπ' ἀρνίῳ.] Ἐπ' ἀρνίῳ. לכבש Num. c. 15. §. τῷ ἀμνῷ LXX. Interpr. לאטרא Onc. pro *agno. Big.* ἐπ' ἀρνειῷ, quod est idem cum ἐπ' ἀρνῖν, seu ἐπ' ἀμνείῳ & ἐπ' ἀμνίῳ ex Grammatica Catholica Herodiani. *Samb.* ubique ἐπ' ἀρνειῷ, qua de forma supra diximus. Mox Ἑβραῖον *Samb.* BERN. *Al.* ἐπ' ἀρνείῳ, ut *Coll. Big.* & mox ἵν. Vide p. 169. v. 2.

[v] Δύναται δὲ] Hanc elegantiam à *Basil.* & *Gen.* retinemus. Mutarunt autem *Big.* & *Samb.* in facilius, ὃ δύναται δύο χόας (χοᾶς S.) Ἀττικοὺς, exempto ποιῆσαι. Theodoretus tamen Qu. 64. in Ex. τί ἐστι τὸ ἐν; μίτρον ἑβραϊκὸν εἶναι καὶ ἑλαίου. δέχεται δὲ, ὡς φησὶν Ἰώσηπος, δύο χόας ἀττικούς. πιστοῦται δὲ αὐτῷ, ἀκριβῶς δὲ εἰπὼν τὸ μίτρον ἑπτεμφορέα. Ex Josepho etiam delibatum putabis, quod adnotavit S. Hieronymus ad c. 4 Ezech. *Porro Hin duos choas Atticos facit: quos nos appellare possumus* (hoc adjicit) *duos sextarios Italicos. Ita ut Hin mensura sit Judaici sextarii nostrique Castrensis, cujus sexta pars facit tertiam partem sextarii Italici.* BERN. In *Big.* & *Samb.* ὃ δυνάται) δύο χόας Ἀττικοὺς, sine ποιῆσαι.

[x] Περὶ τὸ βωμὸν] Vinum libabatur infusum in simpulum, quod insertum erat summo altaris ad angulum notozephyrinum, uti in Tamid legitur. REL.

[y] Ἐπενέγκῃ] Ἐπενέγκαι *Samb.* Sed sententia ὑπόταξιν magis desiderat, ut ἐπενέγκῃ. Mox ἢ ἐψηθεῖσαν *Samb.* BERN. Ἐπενέγκαι *Samb.* melius ἐπενέγκῃ. HUDS. & COCC.

[z] Ὀπισθονομῆσαι,] Ὀπόσοι *Big.* ὀπισθονομῆσαι *Basil.* & *Gen.* ὀπίσω δὲ *Samb.* Rescribes autem cum tono Attico ὀπισθονομῆσαι, vel retinebis ὀπισθονομῆσαι aliarum editionum. BERN. *Al.* ὀπισθονομῆσαι. *Coll. Big.* ὀπίσω *Cocejus* ὀπισθονομῆσαι.

[a] Πέμματα] Εἴδους πλακοῦντος huc migravit in codd. *Big.* loco πίμματα: quoniam Hesychius dudum notaverat in Lexico suo πίμματα, εἴδους πλακοῦντος. BERN.

[b] Ὑπολιπεῖν] Ἀπολιπεῖν soli *Big.* & *Samb.*

[c] Μέρος ἴδιον] Hanc portionem Legislator appellat תרומה; ἀφαίρεμα LXX. אפרשותא Onc. BERN. Illud μέρος ex *MSS.* & *Vet. Interpr.* HUDS. & COCC.

[d] Δημοσίων] *Coll. Voss* δημόσιον.

[e] Σφάττεσθαι] *Big.* & *Samb.* cum vulgo σφάζεσθαι. BERN.

[f] Ἀρχομένης τε] *Big.* ἀρχομένης τῆς ἡμέρας καὶ λήγούσης. Recte adeo interpretatus est Flavius ἱερογραμματεὺς verba Mosaica נבקר ובין הערבים, de quibus nimium litigant Ecclesiæ nostræ atque etiam Judaicæ Theologi. Primum enim diei trihorium ultimumque, nisi forte frequentia Paschatis amplius exposceret, sacrificiis jugiter offerendis imputabantur. Atqui tempus hoc posterius, תערבים *Haarabaim* τὰ ἑσπέρια nuncupari existimo: quoniam in magna Parasceuâ distribueretur inter מנחת & פסח, sacrificia utraque vespertina, aut juxta phrasin Talmudicam εἰς ἑσπέραν μεγάλην καὶ μικράν, מנחת גדולה ומנחת קטנת. Unde Judæi Alexandrini בין הערבים transtulerunt Græce ἀνὰ μέσον τῶν ἑσπερινῶν Lev. c. 23. 5. BERN. *Al* ἀρχομένης τῆς ἡμέρας.

[g] Σάββατα] Unum Sabbathum σάββατα dicebatur eo tempore, quod ex dialecto id ætatis usitata, qua שבתא appellabatur, repeti potest, vel aliunde: de quo alibi latius. REL.

[h] Ἀρνάσιν] Iterum ἄρναξιν acuit in prima *Samb.* BERN.

[i] Εἴ τι καὶ λήθην] *Bas.* ἤτι καὶ λήθην. *Samb.* ἐτι καλήθην, hoc enim affectat passim BERN.

[k] Μηνὶ,] Scilicet *Neomenia* mensis *Tisri*, qui in *Septembrem* Romulidum & Macedonum *Hyperberetæum* incurrit.

3. * Decimo vero ejuſdem menſis ſecundum lunam ad veſperam uſque jejunant: eodemque die immolant taurum & arietem & ſeptem agnos, & pro peccatis hœdum. Præterea autem afferunt duos hœdos; quorum alter quidem vivus extra fines in ſolitudinem emittitur, in averruncationem & expiationem peccatorum futurus pro populo
Lev. c. 16. & c 23. & Num. c. 29. univerſo: alterum vero in locum puriſſimum ſub urbe educentes, illic cum ipſa pelle totum comburunt, nihil omnino purgantes. Concrematur autem taurus, non à populo adductus, ſed proprio Pontificis ſumptu paratus. Quo occiſo, & ſanguine ejus ſimul & hœdi in fanum *interius* illato, aſpergit digito ſepties tectum totieſque pavimentum ipſius, rurſuſque toties fanum *exterius* etiam circum altare aureum; reliquum deinde in atrium portans circum *altare* majus *ſpargit*. Præterea, extremitates *tauri hircique* & renes & adipem cum fibra jecinoris altari imponunt. Præbet autem *de ſuo* Pontifex arietem in holocauſtum Deo.

4. † Die vero quinta-decima ejuſdem menſis,

γ'. Δεκάτῃ ὴ ἕ αὐτὸ μηνὸς καλὰ σελήνην [1] ἀριστοποιοῦνται ἕως ἑσπέρας· θύουσι δ' ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ταῦρόν τε καὶ κριὸς δύο καὶ ἄρνας ἑπτὰ, καὶ ὑπὲρ ἁμαρτάδων ἕλφον. προσάγουσι ὴ δύο [m] πρὸς τούτοις ἕλφους, ὧν ὁ μὲν ζῶν εἰς τὴν [n] ὑπερόριον ἐρημίαν πέμπεται, ἀποπροπασμὸς καὶ ἀφαίτησις ἁπάντων ἁμαρτημάτων ἐσόμενος· τὸ δ' [o] ἐν τοῖς προαστείοις εἰς [p] καθαρώτατον ἄγοντες χωρίον, αὐτόθι συὶ αὐτῇ καίουσι τῇ δορᾷ, μηδὲν ὅλως καθάραντες. συγκαταφλέγεται ὴ ταῦρος, οὐχ ὑπὸ ἕ δήμου προσαχθεὶς, ἀλλ' ἐκ τῶν ἰδίων ἀναλωμάτων ἕ ἀρχιερέως παρασκευή. ἕ δὴ σφαγὲν, εἰσκομίσας [q] εἰς τὸν ναὸν τοῦ αἵματος ἅμα καὶ τοῦ ἕλφου, ῥαίνει τῷ δακτύλῳ [r] τὸ ὄροφον ἑπτάκις, τοῦ δ' αὐτοῦ καὶ τὸ ἔδαφος. καὶ τοσαυτάκις εἰς τὸν ναὸν ὴ πρὸ τοῦ χρύσεον βωμόν· καὶ τὸ λοιπὸν [s] περὶ τῷ μείζονι, κομίσας εἰς τὸ αἴθριον. πρὸς τούτοις, τὰς ἐξοχὰς καὶ τοὺς νεφροὺς ὴ τὸν [t] πιμελὴν σὺν τῷ λοβῷ τοῦ ἥπατος ὁπτοφέρουσι τῷ βωμῷ. παρέχει ὴ καὶ κριὸν ὁ ἀρχιερεὺς ὁλοκαυτώσιν τῷ Θεῷ.

δ'. Τῇ ὴ πέμπτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ὴ δεκάτῃ, τρεπομένῳ

l Διανηστεύουσι] Διανηστεύουσιν ἕως ἑσπέρας, θύουσιν *Big.* cum *Samb.* mox ἐν τοῖς. Illi ſtatim ταῦρον ὴ κριὸς δύο. BERN.

* *Decimo vero ejuſdem menſis ſecundum*] *Venit mox decima dies Tiſri* יום הכפורים LXX. *Interpr.* ἡμέρᾳ ἐξιλασμοῦ, *Phariſæis præſertim* ὴ ἡμέρα יומא, *præter arietem eximium P. M. variaſque jejunantis populi victimas, duobus hircis averruncis,* θυσίᾳ *altero, altero* ἀποπομπαίῳ, *atque luſtrationibus vel rerum ſacrarum, Adyti velo tum ſubducto, criminumque totius gentis expiatione venerabilis. Vide Levit. c.* 16. & *c.* 23. & *Num. c.* 29. *necnon Maſſictam* Joma *in corpore Talmudico, aut cum notis doctiſſimi Sheringami.* BERN. *Decima deinde luna ejuſdem menſis* vertit *Gelenius.* Vide Cl. *Seldenum* de *Anno civili*. c. 20.

m Πρὸς τούτοις] Forſan πρὸς τούτῳ.

n Ὑπερόριον ἐρημίαν] *Big.* ὑπερορίαν ἐρημίαν. Locus autem ille שעיר החטאת hirci exulantis cum crimine Cleri Populique Hebraici vocatur apud Moyſen ארץ גזרה & המדבר, γῆ ἄβατος ὴ ἔρημος LXXII. Interpr. Quinimo diſtinctius in Talmudo nomine ſuo ſituque צוק ין רים מירושלם, σῶκος ταδίως εἰσηνεγκὼν ἀφ' ἱερσολύμων ἀπέχων. BERN. Locus ille *hirci exſulantis* cum crimine Cleri populique Hebraïci dicitur γῆ ἄβατος ὴ ἔρημος LXX. *Interpp.* quinimo à *Talmudicis* σῶκος ταδίως εἰσηνεγκὼν ἀφ' ἱερσολύμων ἀπέχων.

o Ἐν τοῖς προαστείοις] *Sub urbe Sancta* rite dixit *Joſephus* ſuo ſæculo pro phraſi *Moyſis* quam per ἔξω τῆς παρεμβολῆς reddunt LXX.

p Καθαρώτατον] *Big.* & *Samb.* καθαρόταθον *Baſ.* & *Gen.* præter Canonem Grammaticum, quem tamen tam poetæ quam λογογράφοι ſæpe negligunt. Geminorum vero hircorum alter cadebat ſua ſorte ליהוה, quod eſt, Deo & Altari: alter damnabatur לעזאזל, i. e. τῇ πλανηλάτῃ & ſolitudini. Significat enim עזאזל *abactor*, ſive עזל: vel ἀποπομπὴ, vel amplius πλανοποιΐα, vel denique paſſive ὁ πλάνος ὁ ἀπολελυμένος ſive ἀποπομπαῖος, quomodo Rabbini Græcæ linguæ gnari ignarique fere explicant. Mox ἐν τοῖς προαστείοις, *ſub urbe ſancta* rite dixit Joſephus ſuo ſeculo pro phraſi Moyſis ducis מחוץ למחנה; ſive ἔξω τῆς παρεμβολῆς, LXX. Judæis Pauloque Apoſtolo interpretantibus. BERN.

q Εἰς τὸν ναὸν] Potius εἰς τὸ ἄδυτον, אל דביר, oppoſitum jam contra coli proxime ſequentis τοσαυτάκις εἰς τὸν ναὸν, & ſubinde tertii εἰς τὸ αἴθριον. Tunc enim ſuccedere fas erat Pontificem ſummum אל מבית לפרכת, ἐσώτερον ὴ καταπέτασμα i. e. ſub velo ſecretiori. Lev. c. 16. 15. & planiſſime v. 2. אל הקדש מבית חפרכת אל פני הכפרת אשר אל הארון, LXX. Interpr. εἰς τὸ ἅγιον ἐσώτερον ὴ καταπέτασμα εἰς πρόσωπον ἱλαστηρίου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ ὴ ὴ μαρτυρίου. Iterumque v. 16. וכפר על הקדש, *expiabit adeo ipſum ſacrarium*, τὸ ἁγιάσαι. Ita & *Joma* c. 5. §. 1. Adde & Flavium ἄλλοι. l. ult. λιθοτέρων ὴ {ἐσθῆτα ὁ ἀρχιερεὺς} ἐλάμβανον, ὁπότε εἰσίοι (ſic legendum) εἰς τὸ ἄδυτον. εἰσιὼν ὴ ἅπαξ κατ' ἐνιαυτὸν μόνον (vel μόνου) ὁ ἦν πρόδηλον ἔθος ἡμέρᾳ πάσαις τῷ Θεῷ. Deinde locutionem Hebraicam v. 15. על הכפרת ולפני הכפרת, percommode expreſſit Joſephus verbis Græcis εἰς τὸ ἔδαφος ὴ εἰς τὸ ἵδαφος. Quod eſt Miſna *Joma* c. 5 §. 3. למיגלה ולמטה כמצליף: quippe לא על הכפרת נוגעים אלא לארץ נמילים, atque prius ex ſententia Talmudiſtarum Urbis de eodem cruore f. 42. c. אין צריך שיהא נוגע ארץ כפורת. BERN.

r Τὸν ὄροφον] Surſum ſpargit ſemel ſanguinem, ſepties deorſum: adeoque verſus ὄροφον ſpargit, non ὀροφοῦ τῷ δακτύλῳ ῥαίνει, & ſemel modo, non ἑπτάκις. REL.

s Περὶ τῷ μείζονι,] Forte περὶ τὸ μείζω, *circum Altare majus.* Typographi enim ediderant περὶ τῷ μείζονι. BERN. Forte περὶ νείζονα COCC. Non circa altare fundebatur, ſed uno in loco ad angulum altaris notozephyrinum in baſi vel crepidine, uti Talmudici notant. REL

t Πιμελὴν] Πιμελὼν ubique MSS. חלב autem in hoc ritu Lev. c. 16. 25. tota viſcera complectitur, quod Joſephus Sacrificulus ignorare non potuit. Neque aliud ſonat διαιρέσεις 7. c. 6. Joma, והוציא את אימוריהן נתנן בכגיסן זהקטירם על גבי המזבח, *Juvenci autem hircique uſtulandorum viſcera ſcutella excepta ſuper Altare adolebantur.* Cæterum quam vana ſit querimonia Saliani & Sheringhami περὶ τὰ ἐξοχὰς, pro Joſepho paſſim declarat liber Leviticus in ſimilibus ſacrificiis. Dein vox illa ἐξοχὴ non ſolum *caudas* cæteraſque animalis appendices denotare, ſed & congrue poteſt *Exta* Latinorum, Patrumque Miſnicorum אמורים Imo maxime credes Flavio, qui toties viderat hujus piaculi הכליות, & יתרת על הכבד, האליה, החלב, τὰς ἐξοχὰς ὁ τοὺς νεφροὺς ὁ τὸν πιμελὸν σὺν τῷ λοβῷ ὁ ἥπατος ſuper Altari magno fumantes. BERN.

† *Die vero quinta-decima ejuſdem menſis,*] *Dein ſub æquinoctio autumnali, à die Tiſri* XV. *ad* XXII. *ejuſdem menſis exactum, celebrabatur larga & latiſſima feſtivitas, Lev. c.* 23. 40. *Num. c.* 29. & *Deut. c.* 16. ושבחת בתגף, *iterumque* שכח והיית אך, omnino lætabere dabiſque te hilaritati, *ſic juſſerat ipſa Sanctimonia, Moyſi* חג הסכות, *Onceloſo & Jonathani vero* חגא דמטלא, *Samaritis* حج التظليل, *Gorionidæ & Hebræorum aliis* حج المظال *aut* عيد المظال: & *adhuc præclarius* Hag. חג, ἡ ἑορτὴ, *Ezech. c.* 45. *ult.* 2 *Par.* 5. 3. & *hujuſce Archæologiæ l.* 13. *c.* 21. *ubi Jannæus de ponte ſacro turbatur: atque ſimpliciter* χὰγ *ubique operis Miſſici. Item* ὴ ἑορτὴ τῶν σκηνῶν LXXII. *Int.* & *Jaſonis l.* 2. *Macc. c.* 10. 6. *atque* ὴ ἑορτὴ τῆς σκηνοπηγίας *aliquoties in verſionibus Græcis V. T. Leut. c.* 16 16. *Zach. c.* 14. 16. *tum etiam* 1 *Macc. c.* 10. 21. & *in utraque epiſtola Senatus Solymitarii l.* 2. *Macc. c.* 1. *necnon Johannis Evangeliſtæ c.* 7. *Philoni itidem planiſſime* σκίμπτ, *ſed & Plutarcho ſcriptori peregrino, qui addere amplius voluit* μειζόνως παρ' ἰουδαίοις ὴ τελειοτάτην ἑορτὴν: *merito & veius arguerat dudum S. Zacharias extremo vaticinio contra Ægyptios.* סוכה *denique pro feſto eodem offendimus apud Rabbanitas. Ubi hornarum frugum datori Optimo repenſum Deut. c.* 16. 13. 15. & *Ex.* 23. 16. באספך מגרנך ומיקבך, *quod eſt verbis ſophiſtæ Charonenſis de feriis eisdem* ἀγαλλιῶντος ὴ πανηγυρικῶς. *Scenopegia adeo vocantur* χὰγ חג האסף *i. e.* θαλύσια, ἑορτὴ συντελείας *Int.* LXXII. & *perſpicue* ἑορτὴ συναγωγῆς *Aquilæ*, συλλογὴ *Symmacho*, *Samaritico in ſcholiis Romanis* συνεισφορᾶς. *Quippe verſio Samaritica ibi reddiderat ex Onceloſo, quod exiſtimo,* חג כנושה, & *ſubinde Arabica tranſlatio Neapolitanis nota* حج الجمع. *Pridem enim adnotavit Moyſes ille doctor dubitantium c.* 3. *c.* 43. *ab Ethicis Stagiritæ, gentium pleraſque* μὴ τὰς τῶν κριῶν συλλογὰς *pompis ſacris victimiſque Euchariſticis impendio vacaſſe. Quinetiam convenit juſto anni tempore, Eireſione lactata, rituque plurimo cum Scenopegiis Hebraicis hilaris illa & Athenienſibus attegitis, quæ Pyanepſia & Theſmophoria in ſe comprenderat. Rerum ubi, inquam, largitori gregibus armentiſque totis ſacrificatum. Numerat enim Ceremoniale Moſaicum undeducenta animalia litanda hiſce feriis, præter Eccleſiæ victimas quotidianas votaque privata. Tum vero, edibus ſuis ultro ſpoliatis ac deſertis, Miſna* Succa c. 2. §. 9. כל ז' הימים ארם עושרה כוכתו כבין וביתו עראי: *ſupellectilem adeo domus ac ornatum cunctum in ſcenam transferri decuit, ut veterem illam* διατίθεσθαι *explicant Scribæ Jeroſolymitani f.* 53. שיהא אוכל בסוכה ומטיל בסוכה ומיגלה סליו לסוכה; *in agros & plateas effuſi gens Hebræa, ſeptem dies jucundos agebant ſub frondeis ac pellucentibus attegiis, aut Romane loquendo ſub umbris. Serio enim cavent Nomodidaſcali* Succæ c. 1. §. 1. ut levia illa tecta ſolem autumnalem arceant potius quam admittant. סוכה שחכתה מרובה מצילתה פסולה. *Nec aliter de his philoſophus Charonenſis quarto* Συμποσιακῶν· περὶ τῶν μεγίστης ὴ τελειοτάτης ἑορτῆς παρ' αὐτοῖς ὁ καιρός ἐστι καὶ ὁ τρόπος διονύσῳ προσήκων. τὴν γὰρ λεγομένην νηστείαν, lego μετὰ γὰρ τὴν λεγομένην νηστείαν, *poſt* Jomam, *Tiſri*

poſt

τὸ λοιπὸν τοῦ καιροῦ ᾽ πρὸς τὴν χειμέριον ὥραν, tempore ad hyemem jam vergente, tentoria figere

6. *Depositum qui accepit,*] *Depositum bona fide servanto coram Deo conscio: vel absque aliquo usu suo notitiave perditum dejeranto apud Septemviros: aliosquin integrum creditori redhibento. Exodi c.* 22. 7. *Lev. c.* 6. 1. *& c.* 19. 11. *& Pharisæi curate ac feliciter Masicla* Sebuot c. 5, 6, 7. *&* Baba Cama c. 9. *& Babylonii* Cama f. 63, 70, 76, 93, 106, 107. Sebuot f. 39. Cidduſim f. 11, *&* 42. Synhedrin f. 2, 3. *&* Mesia f. 41, 44, 47. *& Maimonides titulo* גזלה ואבדה *c.* 7. *&* 8. *& tit.* שאלה ופקדון *f.* 666. *& Hilcot* Sebuot f. 394. *&c. Dixi definito* apud Septemviros. *Ita enim sederat* Synhedrium minus *ævo Josephi. Moyses quidem simpliciter jussit ire illos* אל האלהים לקדם רגיא ad Forum Hebraicum, *Onceloso & mille aliis Judæis; idemque* الي حاكم الله ad Judicem Sacrum *Samaritis innumeris. Alexandrini vero haud bene, haud distincte verterunt in Græcum* ἐνώπιον θεοῦ. *Adhoc, Mercedem operario die sua dabis, ni iratum Numen temseris. Deut. c.* 24. 14. *Lev. c.* 19. 13. *& Tobiæ c.* 4. 14. *Item Deutero-*

turam

Lev. 6.

mo doloſe *aliquid* componat ad eum, qui depoſuit, fraudandum, neque vir, neque mulier, etiamſi auri vim immenſam lucraturus ſit, fretus ſecuritate quod nullus ſit qui redarguat. nam omnino quidem convenit, unumquemque bene facere, animum ſuum ſibi conſcium eſſe credentem (& quiſque ſibi locuples teſtis ea agere ſtudeat quæ ei ab aliis laudem pariant) & maxime Deum, quem nemo malus latet. Quod ſi depoſitarius, nihil dolo malo agens, *depoſitum* perdiderit, ſeptem judices adeat, Deumque juret nihil ſua voluntata & vitio perditum eſſe, neque ſe ulla parte ejus uſum eſſe: atque ita innocens abeat. Quod ſi vel minima parte creditorum uſus forte perdiderit, ad reliqua omnia quæ accepit redhibenda damnetur. Similiter etiam ac in depoſitis, ſi quis mercedem eorum retinuerit qui corporibus ſuis operantur, meminerit *oportet* hominis pauperis mercedem non eſſe retinendam, hoc ipſum cogitando, quod eam Deus illi præbuerit pro terris ac aliis poſſeſſionibus. Quin & nihil ſolutionem differat, ſed eodem die ſolvat: tanquam Deo nolente ut operarius *quam minimum* careat laboris ſui fructu.

Operarios non fraudandos, ſed mercedem ſtatim ſolvendam. Lev. 19. Deut. 24.

Cauſa patrum liberos non puniendos, aut è contra. Deut. c. 23. 24. &c. Philo, p. 857.

39. [1] Nati propter patrum culpam ne puniantur; ſed propter ſuam ipſorum virtutem miſericordia potius digni habeantur, quod ex improbis geniti fuerint parentibus, quam odio, quod vitioſis ſati. Neque vero filiorum peccatum patribus eſt imputandum: cum adoleſcentes diſcendi faſtidio multa præter noſtram doctrinam ſibi permittant.

Spadonum congreſſus & caſtratio omnigena prohibita. Lev c. 22. & Deut. 27.

40. [2] Spadones abhorreantur, & eorum fugia-

σεῆσαι [c] σωφρόνη τ̃ πεπιςωκότα, μήτε ἀνὴρ μήτε γυνὴ, μηδ' εἰ χρυσὸν ἄπορον μέλλοι κερδαίνειν, καταφρονῶν τῷ μηδένα εἶναι τ̃ [f] ἐξελεγχοντα. καθ' ὅλα μὲν γὰρ τὸ σωφρονεῖν ἁπάσαις τὸ αὐτὸ πρόσηκεν ἕκαστον εὖ πράττειν· [g] καὶ μάρτυς ἀρκούμενον αὐτῷ πάντα πιστὰ ἃ παρ' ἄλλων ἔπαινον αὐτῷ παρέξει· μάλιστα δὲ τὸν Θεὸν, ὃν ἁπάντων πονηρῶν ὢν λανθάνει. εἰ δὲ μηδὲν ἁπλοῦν ὁρῶν ὁ πιστωθεὶς ἀπολέσειεν, ἀφικόμενον ἐπὶ τοὺς [h] ἑπτὰ κριτὰς [i] ὀμνύτω τ̃ Θεὸν, ὅτι [k] μηδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ βλάψιν ἐπιλοιπὸν καὶ κακίαν, ἢ δὲ χρησαμένου τινὶ μέρει αὐτῆς· καὶ ἅτως [l] ἀνεπαγωγὰς καὶ ἀπείτω. [m] χρησάμενον δὲ καὶν ἐλαχίστῳ μέρει τ̃ πεπιστευμένων [n] ἀπολέσας τύχῃ, τὰ λοιπὰ [o] πάντ' οὖν ἃ ἔλαβεν ἀποδοῦναι κατεγνωσθω. ὁμοίως δὲ τῶ περὶ παρακαταθηκῶν, [p] κἂν μισθὸν τις ἀποστερήσῃ τ̃ ἐπὶ σώμασι τοῖς αὐτῶν ἐργαζομένων· [q] μεμνήσθω ὅτι σὺν ἀποστερητέον ἀνδρὸς πενητὸς μισθὸν, εἰδότας ὡς ἀντὶ γῆς καὶ τ̃ ἄλλων κτημάτων ὁ Θεὸς αὐτῷ τοῦτον εἴη παρεσχηκώς. ἀλλὰ [r] μηδὲν ἀναβάλλεσθαι τὴν ἀπόδοσιν, ἀλλ' αὐθημερὸν ἐκτίνειν· [s] ὡς ὁ βλαπτόμενος ἅμα θεὸν τ̃ ἐξ ὧν πεπόνηκε χρήσεως ὑστερεῖν τ̃ εἰργασμένον.

λθ'. Παῖδας πατὴρ ἀδικίας πατέρων μὴ κολάζειν· ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκείνων αὐτῶν ἀρετὴν, οἰκτω μᾶλλον ἀξιοῦν ὅτι μοχθηρῶν ἐγένοντο πατέρων, ἢ μίσους [t] φύντας ἐκ φαύλων. ὅδε μὴν πατρασιν ἡμῶν ἁμαρτίαν λογιστέον· τῶν νέων πολλὰ διὰ τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν [v] αὐτῆς ἐπιτρεπόντων, ὑπερηφανίαν δ' διδάσκεσθαι.

μ'. [x] Γάλλους ἐκτρέπεσθαι, καὶ σώφρονα φόβον [y] τὴν μετ'

tarum Baba meſia c. 9. §. 11, 12. & Iad c. 11. περὶ μισθώσεως. BERN.

e Συνειδήη] Θρασυνθείη *Samb. Busb. (Coll. Voſſ.) Hen.* & *Vat.*

f Ἐξελεγχοντα.] Ἐξελεγξοντα *Vat.*

g Καὶ μάρτυς] *Big. Samb.* & *Epiph.* καὶ μάρτυρα ἀρκούμενον αὐτῷ πάντα ποιεῖν, ἃ παρ' ἄλλων ἔπαινον. Alterum forte concinnius. BERN. Verba iſta καὶ μάρτυς ἀρκούμενον &c. parentheſi (quod fecimus) includenda, niſi cum *Big. (Coll. Voſſ.) Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* legamus, καὶ μάρτυρα ἀρκούμενον αὐτῷ πάντα ποιεῖν &c. aut dicamus poſt τ̃ Θεὸν vocem aliquam (quæ forſan exciderit) ſupplendam eſſe: *ſc.* vel ἀπολίπων ex *Vet. Interpr.* qui habet & *maxime reſpicientem ad Deum*, vel φοβούμενον cum *Caſtalione.*

h Ἑπτὰ κριτὰς] De quibus pluribus agit *Seldenus* de *Synedriis Vett. Hebr.* l. 2. c. 6. §. 4. HUDS. An ἑπτὰ; ſed & ſupra meminit τ̃ ἑπτὰ. REL.

i Ὀμνύτω τ̃ Θεὸν,] Ὀμνύετω *Hen.* & *Busb.*

k Μηδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ] *Al.* μηδὲ. & mox αὐτῆ & ἑαυτῆ.

l Ἀνεπαγωγὰς] ἀπείτω.] Ἀναπαυλὰς] ἀπίτω *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.* ἀναίτιος ἀπίτω *Busb.* & *Hen.*

m Χρησάμενον] Χρησάμενον ἢ, καὶν ἐλάχιστον μέρος τ̃ &c. *Vat.*

n Ἀπολέσας] Lege ἐὰν ἀ. τ. COCC.

o Πάντ' οὖν] Πάντα ἃ ἔλ. *Big. Samb.* & *Vat.*

p Κἂν μισθόν] Κἄν μισθῶ τις *Samb.*

q Μεμνήσθω] Μισησθω ὄντα σὺν ἀπορίᾳ. *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* atque ita *Epiphan.* qui vertit *habeatur odibilis* (merito inquit *Bern.*) BERN. & HUDS.

r Μηδὲν ἀναβάλλεσθαι] Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Busb.* μηδὲ ἀναβάλλεσθαι *Hen.* & *Vat.* in *Editis* μηδὲν ἀναβάλλεσθω.

s Ὡς ὁ βλαπτόμενος] Ὡς μὰ β. *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.*

1. *Nati propter patrum culpam ne puniantur;*] *Cauſa parentum liberi ne puniantur, neve iſti natorum culpa. In ſuppliciis quidem capitalibus id prohibet optimus Legiſlator, Deut. c. 24. 16. Suſtinent tamen jura moſque Gentium, maxime Aſianarum. Quinetiam Doctores Babylonis titulis* Synhedrin f. 27. 28. Cama f. 88, & 79. & Beracot f. 7. & *Interpres Legis Jonathan, multique recentioris ſeculi Rabini, decus præſertim Maimonis c.* 13. Edut περὶ μαρτυριῶν, *Moſaicum* אל בנים *duobus exponunt modis:* Crimine filiorum, aut horum quidem teſtimonio, capite ne plectunto parentes. "לא יתקטלון אבהן לא בסהדורת ולא בחובי בנין וגו: *aut verbis piis & præclaris Talmudi,* "לא יומתו אבות על בנים נגו" תל: בעון בנים ובנים בעון אבות אלא כשאוחזין מעשרת אבותיהן בידיהן ולא יומתו אבות בעדות בנים ובנים בעדות אבות. *Tantidem forte innuit Onceloſus, aut aliquid ſimplex locutione iſthac* בפום בנים. *Denique in veteri Commentario* Siphre f. 52. a. *paulo laxius patet* אל בנים, per liberos ſuos neci ne danto parentes על ידי בנים; *aut potius* בערותם של בנים, filiorum, nepotum, adfiniumque ſuorum teſtimonio genitor non perit. *Haud aliter equitatis Romanæ lima Julius Paulus*, Receptarum Sententiarum libro 5. *necnon p.* 154. Collationis Rufinianæ: Adverſus ſe invicem parentes & liberi, itemque liberti, nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt; quia rei veræ teſtimonium neceſſitudo perſonarum plerumque corrumpit. *Ne jam porro neceſſe ſit ad* Legem Juliam *provocare in re communi mortalium.*

t Φύντας] Φύτις *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. Vat.* & *Epiphan.*

v Αὐτοῖς ἐπιτρεπόντων,] Ἑαυτοῖς *Big.* & *Samb.*

x Γάλλους] *Miſer interpres, dum omnino neſciret quid rerum eſſent γάλλοι, arripere maluit,* & διδάσκεσθαι ἄλλοις (*vel* καλὰ) ἐκτρεπόντων, καὶ σωφρόνα φόβον &c. *atque ad filiorum adeo arrogantiam transferre, quæ de ſpadonibus jure merito dicebantur. Vertit enim*, nolentes quæ ſunt utilia doceri, & cultum (*ita MSS. cuncta*, *præter* Lipſ. *editaque*, *exceptis* Col. & Frob.) fugere, per quem una ſecum & maſculi virtutem, & fructum filiorum procreationis amittunt. BERN.

2. *Spadones abhorreantur,*] *Deut. c.* 23. 1. *Eunuchorum,* τ̃ γάλλων, *aut Moyſi & Eſaiæ poſt Aſſyrios* σαρισὶμ, *ſit* θλαδίας ἤτοι θλιβίας פצוע דכא, *ſit* ἀπηκεκομμένος כרות שפכה, *vel ſit* خصي *emaſculatus, aut monſtri cuicui conſortium & connubium omnino deteſtantor, tanquam genus mollius quam viri; atque adeo* Eccleſia Domini קהל יהוה, *i. e. cum munere publico, tum præſertim thalamis Hebræis indignum prorſus & exciſum. Ita Joſephus Moyſen ſuum interpretatur: ita Scholæ Phariſæorum Maſicta* שבמות *c.* 1. & *ibidem Commentatores Solymitani f.* 9. *b. Babyloniique f.* 75, 76, 79. & *præter ipſos Obadias Moyſeſque Scholiaſtæ. Hic etiam ſuſius magno Opere c.* 16. ἰουδαϊκὴν βίβλον, *aut ſtrictius p.* 507. More. *Hac etiam de cauſa monet Commentarius antiquus* Siphra *venire apud Hebræos quatuor* קהילות *ecclaſias* τ̃ κυρίου *ex opinione Judæ Principis, aut tres excluſis proſelytis, ut Sapientes cæteri profitentur, Sacerdotum, Levitarum, & Laicorum. Perite itaque Uzielides* בן עזיאל *Deut. c.* 23. 1. לא יבא ממזר ורפסיק גירה למסב איתא בקהל עמא דיי, Profanior equidem eſt ſpado, nervo quiſquis vaſiſve mancus, quam ex populo Dei nurum ullam ductare liceat. *Addit inſuper Flavius ex Lev. c.* 22. 24. Hominum quempiam pecudumque caſtrare ne audento. Θλαδίαν מעוך, *ait Legiſlator,* καὶ ἀπτεϛλιμμένον כתות, καὶ ἐκβοίαν נתוק, καὶ ἀπεϛασμένον כרות ὃ προσάξετε τῷ κυρίῳ, καὶ ἐπὶ τ̃ γῆς ὑμῶν οὐ ποιήσετε, כארצכם לא תעשו; *quod eſt*, בארעכון לא תכרתון, neque execabitis ullum animal, ſive commune ſive devotum, *ut docent Jonathan Paraphraſtes, & celebris Anteceſſor Benzomas in* Chagiga f. 14. b. & Sabbat f. 3. *Maimonideſque* de Congreſſu illicito c. 16. §. 9. *Gallis adeo parcit jus Judaicum, & mutilari unquam vigore ipſos vetat. Philo equidem & Theologi noſtri aliter capiunt verba Legis veteris,* τ̃ θλαδίαν καὶ ἀπηκεκομμένον σκληρότερον εἰρῆσθαι ὑπὸ νόμου *Lev. c.* 22. 24. *ſive* ἱερᾶς ἐκκλησίας ἀπελάσαι: *quod tamen in Republ. Hebraica minime conſtat. Iterum vero idem inculcat Sophiſta Judaicus p.* 857. σωφρονίζει πάντας τοὺς ἀναξίους ἱερὰ συνάγειν, τοὺς τὸ φύσεως νόμισμα διακόπτοντας ἀνθρωπίνους· θλαδίας τε καὶ ἀπηκεκομμένους τὸ ἡμερῶσαι ἐλαύνει, *&c. ſtatimque ille amore nimio Platonis,* τοὺς δὲ ἀσωμάτους ἰδέας ἀναιρεῖσθαι, τόπου δὲ ὅτου εἴ τις ἄμοιρος ἐπιδείκνυται ἀλλοτριότητος, οἷς ἱερεῖς τ̃ νόμου σῴζειν ἀλώβους θλαδίας· καὶ τοὺς τ̃ παιδικὰς ἀθύρους ἀποκόπτων, ὄνομα αὐτοῖς οἰκεῖον τὸ ἀπήκοπον ἐθέσθαι. *De legibus Romanis nunc abſtineo dicere. Patent enim harum Pandectæ, ſatiſque quod puto adſtigunt Caſtratores & Caſtratos.* BERN.

y Τὴν μετ' αὐτῶν,] Τὴν μετ' αὐτων ἀφελομένην αὐτὰς *Vat.* τὴν μετ' τ̃ ἀφελομένην αὐτὰς *Hen.* & *Busb.* ſtatim ἄρσεν Iidem.

μετ' αὐτῶν, ἀφελομένους αὐτοὺς τὸ ἄῤῥεν & τὰ τῆς παιδοποιίας καρπόν· ὃν ἀνθρώποις ἐπ' αὐξήσῃ & γήρως [z] ἡμῶν ὁ Θεὸς παρέχεν. ἐλαύνειν ἢ ὕστως ὡς ὅπλ τέκνων σφαγῆ καὶ ὡς τούτων ἀπολλύντας τὸ ἐκείνων [a] αἴτιον· δῆλον γὰρ ὡς, τῆς ψυχῆς αὐτοῖς πεπηλυσμένης, [b] μετενεμῶσθαι καὶ τοῦτο καὶ τὸ σῶμα· ὁμοίως ἢ καὶ πᾶν τὸ νομιζόμενον πέρας τοῖς ὁρῶσι. μὴ ἐξεῖναι ἢ ποιεῖν ἐκτομίας, μήτε ἀνθρώπους, μήτε τῶν ἄλλων ζώων.

μά. Αὕτη μὲν οὖν ὑμῖν εἰρηνικὴ τῶν νόμων καὶ τοῦ πολιτείαν διάταξις ἔστω, καὶ ὁ Θεὸς ὑμενὴς ἀστασίαστον αὐτῆς τὸν κόσμον παρέξεται· γήροις δὲ χρόνου μηδὲ εἰς, ὃς [c] καινίσει τι τούτων καὶ ὡς τὸ ἐναντίον [d] μεταβάλλοι. ἐπεὶ δὲ ἀνάγκη τὸ [e] ἀνθρώπινον καὶ εἰς ἀβελτηρίας ἢ καὶ αἱρέσιν παραχὰς καὶ κινδύνους ἐμπεσεῖν, φέρε καὶ ἐνθάδε [f] τούτων βραχέα προδιατάξωμεν· ὡς ἂν προειδότες ἃ χρὴ ποιεῖν, ἐν τῇ χρείᾳ τῶν [g] σωτηρίων ὑπορῆτε, καὶ μὴ τότε ἃ δεῖ ποιεῖν ἐπιζητοῦντες, [h] ἀπαρασκεύασι [i] τοῖς καιροῖς [k] προσπέσητε. γὰρ, ὧν ὑμῖν ὁ Θεὸς ἔδωκε πόνων καταφρονοῦσι καὶ ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν [l] ἠσκημένους, [m] πόλεμον νέμοισθε, κεκτημένοι αὐτὴν, μήτε ἀλλοτρίων εἰς αὐτὴν ὅπλ κακῶσαι πραθυσιῶν, μήτε σίσεως ἐμφυλίᾳ καταχύσης ὑμᾶς· ὑφ' ἧς πάντα τὰ παρὰ τοῖς ἑαυτῶν πρόπαππος ἀπολεῖτε τὰ ἐκείνοις νομισθέντα· χρώμενοί τε νόμοις, οὓς ἀγαθοὺς δοκιμάσας ὁ Θεὸς προσδίδωσι, διατηρεῖτε. ἔργον δ' [n] ὅ, τι ἂν πολεμικὸν, ἢ νῦν ὑφ' ὑμῶν ἢ ὕστερον ὅπλ παίδων ὑμετέρων, γένηται, [o] τοῦθ' ὑπερόριον πραχθείη. μέλλοντας ἢ πολεμεῖν, [p] πρεσβείας καὶ κήρυκας πέμπειν προσῆκε τοὺς [q] ἑκουσίους πολεμίους. ὡς γὰρ τῶν ὅπλων καλὸν εἶναι χρῆσθαι λόγοις πρὸς αὐτοὺς, δηλοῦντας ὅτι καὶ σφαλιὰν πολλὴν ἔχοντες, καὶ ἵππους, καὶ ὅπλα, καὶ πρὸς τούτοις ὑμενὴν τὸν Θεὸν καὶ συμμαχον, ὅμως [r] ἀξιοῦτε μὴ ἀναγκάζεσθαι πολεμεῖν [s] αὐτοῖς, μηδὲ τὰ ἐκείνων ἀφαιρεμένους ἀβλαπτον αὐτοῖς κέρδος προσλαμβάνειν. καὶ πεῖθομένων μὲν, καλῶς ὑμᾶς ἔχειν τὴν εἰρήνην [t] φυλάττεσθαι. [v] εἰ ἢ φρονοῦντες ἐφ' ἑαυτοῖς ὡς ἰσχύι διαφέρουσιν, ἀδικεῖν

tur congreſſio; quibus erepta ſit virilitas, & generationis fructus, quem Deus hominibus ad generis noſtri incrementum tribuit. Abigantur autem tanquam qui liberos peremerint, & antequam ſint id ſuſtulerint quod cauſa eorum fuiſſet (perſpicuum enim eſt, eos, cum effeminata ſit ipſorum anima, in idem etiam corpore mutatos eſſe) itidem etiam quicquid aſpicientibus putatur monſtrum. neque homines caſtrare liceat, neque alia animalia.

41. [1] Et hæc quidem vobis ſit pacifica legum reipublicæ conſtitutio, & Deus propitius honeſtatem ejus à ſeditionibus imperturbatam conſervabit: abſit autem ut ullum veniat tempus, quod horum aliquid innovet & in contrarium mutet. Sed quoniam neceſſe eſt hominum genus, vel invito vel ſua ſponte, in turbas etiam & pericula incidere, age pauca etiam de his præterea ordinemus: ut quæ facienda ſint prævidentes, ſalutaria, cum opus erit, habeatis; neque tunc requirentes quæ facere oporteat, imparati [2] in tempora *funeſta* incurratis. Faxit Deus, ut terram, quam vobis dedit labores contemnentibus, animoſque ad virtutem exercitatos habentibus, in pace ac tranquillitate colatis, poſſidentes eam ſine perniciosis externorum incurſionibus, & abſque civili vos exagitante ſeditione, (per quam ſi patribus veſtris contraria faciatis, inſtituta illorum perdetis) utque legibus uti pergatis, quas Deus *ut* bonas *numine ſuo* comprobatas tradit. [3] Si vero res bellica quæcunque acciderit, aut nunc veſtro ævo aut poſtea apud ſeros nepotes, *utinam* hæc extra *terræ veſtræ* limites geratur. Cæterum bellum geſturi, legationes mittite & præcones ad hoſtes voluntarios. decet enim, antequam arma *inferantur*, verbis ad eos uti, declarando, vos, quamvis & exercitum magnum habeatis, & equos & arma, & ante hæc Deum popitium & auxiliarem, nolle tamen cogi bellum cum eis gerere, neque facultates illorum auferentes lucrum ipſis inviſum comparare. Ac ſi quidem obtemperaverint, decet vos pacem ſervare: ſin vero ſibimet *nimium* fidentes, ac ſi viribus præpollerent,

Legem Moyſis ab ipſo & tot perpetuamque animo vano credit Joſephus, ſicuti & cætera Judæorum calamitas.

Leges Belli. Deut. c. 24.

Præcones mittendi.

[z] Ἡμῶν ὁ Θεὸς] Ἡμῖν *Vat.*

[a] Αἴτιον·] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Epiphan.* in *Editis* ἀναίτιον, forte pro ἀν αἴτιον. quam lectionem ſequendo ita *Gelenius* interpretatur, *ſed multo ante propriam innocentiam ac puritatem perdidit.* HUDS. *Quod inſons eſt.* Fuit quum legerem αὔτιον, ut ſenſus ſit, debere illos haberi pro homicidis, qui quidem filios ipſos non occidunt, ſed ὡς τούτων, filiorum loco τὸ ἐκείνων αὔτιον quod filiorum cauſa eſt. In alia longe diverſa vagatur interpres Latinus. Poteſt tamen ſervari lectio ἀναίτιον, & ſenſus eſſe, *quod ipſorum cauſa non eſt*, id eſt, partem quæ filios non producit i. e. genitalia tollunt, quæ filios producere potuiſſent: nunc cauſa filiorum eſſe nequeunt, quia avulſa. In cod. MSto eſt αὔτιον, quod ſuſpicionem priorem confirmat. REL.

[b] Μετενεμῶσθαι] Μετενεμήσασθαι *Big.* & *Samb.* μετενεμίσασθαι *Vat.*

1. *Et hæc quidem vobis ſit pacifica*] *Lex Moyſis* ἀτάλαιπωρος *perpetuaque. Sic* ait *bis terque Flavius*: *ſic animo vano credit hæreſis tota Judæorum, Templo licet diruto, omnique Moyſis ſupellectile jam penitus exciſa. Verum hic Archæologus, Deut. c. 27. v. ult. quo jam reſpexit, inveniſſe videtur abſolute* ארר כל דברי התורת הזאת, *cum* LXXII. *Alexandrinis, & Divino Paulo, & cum Doctoribus Sicimeis; quorum exemplaria oſtentant* κὰλ διὸρθ, *teſtibus B. Hieronymo, Procopio Gaza, noſtriſque tandem oculis. Imo, quod mireris, Leviticon magnum f.* 193. 3. *Tanchumas Juriſconſultus in Talm. Jeroſ. Sotæ f* 21. d *pleniſſime citant hunc verſum* מביון דכתיב בסוף אמן כמי שכלו דבר אחר כתיב אחר אשר לא יקים את כל דברי התורת הזאת. *Idem denique confirmatur Lege ipſa Deut. c.* 11. 32. BERN.

[c] Καινίσει τι] Κενίσῃ *Baſ.* in *cæteris* καινίσῃ, vel καινίσοι.

[d] Μεταβάλλοι.] Μεταβαλῶ *Big.* & *Samb.* & mox ἐπειδή.

[e] Ἀνθρώπινον] Ἀνθρώπινον *Vat.*

[f] Τούτων βραχέα] Τούτε *Big. Vat.* & *Samb.* à manu ſecunda.

[g] Σωτηρίων ὑποῤῥῆτε,] Ita *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.* in *Editis*, *Aliiſque* σωτηρίων ὑποῤῥῆτε.

2. *In tempora* funeſta *incurratis.*] *Temporibus ſuccumbatis* vertit *Epiphan.*

[h] Ἀπαρασκεύασι] Sic *Vat.* in *reliquis* ἀπαρασκεύαστοι.

[i] Τοῖς καιροῖς] Forſan τοῖς καικοῖς.

[k] Προσπέσητε.] Παραπέσητε, ἀλλὰ γὰρ &c. legit *Caſtalio.*

[l] Ἠσκημένοις,] Οὐκ ἠσκημένοις vel ἀνασκήτοις legerat *Epiphan.*

[m] Πόλεμον νέμοισθε,] Πόλεμον μὲ νέμοιτο κεκτημένοις αὐτὴν *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.*

3. *Si vero res bellica quæcunque acciderit,*] *Hactenus opera pacis, & populi felicis tranquillique officia. Sequitur de jure belli. Quoties hoſtium aliquis ſpretis legationibus contra Hebræos bellum admoverit, ducem creanto, præſtat enim unus, Deo imperatori ſoli ſecundum. Dein conſcribitor in militiam virtute animi & corporis præſtantior pars populi, exceptis ædium, vinearum, nuptarumque novarum dominis. Annum autem quietum & imbellem expoſcebant ex vetuſtiſſima traditione* (*quam commemorant Phariſæi Maſicla* Sota c. 8. §. 8. *& Talm. Jeroſ. ibidem, atque demum Maimonides* Melacim c. 7. *confirmat vero hoc loco Mattathiades*) dedicatio חנוכה, *quæ eſt inhabitatio domus recentis, & vineæ vel arboreti quinquennalis* ἐγκαινισμὸς חלול *ſive uſus: item gaudia neogamorum id ſpatium vel juſſu Moyſis Deut. c.* 24. 5. *Unde etiam pro lare & hortis arguebant vetuſtiſſimi Explanatores Divinæ Legis f.* 51. *d.* נקי לביתו זה ביתו יהיה זה כרמו בנה בירה וחנכו ולא שהא בתוכו יב" חדש. נטע כרם וחיללו ולא שהא בת כו יב" חדש, *quod eſt verbis ipſis Flavii*, τὰς τε πρώτας δημαμβὰς αἱ ἴας ἰᾶν, οἷς ἔπαι χρῆσθαι ἀπαλαύσειας αὐτῶν ἐναύσιος *&c. Conſules, credo, in hac licentia Divinum Moyſen, Deut. c.* 20. *& Moyſen minorem c.* 5, 6, 7. περὶ βατιλέων, *præcipue ex* Sotæ c. 8. *& T. Jeroſ. f.* 22. *& T. Babyl. f.* 42, 43, 44. *atque ex* Siphre f. 47, 49. b. *Philonem etiam Alexandriæ p.* 739. *ubi cauſas iſtius indulgentiæ exponit. Alteram quidem*, ἵν' ἐπειδὰν κτίσωμεν πόλιν, ἀδηλα, μὴ τὰ τῶν ποιητῶν ἀταλαιπώρως ἄπαι λαμβάνωσι: *alteram vero*, ἵνα μὴ σώματι ἐφεστώμεθα, τῶν ψυχῶν ὑστερίζωσιν. BERN.

[n] Ο, τι ἂν] Ita, vel ὅτε ſcribendum cenſeo, pro vulgato ὅτι.

[o] Τοῦθ' ὑπερόριον] Ita *Samb.* cum *Vet. Interpr.* & θεὸν ὑπ' *Baſ.* & *Vat.* ἀπὸ & θεοῦ ὑπ. *Gen.* unde legendum cenſet *Petitus*, γένηται ἀπὸ & θεοῦ ὑπερόριον, τοῦτο πραχθείη.

[p] Πρεσβείας] Eo modo *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vet. Interp.* πρεσβείαν *Vat.* ὡς βίαν perperam in *Editis.*

[q] Ἑκουσίους πολεμίους.] Ἑκουσίως in quinque *MSS.*

[r] Ἀξιοῦτε] Ἀξιοῦντας *Busb.* & *Hen.*

[s] Αὐτοῖς,] *Al.* αὐτοῖς.

[t] Φυλάττεσθαι] Ita pro φυλάττεσθε in *Editis* emendatum dederunt *Bernardus*, (*Coccejus*) *Burinſque.* in *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* φυλάττειν.

[v] Εἰ ἢ φρονοῦντες] Sic in quinque *MSS.* & *Vet. Interpr.* (*Coll.*

rent, vos lædere voluerint, exercitum in eos ducite, Deo quidem ſummo imperatore utentes, uno vero præſtanti virtute ſecundarum partium duce creato. nam multorum imperium, præterquam quod iis qui aliquid celeriter agere neceſſe habent impedimento ſit, etiam *eo* utentibus *non raro* obeſſe ſolet. Exercitus autem purus ducatur, delectis corporum robore animique audentia præcellentibus; timidis vero rejectis, ne dum acie decernitur in fugam verſi hoſtibus proſint. Iique qui nuper domos ædificarint, quibus nondum per annum fruiti ſunt; & qui conſeverint, necdum fructus perceperint, domi *manere* ſinantur; necnon ſponſi, & qui nuper uxores duxerint: ne harum rerum deſiderio vitæ parcentes, & ſeipſos ad earum fruitionem ſervantes, ultro ſe male gerant [propter uxores.]

Militum delectus habendus.

Cavendum ne ſævum quicquam aut improbum caſtra polluat. Deut. c. 23. v. 5.

42. [1] Caſtris autem poſitis, providete ne quid ſævum & improbum faciatis. Cum vero urbem obſideatis, & ligna ad machinas conficiendas deſideretis, ne terram attondete, arbores mites ac frugiferas ſuccidendo: ſed parcite, eas in hominum utilitatem natas eſſe cogitantes; & ſi vocem haberent, vobiſcum expoſtulaturas eſſe, ſeſe immeritò malo affici, ut quæ belli cauſa non exſtiterint, atque inde migraturæ fuerint & in aliam terram tranſituræ, ſi eis eſſet poteſtas. Cum autem prælio *hoſtes* ſuperaveritis, eos qui in adverſa acie ſteterint interficite, cæteros vero ad tributa vobis pendenda conſervate, gente Chananæorum excepta: hos enim ad internecionem delere oportet.

Arbores frugiferæ non exſcindendæ. Deut. c. 20.

Lex de ornatu virili muliebrique. Deut. c. 22. v. 5.

43. [2] Cavete autem, maxime in præliis, ne vel

Voſſ. οἱ ϛ') in Editis φρονῆντας ἐφ' ἑ. ὡς ἑ. ἀϕαίρεσιν· εἰ δ' ἀδικ.

x Στρατηγῷ μὲ αὐθεφόρτος] Apertè conjunxit & contemplatus ſimul eſt Flavius noſter duo inſignia & nota *Homeri* loca, ex libro ſcilicet Iliad. δ. 84. Ζεὺς, ὅς τ' ἀνθρώπων ταμίης πολίοιο τέτυκται. & ibid. l. β. 204. Οὐκ ἀγαθὸν & quæ ſequuntur. HAV.

y Ἀρετῇ πεφυκυίᾳ.] Ἐπ' ἀρετῇ *Vat.*

z Ἐκ πάντων] Καὶ ἐκ. π. legiſſe videtur *Vet. Interpr.*

a Σωμάτων] Σώματος *Busb. Hen. Vat. & Epiphan.*

b Διαφερόντων] Διαφέρουσα legerat *Vet. Interpr.*

c Ἀποκεκναισας,] Ἀποκεκινδυνας *Samb. Busb. Hen. & Vat.* ἀπεκείναντο *Big.*

d Ὠφελήσῃ.] Ὠφελέσῃ *Samb. & Epiphan.*

e Μνησυσαμβύους] Μνησαμβύους *Samb. & Hen.* verbo bono ac vetere, ut inquit *Bern.*

f Ἑαυτὰς] Αὐτὰς *Samb. & Big.*

g Περὶ τὰς γυναῖκας.] Non dubito quin tres illæ voces, quas uncis incluſas dedi, à ſciolo aliquo additæ fuerint, cum eas non agnoſcat *Vetus Interpres.*

h Στρατοπεδευσάμενοι] Στρατοπεδευσάμβροί τε σφιοπόνδαι *Samb. & Big.* 5341. ϛ' σφιοπόνδε μή τι τ' ἀνιχνεῦν *Vat.*

1. *Caſtris autem poſitis,*] *Cavento ut caſtra Hebraica ſævum quicquam aut improbum,* רבר רע *Deut. c. 23. 9. (ubi leges Uzielidam) unquam polluat. Adeoque arbores mites ac frugiferas, Moyſi* עץ מאכל, *Latinis* poma, *& Scholaſticis Judaicis* עץ לאכרק, *ubi creſcant cunque, ad machinamenta belli ne ſuccidunto. Quid enim mali iſta fecerint? Deut. c. 20. 19. Diſce hinc ingenium Moyſis, benignum, ſimplex, omniſque humanitatis theſaurum. Sic profectò fuit Theologorum veterum interpretamentum, Philonis, Joſephi, Onceloſi, Conſtructoris* Siphre f. 47. d. *& Hieronymi noſtri, atque Samaritarum præcipue* اقربي انسان سجر الصحرا يدخل بين يديك في الحصن. *Aliter vero Moſaica explicant novi homines. Vide adhuc Maimomidem* de Regibus c. 6. *& Doctores Babylonios allegorias affatim jactantes* Taanit f. 7. Synhedrin f. 100. b. *&* Maccot f. 22. *Pergit autem æquitatis magiſter,* Hoſtium equidem quicquid in acie reperitur, neci danto: cæteros tributarios habento, tam operarum quam opum ſuarum. Chananæi tamen omnino ſunt delendi, *Deut. c. 20. 10, &c. His inſuper addunt patres Phariſæi gentem improbam* Amaleci, *loco octavo. Deſiderantur vero commate 17. ſicut & Exodi c. 34. 11. in Hebraico Judæorum, & in verſione Hieronymiana* Gergeſæi: *attamen Samaritæ & Interpretes Ptolemaici illos cum reliquis miſeri* ἐκφυλᾶ *utrobique recenſent, ordine ſaltem diverſo. Quinimo hoc omiſſum Maſoretis opportune excuſat Auctor* Siphre f. 47. c. כאשר v. 17. כשהוא אומר צון יהוה אלהיך לרכות ארץ תגרגשי. *Vide modo Deut. c. 7. 1, 2. c. 25. 19. Exodi c. 23 32. Joſ c. 11. 15. 1 Reg c. 5. 13. & c. 9. 15. & Maimonidis* מלאכים *c. 6. ex* Sota *Babyloniorum f. 3, & 35. &* Synhedrin f. 67. *& Scholaſticos Urbis* Cidduſin f. 65. c. BERN.

i Τῶν ἀνθρώπων] Videtur ita intellexiſſe verba Dei, האדם *homini* ſunt deſtinata. Sed memini me à viro docto audiviſſe, ſi per modum interrogationis intelligantur, ſenſum aptiorem fundere *num homo ſunt?* num arbores oppugnatum ibitis, &

ἐθέλοιεν, σεκτὸν ἐπ' αὐτὰς ἀγάγητε, [x] στρατηγῷ μὲν αὐτοκράτορι χρώμενοι τῷ Θεῷ, ὑποστράτηγον δὲ χειροτονήσαντες ἕνα τὸν [y] ἀρετὴ πεφύκοντα. πολυαρχία γὰρ, πρὸς τῷ τοῖς ὀξέως τι πράττειν ἀνάγκλω ἔχουσιν ἐμπόδιον εἶναι, καὶ βλάπτειν πέφυκε τοὺς χρωμένους. στρατὸν δὲ ἄγειν καθαρὸν, [z] ἐκ πάντων τῆ ῥώμῃ [a] σωμάτων καὶ ψυχῆς τολμίᾳ [b] διαφερόντων· τὸν δὲ δειλὸν [c] ἀποκεκναίσας, μὴ τοῖς πολεμίοις πρόσω τὸ ἔργον τραπὲν εἰς φυγὴν [d] ὠφελήσῃ. τοὺς τε νεωστὶ δειμαμένους οἰκίας οἷς ἔπω χρόνος ἀπολαύσεως αὐτῶν ἐνιαύσιος, καὶ φυτεύσαντας ἔτι πω τὴ καρπῶν μετεσχηκότας ἐᾶν κατ' οἶκον μένειν, καὶ τοὺς [e] μνησευσαμένους τὴ καὶ νεωστὶ γεγαμηκότας· μὴ πάθῃ τούτων φειδόμενοι δι' ζῆν, καὶ τηροῦντες [f] ἑαυτοὺς εἰς τὴν τούτων ἀπόλαυσιν, ἐθελοκακήσωσι [g] [περὶ τὰς γυναῖκας.]

μϚ'. [h] Στρατοπεδευόμενοι δὲ προνοεῖτε μή τι τῶν δυσχερεστέρων ἐργάσησθε. πολιορκοῦντας δὲ καὶ ξύλων ἀπορουμένους εἰς ποίησιν μηχανημάτων, μὴ κείρειν τὴν γῆν ἥμερα δένδρα κόπτοντας· ἀλλὰ φείδεσθε, λογιζομένους ἐπ' ὠφελείᾳ ταῦτα [i] τῶν ἀνθρώπων γεγονέναι, καὶ φωνῆς ἂν ἀπορήσαντα δικαιολογήσασθαι πρὸς ὑμᾶς, [k] ὡς ἀδέν αἰτία γεγονότα δι' πολέμια πάσχοι κακῶς παρὰ δίκην, [l] εἰ δυνάμεις αὐτοῖς δὸν καὶ μετοικήσαντα ἂν καὶ πρὸς ἄλλην μεταβάντα γῆν. κρατήσαντες δὲ [m] τῇ μάχῃ, τοὺς ἀντιταξαμένους κτείνατε· τοὺς δ' ἄλλους εἰς τὸ πλεῖν ὑμῖν φόρους [n] σώζετε, πλὴν [o] δι Χαναναίων ἐθνῶν. τούτους γὰρ πανοικὶ ζητῆσαι ἀφανίσαι.

μγ'. Φυλάσσεσθε δὲ, μάλιστα ἐν τῇ μάχαις, ὥστε μήτε γυναῖ-

---

non homines? Quamobrem ergo illas cæderetis? REL.

k Ὡς οὐδὲν] Ὡς οὐδὲν αἰτίαι δι π. γ. πάσχ *Big. & Samb.*

l Εἰ δυνάμεις] Εἰ δὲ δυν. legerat *Epiphan.*

m Τῇ μάχῃ,] Articulum negligunt *Big. & Samb.*

n Σώζετε,] Σώζητε *Vat.*

o Τῶν Χαναναίων ἐθνῶν] Τῶν Χαναναίων in quinque *MSS.*

2. *Cavete autem, maxime in præliis,*] *Vir ne prodeat veſte muliebri præſertim in pericula belli ex Deut. c. 23. 9. neve uſquam virilis cincta fœmina, Deut. c. 22. 5. Turpe enim utrumque, Deoque obſervatori valde odioſum,* תועבת יהוה. *Præſertim vero dictum puta,* cum palla fœminea melior natura in prœlia ne pergat. *Namque* כלי גבר, σκεῦη ἀνδρὸς, (*ſic Helleniſtæ, Samaritæ, Syri, & multi Judæorum dictionem veterem interpretantur*) *de armis ac veſtitu militari maxime accipiunt Joſephus, Onceloſus hac quidem paraphraſi* תקון זין דגבר armatura virilis; *& inter Deuterotas Eleazarus Jacobides f* 69. *de* Naziræis. *Is ibi ſuggerit, Moyſen hac ſanctione vetare,* שלא תצא אשה בכלי זין למלחמה, fœminæ ne capeſcant arma, ſed potius inermes & pudicæ caſtra ſequantur: neque peplo muliebri viri conditionis ſuæ immemores ſemet induant, ושלא יתקון איש בתקוני אשה. *Statimque de eodem flagitio,* ר" ספרש המקרא כפשוטו שלא ילבש איש מלבושים חמיוחדים לנשים כגון צניף וקיינשא. *Unde etiam conſtat ſincerum illum Doctorem Deuteroſeon,* καθ' ἡσυχίαν, *R. Eleazarum conſcriptam ſuo evo legiſſe verſionem doctiſſimi & ſapientiſſimi Onceloſi. Idem porro repetit Siphre Auctor vetus f.* 49. *a. & poſt illum Moyſes Coſenſis* LX *vetitorum, cum celebri meritoque elogio ſupradicti Eleazari,* והלכה כרא" בן יעקב בכל מקום. *Ex eadem lege docet Maimonides c.* 12. *de* Idololatria, interdici fœminas Hebræas galeis & loricis, ſed & conſimili virorum decore ac tutamine, viroſque ornatu fœmineo. *Hujus autem decreti rationes duas adfert* More p. 447. *Alia petitur à modeſtia ſemper colenda. Huc proculdubio reſpexit Amramides, aut communius, aut quidem ſtricte contra Ægypti jam derelictæ mollitiem, & permutata ſexus utriuſque officia, οἱ γὰρ ἄνδρες κατ' οἶκον ἐόντες ὑφαίνουσι; ſimiliaque narrat de Nili accolis Herodotus, ſcriptor excellens. Cauſam vero aliam, nimis amat, ab odio Zebaiſmi arceſcit Maimonides. Jubet ſcilicet codex* Tomtom, *i. e.* ἐπιτόμως περὶ τῶν τελετῶν χαλδαικῶν, viros ad Venerem accedere ſtolis fœminarum, atque has apud Martem ſtare habitu ac armis non ſuis. *Vel ſic quidem occurrit Legiſlator ſuperſtitioni Syriacæ; quippe in Æde Hierapolitana, Luciano teſte, ſtetit Combabus Spado, μορφὴν μὲ ἐκοίη γυνὴ, ἐσθῆτα δ' ἀνδρήιον ἔχων, Sacerdote evirato & ſtolato cultus. εἵματά τε γυναικήια φοιτίσι καὶ ἔργα γυναικῶν ἐπιτελέουσι, inquit Rhetor de miniſtris Combabi. Pariter deſcriptor antiquitatum Amathuſiarum, πάλαιον ἀνδρὰ τὸν θεὸν (ἀφροδίτην, deam è Syria acceptam) ἐκμαλάξαι ἐν κύπρῳ λέγει. Ita locum Heſychii peſſime corruptum reſtituo. Deinceps de hoc interdicto eleganter diſſertat Philo p.* 738. φιλοτιμίᾳ πρὸς δὲ γυναίσαι καὶ συγκρύπτειν τὴν ψυχὴν πρὸς ἀνδρὸς ἀπόλειαν, πρὸς ἐσθημάτων διαλλάξασθαι ἐνόμισε· ἀπείπατο δὲ ἀνδρὶ γυναικὸς ἀμπεχόνην ἀναλαμβάνειν, ἕνεκα δὲ μηδὲν ἔχειν ἢ σωὰν αὐτὸ μόνον δὲ θήλεσι ἐπὶ λύμῃ δ' ἄρσεσιν ῥᾳθυμίας προσάψασθαι. καὶ τὴν γυναῖκα ἐκώλυσε λαμπύνεσθαι ἀνδρὸς ἐπιτάττων, πόρρωθεν ὡς ἀσεβημάτων ὄντα καὶ γυναῖκα φυλαττόμενον. *Adde his quæ ad Moyſen citat magnus* Gro-

γυναῖκα ἀνδρικῇ στολῇ χρῆσθαι, μήτε ἄνδρα στολῇ [p] γυναικείᾳ.

μδ'. Πολιτείαν μὲν οὖν τοιάνδε Μωϋσῆς [q] κατέλιπε·

femina ornatu virili utatur, vel vir ſtola mulebri.

44. [1] Moyſes igitur hujuſmodi reip. inſtitutionem

Leges ſuas frequentibus concionibus inculcabat Moyſes, & tandem ſcripto volumine Sacerdotibus tradidit. Deut. c. 31.

Grotius ex Philochoro. BERN.

[p] Γυναικείᾳ.] Γυναικείᾳ *Busb. Hen. Vat. & Samb.* à manu ſecunda.

[q] Κατέλιπε·] *Al.* καταλέλοιπε. ut pag. ſeq. v. 7.

1. *Moyſes igitur hujuſmodi reip. inſtitutionem reliquit:*] *Talis erat Politia Moyſis. Has quidem leges cæteraſque inſtante jam anno Exodi quadrageſimo, & frequentibus conciombus inculcabat vir Divinus, & tandem ſcripto volumine, Sacerdotibus tradidit, Deut. c. 31. 9, 24, 25. ſimulque Tabularum* δευτερόγον *apothecam, & Tabernaculum Sacrum, necnon Poema illis dedit de futuro Hebræorum ſtatu, verſibus (nemo prudens dubitet) hexametris conſcriptum, cui & eventus rerum optime reſpondit. Venimus igitur nunc ad ultima juſſa Legiſlatoris. Vindictam de Amalecitis opportune captanto. Item ad partem orientalem Chananææ, deleta modo ſtirpe mala incolentium, prope Sicimas convalli media inter montes, Garizin,* גריזים *à dextris, & à lævis Gibalum* עיבל, Hibal *Samaritis & Joſepho & Arabibus, ſed* Hebal *Maſoretis Judæorum & Interpr.* LXX. *& B. Hieronymo, extruatur altare: atque Hebræis hinc inde in duas acies diſcedentibus, ſicut dicetur l. 5. c. 1. horum Origi num, bona fauſtaque omnia obſervantibus Leges datas adprecetur pars Garizæa, acclamantibus itidem Gibalinis. Tum hi diras vibrent in violatores Divini Juris, idem protinus reſonante clivo Garizin. Deut. c. 11. 27. & c. 27. Denique in memoriam rei, Benedictiones illas Execrationeſque, quarum exemplar extat Deut. c. 27. 15. tectorio dextro ſiniſtroque inſcriptas ferat altare cum ſigno contrarii, ſubſtituto equidem bono verbo* ברוך *in locum* ארור, *& ſententia atente in negantem verſa: quod placuiſſe video Joſepho aliiſque diſcipulis Phariſæorum in corpore* δοτερώσεων: *abſque ea die ſacrificii omnis immune ſtet & incruentum. Hæc adeo exequebatur pius Imperator Jeſus c. 4. 1. & c. 8. 30.* Actorum ſuorum. *Qua tamen pompa quove ritu ſolicite referunt poſt tot ſecula Hebræa Proceres Phariſaiſmi* Sotæ c. 7. § 5. Ubi enim, Jordane trajecto, pervenerant Iſraelitæ ad Garizin & Hebal, montes Samariæ, juxta Sicima in campo Morio, הר הגריזים והר עבל שבשכרון שכצר שכם שכאצל אלוני מורה. *Ita Traditionum Judaicarum Patres explicant verba Legis Deut. c. 11. 30. Ita horum filii in Commentariis Babyloniis f. 33. b. ejuſdem* Sotæ, אלוני מורה שכם ולהלן הוא אומרו ; *ſcilicet Gen. c. 12. 6. & Joſ. c. 24. Illi autem deſcriptioni, Deut. c. 11. 30.* τὸ σαμαρειτικόν, *poſt ſingulare* אצל אלון מורה (*ſicut & Ptolemaici legerant; ubi tamen Hieronymus noſter viderat* אלון ומורה,) *ſuperaddit modo* שצ שעצ *μικὰ σίκεμ, quod eſt alteri Interpretum Samaritan.* איסטר מישר חובה קבל שכם juxta campum viſionis, *ſive* patentem late ante Sicima: *alteri vero* جانب مرج البها مقابل نابلس, ad planitiem pulcram cui præjacet Neapolis. *Hæc enim urbs, ut itineraria nova veteraque teſtantur, inter Gerizin & Hebal exporrecta planis Acrabatenis obſidet. Quinetiam gloſſema illud voluminis Samaritici Deut. c. 11. 30. jam olim notaverant Deuterotæ Judaici, præſertim Eleazarus Joſis Galilæi,* Sotæ *f. 21. c. T. Jeroſ. & f. 33. T. Babyl.* אמרתי לטיפרי כותיים זייפתם תורתכם ולא העליתם בידכם גלום שאתם אומרים אלוני מורה שכם, Fruſtra quidem textui Moſaico vos Cuthæi adjicitis *Semem:* ultro enim fatemur ipſi *Elone More* de Sicimis veſtris recte exponi. *Dicitur præterea verſu eodem Deut. ſive Jeſus ſive alius militum ſuorum operi Moſaico eam deſcriptionem inſeruerat,* eminere montes illos in terra Chananæorum, proprie Hevæorum, qui ab occiduo, בערבה, ἐπὶ δυσμῶν, veriſſime à Cauro reſpectant Galgala, בארץ הכנעני הישב בערבה מול הגלגל. *Vel,* qui בערבה per planitiem illuſtrem excurrunt ad fines Galgalorum, ad campos uſque Jericuntios, *tanquam caſtris Hebræis nobilem locum & notiſſimum. Obſervant adeo Doctores Solymitani* Sotæ *f. 21. c.* בערב הירדן, *valere ibidem* כן הירדן להלן. *Vel denique ait vetuſtiſſimus iſte Interpolator,* gemina iſta cacumina opponi Galgalis Gophni cis terminum occiduum Ephræmi. *De eiſdem montibus Illuſtriſſimus Phocas,* μὴ σεύσῃς ταδίων ὅσα δέκα καὶ πέντε, ἐστὶν ἡ τῶν σαμαρειτῶν μητρόπολις σίχαρ, ἡ μὴ ταύτῃ κληθεῖσα νεάπολις· κεῖται μέσον ὄρους βάσεων, ἀμφοτέρων ἀπεσπασμένη τῷ θεμελίῳ ἐπιπλήκτης τῆς ἀσθενοῦς. ὧν τὸ δεύτερον ὑπάρχει τὸ ὄρος ὃν καὶ οἱ σαμαρεῖς λίγουσι τὸ ἀνέφικτον θυσίαν τελεῖσθαι τῷ ἰσαάκ. *Conveniunt idcirco inter ſe idemque faciunt ad Deut. c. 11. 30.* מול שכם *Samaritarum,* ὁ πρῶτος τῶν εἰκόνων *Flavii hujus, atque demum Deuterotarum* שכצר שכם. *Pergamus igitur ad pompam Hebræam. Inter dictos montes circa Aram mediam in plano conſiſtebant Sacerdotes, qui quidem Deut. c. 27. 9, 14. ſicuti verſibus aliis viginti tribus ſacri Codicis appellantur Levitæ à Tribu ſua, ut opportune monet Clariſſimus Amoræus Joſue ben Levi T. Jeroſ. f. 21. c.* Sota. *Sacerdotibus vero junguntur titulo ſimplici Levitæ. Inde à dextris ſex tribus heriles, ordine gemmarum Logii, ſubeunt jugum Garizæum,* ἀρχαίζοι *Damaſcio Philoſopho,* الجبل الشريف *ipſis Samaritis, ut decuit,* جبل نابلس mons Neapolitanus *Eutychio Alexandrino, quod paulo propius imminet Neapoli Jud. c. 9 7. & Joſephi l. 11. c. ult. Sex alia tribus à lævis ad ilivum Gibalinum pandiuntur. Nam* ולכול הר גריזים וגו *in rebus Joſue, idem denotat quantum in Lege* על הר גריזים וגנו. *Tum verſis ad Garizin vultibus, benedictiones ordiuntur Sacerdotes ex Formula,* ικεάρᾳ ὁ ἄνθρωπος ὅστις ὁ ποιήσῃ γλυπτὸν ἢ χωνευτὸν ברור האיש אשר לא יעשה פסל ומסכה, *cæteraque Deut. c. 27. à v. 15. Quibus protinus acclamant utrumque* ἐξάκουλοι, Amen. *Mox contra Gibalum* אבל *converſi, execrationes pariter denuntiant.* ἐπικαθέζεται ὁ ἀνθρωπος ὅστις ποιήσῃ γλυπτὸν ἢ χωνευτὸν, καὶ τὰ ἑξῆς, ארור האיש אשר עשרה פסל ומסכה. *Reboantque continuo ambæ acies* Γένοιτο *ſuper quolibet maledicto. Poſthæc verba cuncta Legis iſtius, i. e. Formulæ, altari hac de cauſa conſtructo dealbatoque inſcribuntur linguis* LXX. *phraſi Phariſæorum gloriosa, quæ valet pariter cum Moſaica* σαφῶς σφόδρα באר היטב, *Deut. c. 27. 7. ſicut profitentur Judas Princeps hoc loco, & alibi R. Johannes* Sabbat *f. 88. necnon ab iſtis Uzielides* מהקרי בא ומיהרנם בע לישנין. *Poſtremo demolito monumento iſto, quod* ὡς ἔτι νῦν αὐτοῦ κοῖτα τετραμμένον *perite refert Flavius; qua Sicima propius à Jordane abſunt quam mari Mediterraneo: niſi ſi ille cum priſcis Scholaſtis locutionem verſus* 30. דרך מבוא השמש, *de ſole oriente acceperat. Ita* Sota *f. 21. c. T. Jeroſ.* אחרי דרך מבוא השמש מקום שהחמה זורחת. וקיפלו ארז האבנים ולנו בגלגל ושם הקימו ארז האבנים ובאו ולנו במקומן. *Ubi Gloſſator, Ipſo inquiunt deſtructo, lapides ejus ſecum comportabant in caſtra. Invident enim valde, pernegantque Samaritis pleraque Judæorum facto tam ſacrum, tam antiquum monumentum in alterutro vertice Hargarizin, vel obliterata jam inruſtatura, ſervari. Concedit tamen Joſephus lapides duodecim, ritu hoc peracto, in cacumine Gibaleno fuiſſe relictos, in caſtra Siluntina populo abeunte. Loquitur enim is libro v. de Chananæis Acrabotenam incolentibus, quæ jane pertingit à Garizim ad Galgala, ut notum Euſebio altiſque Geographis ſacris. Cadit adeo argumentum Doctorum Solymitanorum* Sota *f. 21. c. Quinimo eousque crevit pertinacia Eleazari & nonnullorum Rabinorum, magis ex odio Samaritarum, quam propter phraſin Legis* כיון הגרזנין: *cui neque Euſebius Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ, neque Epiphanius ortus Eleutheropoli, altique Eccleſiaſticorum erant obſiſtendo: quinimo aſſererent prope Jerichuntæ, longeque à Sicimis, ſtetiſſe ævo Joſue* Garizin & Ebal, *contra fidem omnem bonorum viatorum ſcriptorumque, etiam Sacrorum: adeoque Samaritas à manu finxiſſe hoſce montes, aut nominibus non ſuis eos dediſſe. Veruntamen Sicimitæ, Benjamino Judæo, & mox Breidenbachio Chriſtiano ex alloquio referentibus, rite ſeſe affirmabant* ὁλοκαυτῶν *ſuper Joſue Aram Garizitanam,* על המובח שבנו בהר גריזים מהאבנים שהקימו בני ישראל כשעברו הירדן. *De loco tamen, quo aram illam ex ſacris Jordanicis inſtauraverat Joſue, graviſſime altercati ſunt per omne ævum Samaritæ & Judæi. Horum enim exemplaria Hebraica verſioneſque prorſus omnes, tam Deut. c. 27. 4. quam Joſuæ c. 8. 30. declarant,* φικοδομῆσαι ὁ ἰησοῦς θυσιαστήριον τῷ κυρίῳ τῷ θεῷ ισραηλ ἐν ὄρει γαιζὰλ, בהר עיבל. *Nec aliter legerat Flavius iſte Judæus,* ἐπὶ τῷ γιζηλῷ ἱστοῦσι τὸν ἡμέτερον· ἐν ᾧ καὶ ὁ βωμός ἐστι. *lib. 5. Orig. c. 1. §. E contra, Pentateuchum Hebraicum* καὶ σαμαρείτας, *Syriacum, Arabicum, Græcumque: item Chronicon Samaritarum, eorum Commentaria Biblica, atque etiam Exomologeſis nuper ad nos tranſmiſſa à Neapoli Paleſtina, Altare verbis diris boniſque inſcriptum, & refugientis Jordanis ſpolia in meliore cacumine montis* δικαρήνου *miro conſenſu collocant ex Deut. c. 27. 4.* ϛήσιτε τοὺς λίθους τούτους, ὃν ἐγὼ συντέλλομαί σοι σήμερον βιάζεσθαι, على جبل عيبال, جرزيم *&* κονιάσεις αὐτὸν κονίᾳ, καὶ οἰκοδομήσεις ἐκεῖ θυσιαστήριον. *Aut verbis Abulphetachi Chronographi Samaritani,* في ذلك الوقت بنا مذبح حجارة في جريزيم كما قال الله تعالي واصعد عليه صعايد. Poſt Hagin dirutam, altare ſaxeum erexit Joſue in Har Garizim, ſicut Deus juſſerat, atque holocauſtis illud adolevit. *Ita quidem ad verticem Garizim à nobili Trajectu contra Jerichuntæ milliaribus ſexaginta deportabantur ſaxa illa bis ſex, ut perite ſupputant Babylonii f. 44* Synhedrin, *f. 36.* Sota. *Veruntamen lectioni Samaritanæ favet inter Sophiſtas Chriſtianos Procopius ad Deut. c. 27. Idem enim in Joſue actis, Altare in loco maledictionis Gebalo poſitum adnotat* ὃν δὲ κειμήλιον. Lapides autem non in monte Gebal, ſed in Garizim collocaſſe, *ait Gazæus,* exemplar habet Samariticum, nec forte abſque ratione. Siquidem ibi benedictiones fieri præcepit, in Gebal vero maledictiones. Ecqui igitur conſentaneum fuerit in hoc altare eſſe conſtitutum? Porro in libro Judicum c. 9. 6, 7. Garizim montem nominat, qui circa Neapolin eſt, quem Samaritæ colunt. Super quo cum conſtituiſſet Joatham filius Gedeonis ſuperſtes, execratus eſt eos, qui regem præ ipſo creaverant Abimelech Gedeonis filium ex ancilla, qui fratres ſuos interemit. Niſi quis adferat Eſdram, aut Scripturarum S. Collectorem, ſive alium quempiam fuiſſe, qui nova nomina ex ſuæ gubernationis locis traducta iis locis impoſuerit. Quemadmodum Jeruſalem vocat, quæ antiquitus Jebus vocabatur; Bethleem item, quæ Euphrata. *Pariter Origenes in Tomis ad Joan. c. 4. 19.* οἱ μὲν γὰρ σαμαρεῖς τὸ καλούμενον γαριζὶν ὄρος ἅγιον νομίζοντες, ᾧ αὐτῷ προσκυνοῦσι τῷ θεῷ, ὁ μίμειν) μωυσῆς τὸ δευτερονόμιον· ὅτοι σίνοι) εὐλογεῖν τὸν λαὸν ἐν ὄρει γαριζὶν. *Dein idem Adamantius,* σαμαρεῖς ὡς εἰκὸς τὴν περιοδοξιν, ἀκολούθως τῷ μὴ γαριζὶν θεσπίσαι, ὅπερ ἐμοὶ δοκεῖ) διάνοια ἡ διαίρεσις· εἰκὸς δὲ τινα ἀπρίσειν ἀφ' τὸ μωυσῆ εὐλογίαν ἐπὶ τῷ γαριζὶν γένεσθαι. *Accedit huc & ὁ χρυσορρήμων ad v. 20.* οἱ παλαιοὶ ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ φθονεῖν ὡρίζαν τοὺς ἀεὶ τὴν ἀσέβειαν λίγοντας. καὶ γὰρ ἐκεῖ φασι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀνοικοδομῆσαι. *Inde nomine* montis benedicti טור ברוך *coluiſſe Garizim, ac fre-*

nem reliquit: leges vero quadrageſimo anno ante reliquit, de quibus in alio libro dicemus. Sequentibus autem diebus (aſſidue enim concionabatur) fauſtas eis precationes tradit, & imprecationes in eos qui ex legibus non viverent, ſed contra præſcripta earum agerent. Deinde carmen hexametrum eis recitavit, quod in ſacro volumine *ſcriptum* reliquit, continens futurorum prædictionem, juxta quam omnia facta ſunt atque fiunt, neque ille quicquam à veritate aberravit. Hos igitur libros ſacerdotibus tradit, ſimul & arcam, in qua decem *illa* præcepta in duabus tabulis ſcripta recondidit, atque tabernaculum. Quin & populum admonuit, ut cum *Chananæorum* terram deviciſſent, & *in ea* conſediſſent, injuriæ ab Amalecitis acceptæ non obliviſcerentur: ſed, facta in eos expeditione, pœnas repoſcerent maleficiorum, quibus illi eos affecerant, cum eſſent in deſerto. Occupata vero Chananæorum terra, omnique ejus multitudine ut par eſt deleta, aram exſtruere *juſſit* ad ſolem orientem verſam, non procul ab urbe Sicimorum inter montes duos, Garizæo quidem ad dextram poſito, ad lævam autem eo qui Gibalus nuncupatur: diviſumque exercitum in ſenas tribus ſuper duobus montibus ſtatuere, & una cum illis Levitas & ſacerdotes. ac primum quidem illos in Garizæo fauſtiſſima eis apprecari, qui religionis Dei ſtudioſi eſſent & cuſtodiæ legis, neque ea quæ dixiſſet Moyſes rejeciſſent; *ſex* alias vero *tribus* bene illis ominari, & rurſum his precantibus priores acclamare: deinde itidem tranſgreſſoribus diras imprecari, alteras alteris ad dicta comprobanda & ſancienda ſuccinentes. Fauſtas autem precationes & earum exſecrationes ſcriptis conſignavit, [1] ut earum diſciplina nullo unquam tempore intermitteretur. Quas ſane [2] moriens etiam aræ inſcribi juſſit ex utroque latere, ubi etiam populo denunciat ut ſtans ſacrificet & holocauſta offerat, & poſt illam diem nunquam aliam victimam *ei* imponeret: non enim eſſe licitum. Hæc igitur Moyſes inſtituit, atque gens Hebræorum his conſentanea pergit facere.

Vindicta de Amalecitis capiunda.

Chananæorum ſtirps delenda.

Exſecrationes & benedictiones è montibus Gebal & Garizim. Deut. 27.

νόμους δ' [r] ἔτι πρότερον τεσσαρακοστῷ ἔτει γεγραμμένους ἀπολιδίδωσι, πρὸ ὧν ἐν [s] ἑτέρᾳ γραφῇ λέξομεν. τῇς δ' ἑξῆς ἡμέραις, [t] συνεχῶς γὰρ ἐξεκλησίαζεν, εὐλογίας αὐτοῖς δίδωσι, καὶ κατάρας ὑπὲρ τῶν μὴ κατὰ τοὺς νόμους ζησομένων, ἀλλὰ παραβησομένων [v] τὰ ἐπ' αὐτοῖς διωρισμένα. ἔπειτα ποίησιν ἐξάμετρον αὐτοῖς ἀνέγνω· [x] ἣν καταλέλοιπεν [y] ἐν τῷ βιβλίῳ τῷ ἱερῷ, προρρήσιν [z] ἔχουσαν τῶν ἐσομένων, καθ' ἣν γέγονε πάντα καὶ γίνεται, μηδὲν ἐκείνου διημαρτηκότος τῆς ἀληθείας. ταῦτ' οὖν τὰ βιβλία παραδίδωσι τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τῷ κιβωτίῳ εἰς ἣν καὶ τοὺς δέκα λόγους γεγραμμένους ἐν δυσὶ πλαξὶ [a] κατέθετο, [b] καὶ τῇ σκηνῇ· τῷ τε λαῷ παρῄνεσε κρατησαντι τῆς γῆς, καὶ ἱδρυθέντι, μὴ λήθῃ λαβεῖν τὰ Ἀμαληκιτῶν ὕβρεως· ἀλλὰ στρατεύσαντας ἐπ' αὐτοὺς τιμωρίαν ἀπολαβεῖν ὧν ὑπὲρ τῆς ἐρήμου [c] τυγχάνοντας ἐποίησαν κακῶς. ἐξελόντας δὲ τῇ [d] Χαναναίων γῇ, καὶ πᾶσαν διαφθείραντας τὴν ἐν αὐτῇ πληθὺν καθὰ πέπρωται, τὸ βωμόν τε ἀναστῆσαι πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τετραμμένον, ὑπὸ πόλιν τῶν Σικίμων [e] πόλεως μεταξὺ δυοῖν ὀροῖν, [f] Γαριζαίᾳ μὲν τῷ [g] ἐκ δεξιῶν κειμένῳ, Γάβαλον δὲ τὸν ἐκ λαιῶν [h] Γιβάλα προσαγορευομένου· μερισθῆναι δὲ τὴν στρατιὰν καθ' ἓξ φυλὰς ὑπὲρ τῶν δυοῖν ὀρῶν ἀναστῆσαι, καὶ σὺν αὐτοῖς Λευίτας τε καὶ τοὺς ἱερέας. καὶ [i] πρῶτα μὲν τοὺς ὑπὲρ τῷ Γαριζεῖν ὑρωμένους εὔχεσθαι τὰ κάλλιστα τοῖς περὶ τὴν θρησκείαν καὶ Θεὸν καὶ τὴν τῶν νόμων φυλακὴν ἀποδάζασιν, ὧν τε Μωϋσῆς εἶπε μὴ παραγορευσαμένους, ἀρήμειν δὲ τοὺς ἑτέρους, καὶ τούτων πάλιν ἐχομένων, τοὺς προειρημένους ἐπαγεῖν· [k] ἔπειτα τοῖς μὴ ταῦτα πεφροντισμένοις κατάρας τίθεσθαι, ὑποφωνοῦντας ἀλλήλοις ὑπὲρ κυρώσεως τῶν λεγομένων. ἀνέγραψε δὲ τὰς εὐλογίας καὶ τὰς κατάρας [l] αὐτῶν, ὡς μηδέποτε [m] ἐκλιπεῖν τὴν μάθησιν αὐτῶν ὑπὸ χρόνου· ἃς δὴ καὶ τῷ βωμῷ τελευτῶν ἐνέγραψε καὶ πλησίον ἑκατέραν, ἣ καὶ στάντα [n] φησὶ τὸν λαὸν θῦσαί τε καὶ ὁλοκαυτῶσαι, καὶ μετ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν [o] οὐκ ἐπενεγκεῖν ἱερεῖον ἕτερον· οὐ γὰρ εἶναι νόμιμον. ταῦτ' οὖν Μωϋσῆς [p] τε διέταξε, καὶ τὸ Ἑβραίων ἔθνος ἀκόλουθα τούτοις πιστῶς διατελεῖ.

μέ. Τῇ

quentaſſe Samaritas Macriſius Arabs teſtatur in hiſteria Cairenſi, ان طور بريك هو الموضع الذي خاره الله ون كوره في التوراة بقف اله اجعل البركة علي طور بريك. *Atque hæc hactenus.* BERN.

r Ἔτι πρότερον] Ἐπὶ πρ. τ. γεγραμμένους *Busb. Hen.* & *Vat.*

s Ἑτέρᾳ γραφῇ] Vide p. 228. in fine.

t Συνεχῶς γὰρ ἐξεκλησίαζεν,] Συνεχὲς γὰρ ἐξ. *Big.* (συνεχῶς *Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* συνεχῶς ἐξεκλησιάσας *Epiph.* HUDS. Sic. 3. Reg. 8. 1. in Jeremia ἐξεκλησιάσθη. quid ſi ſit pro ἐξεκλησίαζη. Plutarchus à καθάπτω derivat καθαπτομένου. COCC.

v Τὰ ἐπ' αὐτοῖς] Τὰ ἐν αὐτοῖς *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.*

x Ἣν καταλέλοιπεν] Ἣν κὰ καλὰ. *Big.* & *Samb.*

y Ἐν τῷ βιβλίῳ] Ἐν βιβλίῳ ἐν τῷ ἱερῷ *Big. Samb. Vat.* & *Epiph.* Videſis *Deut.* 32.

z Ἔχουσαν] *Baſ.* & *Gen.* ἣν κὰ καταλέλοιπεν ἐν βίβλῳ ἐν τῷ ἱερῷ, προρρήσιν προεικάζουσαν τῶν ἐσομένων *Big.* & *Samb.* ἣν καταλέλοιπεν ἐν βιβλῳ ἐν τῷ ἱερῷ, π. π. τῶν ἐσομένων *Epiphanius.* Etiam προρρήσιν προείχουσαν reperias apud *Busb.* & *Hen.* Tum penes hunc curate διημαρτηκότος. BERN.

a Κατέθετο,] Κατέθεντο *Big.* & *Samb.*

b Καὶ τῇ σκηνῇ·] Καὶ τῇ σκηνῇ, *in tabernaculo* lege. REL.

c Τυγχάνοντας] Τυγχάνοντες *Big* & *Samb.*

d Χαναναίων γῇ,] Ita quinque *MSS.* & *Epiph.* Χαναναίων *Baſ.* & *G.*

e Πόλεως] Πόλεως ἐμπεριάγειν μεταξὺ δυοῖν ὀρῶν *Samb. Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.*

f Γαριζαίᾳ] Γαριζεῖν *Baſ.* & *Gen.* γαριζαὶν *Big. Samb. Busb.* & *Hen.* ritu epitheti Græcanici deformatum à גרזים γαριζὶν, quo equidem typo ſæpiſſime uſus eſt Flavius in his Originibus. Ita Φαρισαῖοι à פרושים, *viri eximii*, Pollen Iſraelis. Neſcio tamen an γαριζὶν ſcriptum huic Flavio, ſicut alibi γαριζεῖν in caſu liberali. Quinimo γαριζὶν ſuo etymo ῥαγάδες denotat & διεῤῥισμένα. Hoc ſignificat & גרז & גזר: unde γαζιρὶν pro γαριζὶν in verſione Syriaca τῶν μακαδοϊκῶν. Nam ex una radice creverant duo culmina, Ebal & Garizin. BERN. Ita ex quatuor *MSS.* edidit *Bern.* Γαριζὶν *Baſ.* & G. Γαριζεῖν *Vat.* quod proxime accedit ad Hebraicum Γαριζὶν. HUDS. Γαριζαῖῳ MS. uti *ai* & *e* ſexcenties a librariis permutantur. REL.

g Ἐκ δεξιῶν] Ad auſtralem plagam, ut ἐκ λαίων, ubi erat Ebal, erat ad ſeptentrionem. REL.

h Γιβάλα] Τῷ ἢ ἐκ λαίων γιβαλῇ, aut γιβαλὴ, *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* Sed in libro ſequente ex conſenſu codd. ſcribitur γιβήλα. Sedes autem dirarum *Hibal*, ſeu *Hebal* עיבל, à capite cano glabroque nomen meruit Quod enim Græci φαλάκρας & φάλακρον, Arabes vocant العبال γιβὰλ. Manet etiam adhuc monti huic *albor* ſterilis nota execrationis veteris, aut verbis Benjamini erronis והר עיבל יבל יבש כאבנים וסלעים. Καὶ πρώτους μὲν τοὺς ἐπὶ τῷ γαριζὶν *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* Verum hi omnes libri quinti c. 1. ἐπὶ τῇ γαριζὶ, à formula Attica γαριζὼς. Quinetiam ut à locali עברים, Onceloſus, Sirique alii producunt יברא *διαβαῖα, tranſitoria*, eadem dialecto hic Judæus γαριζαῖα effecit de גרזין. BERN. Videſis *Annott.* ad l. V. c. 1. §. 19.

i Πρῶτα μὲ] Πρώτους μὲν τοὺς ἐπὶ τῷ Γαριζὶν in quinque *MSS.* verum in libri quinti c. 1. §. 19. ἐπὶ τῷ Γαριζεῖ, è formula Attica Γαριζὼς.

k Ἔπειτα] Ita edidit *Bernardus.* ἔπειτα κὰ ταῦτα τοῖς π. *Baſ.* & *G.* ἔπ. κὰ ταῦτα π. *Big. Samb.* & *Vat.* ἔπειτα τοῖς πρ. κὰ ταῦτα ἀρὰς τίθεσθαι *Hen.* & *Busb.*

l Αὐτῶν,] Αὐτὸς in quinque *MSS.*

1. *Ut earum diſciplina*] *Ut in perpetuum cuivis eas diſcere liceat*, vertit *Gelenius.*

m Ἐκλιπεῖν] *Sambuci* manus altera: altera ἐκλίπῃ, cum *Baſ. Gen.* & *Big.* Solebant enim viri Athenienſes, ſicut Angli hodieque facimus, correptim loqui, tempori ſimul orique parcentes, adeoque accentus vocabulorum retrahere, πάππος, órator, &c. BERN.

2. *Moriens etiam aræ inſcribi*] Al. *tandem inſcripſit* &c. Interpretationem noſtram vocis ἐνεγράψατο defendit *Bonfrerius* ad *Deut.* c. 27. p. 1021. mox *Gelenius* reddit, *quæ populus eſt ſtare.*

n Φησὶ τὸν λαὸν] Vocem Φησὶ non agnoſcit *Vet. Interpr.*

o Οὐκ ἐπενεγκεῖν] Ita *Big.* οὐκ ἔτ' ἐπενεγκεῖν ἱερεῖον ἕτερον *Samb.* & *Vat.* οὐκ ἐπενεγκεῖν ἱερείων ἑτέρων *Baſ.* & *G. Grotius* (ad *Joſ.* c. 8. v. 30.) dicit, *tunc quidem aram iſtam* in ſacrificii uſum *fuiſſe*, in poſterum vero monumenti cauſa *manſiſſe.*

p Τὰ διέταξε,] Illud τὰ negligunt *Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.*

1. *Poſtri-*

με'. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τ̃ λαὸν σὺν γυναιξὶν ἅμα καὶ τέκνοις εἰς ἐκκλησίαν συναγαγὼν, ὡς παρεῖναι καὶ τὰ ἀνδράποδα, ὥρκωσε τ̃ νόμων αὐτὸς φυλακὴν ποήσασθαι· καὶ τ̃ ὑπ' Θεοῦ διανοίας ἀκριβεῖς λογισὰς [q] ἡγουμένους, μηδὲν εἰς αὐτὸς μήτε συγγνώμῃ χαριζομένους, μήτ' εἰκότας φόβῳ, μήτε ἄλλην καθάπαξ αἰτίαν κυριωτέραν τ̃ τ̃ νόμων φυλακῆς ὑπολαμβάνοντας ὠφελῆσαι τοὺς. ἀλλ' ἄν τε τις τ̃ ἐξ αἵματος [r] συγχέαι καὶ καταλύειν ἐπιχειρῇ τὴν κατ' αὐτὸς πολιτείαν, ἄντε πόλις, ἀμύνειν [s] αὐτὸς καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν· καὶ κρατήσαντας μὲν ἐξ αὐτῶν ἀναστᾶν θεμελίων, καὶ μηδὲ τὸ ἔδαφος τ̃ ὑπονοηθέντων εἰ δυνατὸν καταλιπεῖν. εἰ δ' ἀσθενοῖεν λαβεῖν τὴν τιμωρίαν, αὐτὸ τὸ μὴ κ' βέλησιν ἰδίαν ταῦτα γενέσθαι δεικνύναι. καὶ τὸ μὲν πλῆθος ὤμνυεν.

9. [m] Τῶν δὲ κρατήρων χρύσεοι μὲν ἦσαν δύο· [n] φολιδωτοὶ δὲ εἶχον ἀπὸ τῆς βάσεως [o] μέχρι μέσης διαζώσματος τοῦ τορείαν, [p] λίθων τῆς περίας ποικίλων ἐνδεδεμένων. εἶτα [q] ἐπ' αὐτῇ [r] μαίανδρος, πηχυαῖος τὸ ὕψος, ἐξείργαστο κατὰ συνθέσιν λίθων παντοίων τοῦ ἰδέαν. κατ' αὐτὸ δὲ ῥάβδωσις ἀνεγέγλυπτο· καθ' ἧς πλέγμα ῥομβοειδὲς δικτύοις ἐμφερὲς ἕως μέσης χείλους ἀνείλκυσο. τὰ δὲ μέσα λίθων [s] ἀσπιδία τετραδακτύλων [t] ἀνεπλήρου τὸ κάλλος. [v] περιέφερε δὲ τὰ χείλη μέσου κρατῆρος κρίνων σμίλαξι καὶ ἀνθεμίσι καὶ βοτρύων χοινίαις εἰς κύκλον περιηγμέναις. [x] τὰς μὲν οὖν χρυσᾶς κρατῆρας, δύο [y] χωρουῦτας ἑκάτερον [z] ἀμφορέας, τῦτον κατεσκεύασαν τὸν τρόπον. οἱ δὲ ἀργύρεοι τῶν ἐσόπτρων τοῦ λαμπρότητα πολὺ διαυγέστεροι γεγένηντο, ὡς τραχυτέρας διὰ τῦτων τὰς τῶν [a] προσφερομένων ὄψεις ὁρᾶσθαι. προσκατεσκεύασε δὲ τῦτοις ὁ βασιλεὺς καὶ φιάλας τριάκοντα, ὧν ὅσαι χρυσοῦς ἦν, ἀλλὰ μὴ λίθῳ πολυτελεῖ διείληπτο, σμίλαξι κισσοῦ καὶ πετάλοις ἀμπέλων ἐσκίαστο φιλοτέχνως ἐντετορδυμένων. ταῦτα δὲ ἐγίνετο μὲν καὶ διὰ τοῦ ἐμπειρίαν τῶν ἐργαζομένων, θαυμασίων ὄντων περὶ τοῦ τέχνην, πολὺ δὲ μᾶλλον ὑπὸ τῆς βασιλέως προθυμίας καὶ φιλοπονίας διαφερόντως ὑπηρετίζετο. ὁ γὰρ τῆς χορηγίας τὸ ἄφθονον καὶ μεγαλόψυχον τοῖς τεχνίταις παρεῖχε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ χρηματίζειν τοῖς δημοσίοις πράγμασιν ἀπερισκώς, αὐτὸς τοῖς κατασκευάζουσι παρῶν, καὶ τοῦ ὅλου ἐργασίαν ἐπέβλεπεν. αἴτιον δὲ ἦν τῦτο τῆς τῶν τεχνιτῶν ἐπιμελείας, οἱ, πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τοῦ τῦτο προθυμοῦ ἀποβλέποντες, φιλοπονώτερον τοῖς ἔργοις προσελιπάρουν.

ι. Ταῦ-

[d] Αὐτοῖς ἦν] Eo modo *Hen.* & *C.* αὐτῆς in *reliquis.*

[e] Καθ' ὃ] Ἐφ' ὃν ἐπίκειται τὸ παρέλασμα τῶν ποδῶν. *Arist.* apud quem forsan πᾶν ἔλασμα scribendum.

[f] Ελασμα τῶν ποδῶν] Vid. mox sup. SPANH.

[g] Φιλοπόνῳ τῇ] *L. B.* Φιλοπονωτάτῃ.

[h] Βότρυσιν] *L. B.* καὶ βότρυσιν.

[i] Ακρου αὐτῶν] Sic *Hen.* (*L. B.*) & *NC.* ἐπάνω αὐτῶν in *Editis Alisique.*

[k] Τέχνης] Ita *MSS.* τέχνη μιμητῶν in *Editis.*

[l] Σχῆμα τῆς ὅλης κατασκευάσαι τραπέζης.] Apud *Aristeam*, ἐποίησαν δὲ τελμεῖς τὸ σῶμα [ἴσ. σχῆμα] τῆς τραπέζης οἱονεὶ τέλειτυχον.

[m] Τῶν δὲ κρατήρων χρύσεοι μὲν ἦσαν δύο· Φολιδωτὴν] Crateres *φωλιδωτοὶ· Rufin.* sculpturam viperam &c. *Gall. Interpr.* Sailles en ecailles. SPANH.

[n] Φολιδωτὴν] Ita ex *MSS.* & *Aristea.* φωλιδωτὴν perperam in *Editis.*

[o] Μέχρι μέσης διαζώσματος τὴν τορείαν,] Μέχρι μέσου *Arist.* HUDS. Athenæ lib. v. p. 205. C. τὸ δὲ ἐπισύλιον ὃν χρυσῦν τὸ ὅλον, ἐφ' ᾧ διάζωσμα ἐφήρμοστο, *Dalechamp.* cui diazoma adaptatum, in Not. ad verbum *præcinctio.* Vitruvius lib. v. c. VII. p. 90. gradus, diazomata, pluteos ubi *Philander* Præcinctiones, & veluti transversa cingula, i. e. interjectas gradibus areolas. SPANH.

[p] Λίθων ταῖς περίεως ποικίλων ἐνδεδεμένων.] Cum λίθων τε περίεως ποικίλων ἐνδεδεμένων habeat *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) & λίθων ταῖς περίεως ποικίλως ἐνδεδεμένων *Basil. G. Alisique*; placuit edere λίθων ταῖς περίεως ποικίλων ἐνδεδεμένων. Juxta *Aristeam*, τὴν δὲ λίθων ἀνὰ μέσον τῶν φολίδων συνδετὴν πολυτελῶς ἔχοντες &c.

[q] Επ' αὐτῇ] Iterum cum *Cod. Hen.* ἐπ' αὐτῇ *NC.* ἐπ' αὐτῆς in *ceteris.* εἶτα μαιανδρος ἐπίκειται *Arist.*

[r] Μαίανδρος, πηχυαῖος] Conf. præced. §. 8. SPANH.

[s] Ασπίδια τετραδακτύλων] Ασπιδίσκοι *Arist.* ἀσπίδι *Hen.* perperam.

[t] Ανεπλήρου] Ita *MSS.* ἀνεπλήρουν in *Editis.*

[v] Περιεφέρετο] Iterum ex *MSS.* ἐξειφέρετο male in *Editis.*

[x] Τὰς μὲν οὖν χρυσᾶς κρατῆρας,] Ita *MSS.* τῦτας in *Editis.*

[y] Χωρουῦτας] Sic *MSS. Aristeas* & *Vet. Interpr.* φορεῖτας in *Editis.*

[z] Αμφορέας,] Μετρητὰς *Aristeæ.*

[a] Προσφερομένων] Προσαχθέντων *Arist.* προφερομένων *Lugd. Bat.*

b Περι-

ι'. Ταῦτα μὲν τὰ πεμφθέντα εἰς Ιεροσόλυμα ὑπὸ Πτολεμαίου ἀναθήματα. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ελεάζαρος ἀναθεὶς αὐτὰ, καὶ πομπὴν τῆς κομιδῆς, καὶ δῶρα δοὺς τῷ βασιλεῖ κομίζειν, ἀπέλυσε πρὸς τὸν βασιλέα. παραγενομένων δὲ εἰς τὴν Αλεξάνδρειαν, ἀκούσας Πτολεμαῖος τὴν παρουσίαν αὐτῶν, καὶ τὴν ἑβδομήκοντα τῶν πρεσβυτέρων ἐλευθερίαν, ἅμα μεταπέμπει τὸν Ανδρέαν καὶ τὸν Αρισταῖον τοὺς πρέσβεις. οἱ δὲ ἀφικόμενοι, τάς τε ἐπιστολὰς, ἃς ἐκόμιζον αὐτῷ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως, ἀπέδοσαν, καὶ ὅσα φράζειν ἀπὸ λόγων ἐπύθετο, ταῦτα ἐδήλωσαν. παυσάμενον δὲ συντυχεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν Ιεροσολύμων ἥκουσι [b] πρεσβυτέροις [c] διὰ τὴν ἑρμηνείαν τῶν νόμων, τοὺς μὲν ἄλλους, ὡς χρείαν ἕνεκα παρεῖναι προέφαινεν, ἐκέλευσεν ἀπολύσαι, παραδόξου τοῦ πλήθους καὶ παρὰ τὸ ἔθος. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ πολλῶν αἰτιῶν ἀχθέντες, μετὰ πέμπτην ἡμέραν αὐτῷ παρέστησαν· οἱ δὲ πρεσβεύοντες, μετὰ μικρόν. τότε τοίνυν ἀπολύσας ἐκείνους, τοὺς πεμφθέντας ὑπὸ Ελεαζάρου περιέμενεν. ὡς δὲ παρῆλθον μετὰ τῶν δώρων οἱ γέροντες, ἃ τῷ βασιλεῖ κομίσαι ὁ ἀρχιερεὺς αὐτοῖς ἔδωκε, καὶ [d] τῶν διφθερῶν, αἷς ἐγγεγραμμένους εἶχον τοὺς νόμους [e] χρυσοῖς γράμμασιν, ἐπηρώτησεν αὐτοὺς περὶ τῶν βιβλίων. ὡς δὲ ἀποκαλύψαντες τῶν [f] ἐνειλημάτων [g] ἐπέδειξαν αὐτῷ, θαυμάσας ὁ βασιλεὺς τὴν ἰσχνότητα τῶν ὑμένων, καὶ τὴν συμβολὴν τὸ ἀνεπίγνωστον, ὅτῳ μὲν ἥρμοστο, καὶ τούτου πολὺν χρόνον πλείονι, χάριν εἶπεν ἔχειν αὐτοῖς τε ἐλθοῦσι, καὶ μείζονα τῷ πέμψαντι, μετὰ δὲ πάντων τῷ Θεῷ, ὃ τοὺς νόμους εἶναι συνεδέδωκεν. ἐκβοησάντων δὲ [h] ὑφ' ἓν καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν συμπαρόντων γίνεσθαι τὰ ἀγαθὰ τῷ βασιλεῖ, διὰ ὑπερβολὴν ἡδονῆς εἰς δάκρυα πεσεῖσθαι. φύσει τὸ μεγάλης χαρᾶς παρέχεσθαι καὶ τὰ τῶν λυπηρῶν σύμβολα. [i] κελεύσας δὲ τὰ βιβλία δοῦναι τοῖς διὰ τὸ τάξεως, τότε τοὺς ἄνδρας ἠσπάσατο· δίκαιον εἰπὼν εἶναι πρῶτον περὶ ὧν αὐτοὺς μετεπέμψατο ποιησάμενον τοὺς λόγους, ἔπειτα κἀκείνους προσφωνεῖν. τῇ μέντοιγε ἡμέραν, καθ' ἣν ἦλθον πρὸς αὐτὸν, ἐπιφανῆ ποιήσειν, καὶ κατ' πᾶν ἔτος ἐπίσημον εἰς ὅλον τὸ τῆς ζωῆς χρόνον, ἐπηγγείλατο. ἔτυχε δὲ ἡ αὐτὴ εἶναι τὸ παρουσίας [k] αὐτῶν, καὶ [l] τὸ νίκης, ἣν [m] Αντίγονον ναυμαχῶν ἐνίκησε. σωθῆναί τε αὐτῷ αὐτοὺς ἐκέλευσε, καὶ καταλύσεις αὐτοῖς προστάξαι δοθῆναι τὰς καλλίστας [n] πρὸς τῇ ἄκρᾳ.

ια'. Ο δὲ ἐπὶ τὸ τῶν ξένων ἀποδοχῆς τεταγμένος [o] Νικάνωρ, Δωροθέου καλέσας, ὃς εἶχε τὴν περὶ τούτων πρόνοιαν, ἐκέλευσεν ἑτοιμάζειν ἑκάστῳ τὰ δέοντα πρὸς τὴν διαίταν. διετέτακτο δὲ [p] τοῦτον ὑπὸ τοῦ βασιλέως τὸν τρόπον. κατὰ γὰρ πόλιν ἑκάστην, [q] ὅσοι ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις περὶ τὴν διαίταν, ἣν τούτων ἐπιμελόμενος, καὶ κατὰ τὸ τῶν ἀφικνουμένων πρὸς αὐτὸν ἔθος, πάντ' αὐτοῖς παρεσκεύαζεν, ἵνα τῷ συνήθει τρόπῳ τῆς δίαιτης διωκόμενοι μᾶλλον ἡδονῆς, καὶ πρὸς μηδὲν ὡς ἀλλοτρίως ἔχον δυσχερείνωσιν. ὃ δὴ καὶ περὶ τούτους ἐγένετο, Δωροθέου διὰ τὴν περὶ τὸν βίον ἀκρίβειαν ὑπὸ τούτοις καθεσταμένου. [r] συνέπρασσε δὲ πάντα

1. Congressus regis Ptolemæi & Seniorum LXXII.

10. Ista quidem donaria à Ptolemæo Hierosolyma *ad templum* missa *erant*. Atque pontifex Eleazarus, cum ea *in templo* collocasset, eosque honorasset qui ea attulerant, atque dona Regi ferenda *illis* dedisset, ad Regem *eos* remisit. At postquam *ii* Alexandriam pervenerunt, Ptolemæus, intellecto eorum adventu, & septuaginta senatorum *simul* venisse, protinus legatos Andream & Aristæum curat accersendos. Qui, ubi ad eum accesserunt, literas ei, quas à pontifice afferebant, tradiderunt; & omnia, quibus eos verbis interrogavit, declararunt. Ille vero cupiens senatores alloqui, Hierosolymis ob legum interpretationem venientes, reliquos, qui ob negotia forte aderant, dimitti jussit: id quod inusitate & contra ejus consuetudinem factum est. Qui enim ob hujusmodi causam adducebantur, quinto demum die eum conveniebant; legati vero post unum mensem. Tunc igitur, dimissis aliis, missos ab Eleazaro exspectavit. Atque ubi seniores illi advenerunt, dona secum sibi à pontifice ad Regem tradita, & membranas, in quibus scriptas aureis literis leges habebant, ferentes, interrogavit eos de iis libris. Cumque *eos* detractis tegumentis ei ostendissent, Rex, membranarum tenuitatem diutius admiratus, & indiscretas earum commissuras, ita enim *libri* apti erant & connexi, gratias se illis habere dicebat, qui venissent, & majores ei qui misisset, longe vero maximas Deo, cujus leges ut essent contigit. Cumque seniores, & qui una aderant, Regi uno clamore fausta omnia comprecati essent, pro nimio gaudio lachrymas emisit. ita *enim* à natura comparatum est, ut idem summæ lætitiæ, quod doloris, signum esset. Dein cum jussisset libros iis tradi, quorum id munus erat, tunc homines complexus est, dixitque æquum esse ut prius iis de rebus verba faceret, propter quas eos accersiviisset, ac deinde illos compellaret. Imo & diem quidem eorum adventus promisit sese insignem facturum, eundemque singulis annis, quamdiu ipse viveret, solenniter celebraturum. Nam fors ita tulit, ut idem dies esset eorum adventus, & victoriæ quam ipse de Antigono prælio navali reportarat. Igitur eos sibi convivas esse jussit, eisque sub ipsa arce dari pulcherrima hospitia.

Nicanoris jussu Dorotheus parat omnia LXXII. *senioribus necessaria.*

11. Nicanor autem, qui excipiendis hospitibus præerat, vocato Dorotheo, qui earum rerum procurationem habebat, jussit ut cuique pararet quæ ad victum pertinerent. erat autem ea res à Rege in hunc modum constituta. Nam in unaquaque urbium, quæ non eadem victûs ratione utebantur, erat qui hæc administraret, & hospitibus omnia ad ipsorum morem curanda pararet, ut consueta victûs ratione epulantes magis delectarentur, nec ulla re tanquam aliena offenderentur. Quod quidem tum illis quoque *senioribus* factum est, Dorotheo, quod accurate nosset omnia ad victum perti-

b Πρεσβυτέρους] *L. B.* πρεσβύτας.

c Επὶ τῇ ἑρμηνείᾳ τῶν νόμων,] Conf. supr. §. 1. SPANH.

d Τῶν διφθερῶν, αἷς ἐγγεγραμμένους εἶχον τοὺς νόμους χρυσοῖς γράμμασιν,] Confer supr. §. 1. SPANH.

e Χρυσοῖς γράμμασιν,] *Talmudici* in *Sopherim* librum Legis profanari dicunt, si aureis literis scribatur. Vide *Vogelsangii* Exercitationes Theologicas, p. 176 HUDS. At non licere aureis literis Legem scribere in Talmude Judæi ajunt. Id est, codices, qui in Synagogis aut templo servantur, non licet scribere aureis literis. Sed in usum privatum licet: tales in nostra patria inveniuntur. REL.

f Ενειλημάτων] Libri legis involuti ἐνειλήμασιν. hæc *pallia* dicuntur Tertulliano. REL.

g Επέδειξαν αὐτῷ,] Ita *MSS.* Επέδειξαν *Gen.*

h Υφ' ἓν καὶ τῶν] Ita *MSS.* ὑφὲν in *Edit. Basil.* HUDS. καὶ ex *L. B.* est additum. HAV. ὑφ' ἓν, uno ore. SPANH.

i Κελεύσας δὲ τὰ βιβλία δοῦναι] Κελεύσας δὲ εἰς τάξιν ἀποδοῦναι τὰ τεύχη, τοιαῦτα ἀσπαζόμενος τοὺς ἄνδρας, εἶπεν, δίκαιον εἶναι, ὧν χάριν ὑμᾶς μετεπεμψάμην, ἐκείνοις πρῶτον εὐθυμίαν ἀποδοῦναι, μὴ ταῦτα τοῖς δεξιοῖς ὑμῖν προτεῖναι *Aristæ.*

k Αὐτῶν,] Ita legisse visus est *Epiphan.* αὐτῆς in *Editis*, αὐτοῖς *Hen.* & *NC.*

l Τῆς νίκης, ἣν Αντίγονον ναυμαχῶν ἐνίκησε.] De classe Antigoni ab Ægypto fugata & instituto inde epulo à Ptolemæo, non Philadelpho quidem, sed patre ejus Lagi, vidend. Diodor. lib. xx. p 806. SPANH.

m Αντίγονον ναυμαχῶν ἐνίκησε.] Hac de re vide *Vogelsangium* in *Exercit. Theolog.* p 177. & *H. Hodium* de *Bibl. Text. Orig.* p. 56.

n Πρὸς τῇ ἄκρᾳ.] Πλησίον τῆς ἄκρας *Aristæ.*

o Νικάνωρ,] Hic Nicanor ἀρχιατρὸς dicitur *Aristea.*

p Τοῦτον ὑπὸ τοῦ βασιλέως τὸν τρόπον.] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* τούτων in *Editis.*

q Οσοι δὲ τοῖς αὐτοῖς] Οσοι τοῖς αὐτοῖς *Hen.* ἐν γὰρ ἕκαστα ταγμένοι ἀπὸ τοῦ βασιλέως. ὅσαι γὰρ πόλεις εἰσὶν, αἷς συγχρῶνται πρὸς τὰ ποτὰ καὶ βρωτὰ καὶ σωμικὰ, τοσοῦτοι καὶ σιτοποιοὶ ἦσαν *Aristæ.*

r Συνέπρασσε] *L. B* συνεπράττετο. Vetus, *præparaverat.* Forte συνεπόρισε. COCC.

tinentia, his rebus præfecto. Iſque per ſeipſum omnia ad illos accipiendos paravit, geminamque accubationem fecit, idque Regis juſſu. Imperavit enim Rex dimidiam eorum partem juxta ſe collocari, alteram vero partem in altera menſa poſt ſuam, nihil omittens quod illis honori eſſet. Poſtquam ita diſcubuerunt, mandat Dorotheo, ut quo ritu uterentur omnes, qui ad eum ex Judæa veniſſent, eodem iis miniſtraret. Itaque ſacros præcones, & ſacrificos, & alios quibus preces perage-re mos erat, ipſi viſum eſt repudiare: & hoſpitum unum, nomine Eliſſæum, ſacerdotem, rogavit ut precationem adhiberet. Atque is, ſtans in medio, Regi ejuſque ſubditis fauſta precatus eſt. Deinde omnes cum lætitia applauſerunt & acclamarunt: & eo facto ad epulas paratas ſe converterunt. Et Rex, cum moram, quantam ſatis eſſe judicabat, interpoſuiſſet, philoſophari cœpit, & ſingulis eorum quæſtionem aliquam naturalem proponebat, * etiam ad res quæſitas contemplandas. Cumque accurate de quavis re, quæ eis proponeretur, diſſererent, *Rex* iis delectatus per duodecim dies hujuſmodi convivium fecit. id quod cuiquam, qui quæſtiones in convivio agitatas ſingillatim ſcire deſiderat, licet cognoſcere ex Ariſtæi libello, quem hac de re conſcripſit.

Epulis à Rege excipiuntur.

Quæſtiones in convivio agitatæ.

Menedemus Philoſophus.

12. Cum autem eos non ſolum *Rex* demiratus eſſet, ſed & Menedemus philoſophus ultro fateretur, providentiam omnia gubernare & moderari, indeque plane eos ratiocinandi vim & pulchritudinem eſſe † indeptos, finis ſtatim id genus diſquiſitionibus imponitur. Tum vero Rex dicebat ſeſe jam maxima bona percepiſſe ex eorum adventu, (quippe qui ei profuerint quod ab eis didiciſſet regis officium) juſſitque ſingulis tria talenta dari, & *viros deputari* qui eos in hoſpitium deducerent. Deinde tribus peractis diebus, Demetrius iis aſſumptis heptaſtadium tranſgreſſus, aggerem in mari ad inſulam pertinentem, & tranſito ponte, cum boream verſus progreſſus eſſet, congregavit eos in domum prope littus exſtructam, ad contemplationem rerum ob ſolitudinem idoneam: & eis illuc perductis, rogabat, ut poſtquam omnia, quibus ad legis interpretationem opus eſſet, ad arbitrium ſuum haberent, negotium expedirent. Illi vero, ſummo ſtudio & labore ad legem accurate interpretandam aggreſſi, in ea ad horam diei nonam elaborabant: deinde corpori curando ſe dabant, iis quæ ad victum pertinerent large ſuppetentibus; ac præterea Dorotheo multa ex iis quæ Regi parata erant ipſius *Regis* juſſu illis afferente. Atque etiam *quotidie* bene mane ad regiam venientes, & Ptolemæum ſalutantes, eundem locum repetebant: & manus in mari lavantes, ſeque luſtrantes, ita demum ad legum interpretationem

Demetrius ducit LXXII. ſeniores in locum idoneum ad legem interpretandam.

διʼ αὐτοῦ τὰ πρὸς τὰς τοιαύτας ὑποδοχὰς, καὶ διημερῆ τὴν κλισίαν ἐποίησεν, ἕως προσάξαι τὸν βασιλέως. τοὺς μὲν οὖν ἡμίσεις ἐκέλευσεν ἀνὰ χεῖρα κατακλιθῆναι· τοὺς δὲ λοιποὺς μετὰ τὴν αὐτοῦ κλισίαν, ἑδὲν ἀπολιπὼν τὸ εἰς τοὺς ἄνδρας τιμῆς. ἐπὶ δὲ ἕτω κατεκλίθησαν, ἐκέλευσε τὸν Δωρόθεον, οἷς ἔθεσι χρώμενοι διατελοῦσι πάντες οἱ ἀπὸ τῆς Ιουδαίας πρὸς αὐτὸν ἀφιγμένοι, [s] καὶ ταῦτα ὑπηρεσίαν. [t] διὸ τοὺς ἱεροκήρυκας, καὶ θύτας, καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ τοῖς κατὰ χὰς ἐπιδιδοῦσι, [v] παρητήσατο· τὸ δὲ θρησκευόμενον ἕνα, [x] Ελιασαῖον ὄνομα, ὄντα ἱερέα παρεκάλεσεν ὁ βασιλεὺς ποιήσασθαι καθυχάς. ὁ δὲ, στὰς εἰς μέσον, ἠύξατο τῷ βασιλεῖ τὰ ἀγαθὰ, καὶ τοῖς δεχομένοις ὑπ' αὐτοῦ. εἶτα κρότου ἐξ ἁπάντων μετὰ χαρᾶς ἐκ βοῆς ἤρθη, καὶ παυσάμενοι πρὸς ὠμοχίαν καὶ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν παρεσκευασμένων ἐτράπησαν. διαλιπὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐφ' ὅσον ἔδοξεν ἀποχρῶντα καιρὸν εἶναι, φιλοσοφεῖν ἤρξατο· καὶ ἕκαστον αὐτῶν, λόγους ἐπηρώτα [y] φυσικούς, καὶ πρὸς τὴν τῶν ζητουμένων θεωρίαν. ἀκριβῶς δὲ ἐκείνων περὶ παντὸς ἀπεκρίνατο, ὁ λέγων αὐτοῖς προβληθείη, διασαφῶν, [z] ἡδόμενος τοιοῦτον ἐφ' ἡμέρας [a] δώδεκα [b] συμπόσιον ἐποιήσατο. ὡς τῷ βουλομένῳ τε καὶ μέρος γνῶναι τῶν ἐν τῷ συμποσίῳ ζητηθέντων εἶναι μαθεῖν, ἀναγνόντι [c] τὸ Αριστέου βιβλίον, ὃ συνέγραψε διὰ ταῦτα.

ιβ'. Θαυμάζοντος δὲ αὐτὸν, οὐ μόνον τὸν βασιλέως, ἀλλὰ καὶ [d] Μενεδήμου τοῦ φιλοσόφου [e] προνοίαν διοικεῖσθαι πάντα φήσαντος, [f] καὶ διὰ τοῦτ' εἰκὸς καὶ τὸν λόγου δύναμιν καὶ κάλλος εὑρῆσθαι, παύσονται μὲν πρὸς τούτων ἐπιζητοῦντες. γεγωνῆσθαι δὲ αὐτῷ τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ὁ βασιλεὺς ἔλεγεν, ἤδη παρόντων αὐτῶν· ὠφελῆσθαι γὰρ παρ' αὐτῶν μεμαθηκότα πῶς δεῖ βασιλεύειν· κελεύειν τε αὐτοὺς ἀεὶ τρία δοθῆναι τάλαντα, καὶ τοὺς ἀποκαθιστῶντας ἐπὶ τὸν κατάλυσιν. διελθόντων δὲ τριῶν ἡμερῶν, συνελαβὼν αὐτοὺς ὁ Δημήτριος, καὶ διελθὼν τὸ [g] ἐπτασταδιον, [h] χῶμα τῆς θαλάσσης πρὸς τὸν [i] νῆσον, καὶ διαβὰς [k] πρὸς τὸν γέφυραν, [l] προελθὼν ἐπὶ τὰ βόρεια μέρη, σταθέδριον ἐποίησεν ἐν τῷ συνεγγὺς τὸν νῆσον κατεσκευασμένῳ οἴκῳ, πρὸς διάσκεψιν πραγμάτων ἐρημίας καλῶς ἔχοντι ἀγαγὼν οὖν αὐτοὺς ἐκεῖ παρεκάλει, πάντων, ὧν ἂν δεηθεῖεν εἰς τὴν ἑρμηνείαν [m] τοῦ νόμου, παρόντων, ἀκωλύτως ἐπιτελεῖν τὸ ἔργον. οἱ δὲ, ὡς ἔνι μάλιστα φιλοτίμως [n] καὶ φιλοπόνως τὴν ἑρμηνείαν ἀκριβῆ ποιούμενοι, μέχρι μὲν ὥρας ἑνάτης πρὸς τῷ διετέλουν ὄντες· ἐπὶ δὲ τὸ τοῦ σώματος ἀπηλλάττοντο θεραπείαν, ἀφθόνως αὐτοῖς τῶν πρὸς τὴν δίαιταν χορηγουμένων, καὶ παρῆσαν τοῦ Δωρόθεου πολλὰ τῶν θεραπευομένων τῷ βασιλεῖ, παρίσταντο γὰρ, αὐτοῖς παρέχοντος. πρωὶ δὲ πρὸς τὴν αὐλὴν ἀφικνούμενοι, καὶ τὸν Πτολεμαῖον ἀσπαζόμενοι, πάλιν ἐπὶ τὸν αὐτὸν [o] ἀπῆσαν τόπον, [p] καὶ τῇ θαλάσσῃ τὰς χεῖρας ἀπονιπτόμενοι, καὶ καθαρούσης

[s] Καὶ ταῦτα ὑπηρετεῖν.] Καὶ ταῦτα καὶ τούτοις ὑπ. *Busb.*

[t] Διὸ τοὺς ἱεροκήρυκας,] Διὸ καὶ τοὺς *Hen.*

[v] Παρητήσατο·] Ita cum *MSS.* ἀφαιτήσατο in *Editis.*

[x] Ελιασαῖον ὄνομα,] Eleazarum appellat *Ariſteas.*

[y] Φυσικούς,] Ex *Ariſtea* conſtat ζητήματα iſta πολιτικὰ potius quam φυσικὰ exſtitiſſe. *Philo* (lib. 11. de *Vita Moſis*) λόγους vocat ἀστείους καὶ ἀποδείξεις.

* *Etiam ad res quæſitas contemplandas.*] Et ad contemplationem quæſtionis accendebat, *Epiphan.* Et ad propoſitum pertinentem, *Caſtal.*

[z] Ηὐδόμενος τοιοῦτον] Ηὐδόμενος τούτοις ἐφ' ἡμ. *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) ἡδόμενος μέντοι ὅτου ἐφ' ἡμ. *NC.* & dein in utroque τὸ συμπόσιον.

[a] Δώδεκα συμπόσιον] Ημέρας ἑπτὰ juxta *Ariſteam.*

[b] Συμπόσιον ἐποιήσατο.] *L. B.* τὸ συμπόσιον.

[c] Τὸ Αριστέου βιβλίον,] De Ariſtæo, adv. Apion. lib. 2. §. 4. SPANH.

[d] Μενεδήμου τοῦ φιλοσόφου] De eo videſis *H. Hodium* contra *Ariſteam*, c. VIII.

[e] Προνοίαν διοικεῖσθαι] Quod vero *Menedemus* dixit προνοίᾳ διοικεῖσθαι πάντα accepit à ſuo magiſtro *Platone*, qui primus philoſophorum hanc vocem uſurpavit, teſte *Diogene Laërtio.*

[f] Καὶ διὰ τοῦτ'] Cum *Ariſteas* habeat ἀκολουθεῖ πᾶσαν διοίκησιν καὶ λόγου καθοσιοῦν ἀπὸ θεοῦ κατέρχεσθαι, *Petitus* ſuſpicatur olim apud *Joſephum* ſcriptum fuiſſe, καὶ διὰ θεοῦ τὴν εἰκὸς καὶ τοῦ λόγου δύναμιν καὶ κάλλος αἱρεῖσθαι, *etiam per Deum, ut veriſimile eſt, & per bonam mentem, imperium & decus contingere.*

† *Indeptos*,] Ἀ Deo & προνοίᾳ, ut dicit *J. A. Fabricius*, qui locum ita interpretatur, *ideoque conſentaneum eſſe ſermonis etiam robur & pulchritudinem inde obtineri.*

[g] Επτασταδιον.] Vide *Valeſium* ad *Ammianum Marcellinum*, l. 22 c. 16. & *Hodium* contra *Ariſteam*, c. VIII.

[h] Χῶμα] *L. B.* χωμίον.

[i] Νῆσον,] Sc. Φάρου, de qua vide *Philonem*, l. 2. *de Vita Moſis*, p. 659.

[k] Πρὸς τὴν γέφυραν,] Apud *Ariſteam*, καὶ διαβὰς τὴν γέφυραν.

[l] Προελθὼν] Ita *Baſ. Altique.* προσελθὼν habent *nonnulli.*

[m] Τοῦ νόμου,] Ita *MSS.* τῶν νόμων in *Editis.* mox alii diſtinguunt, παρόντων ἀκωλύτως, ἐπ.

[n] Καὶ φιλοπόνως] Illud καὶ ἐ *MSS.*

[o] Απῆσαν] Sic *MSS.* ἀπίσαν in *Editis.*

[p] Καὶ τῇ —— ἐκβάπτοντος.] Purificationes per aquam marinam apud Gentiles itidem uſitatæ, unde Eurip. Iphig. Tau. v. 1039. πόντου τε πηγαῖς ἁγνίσαι βαλόσομαι· Philo autem θεοῖς θυόντων p. 848. C. docet, luſtrationes quidem à Gentilibus factas aqua marina aut fluviatili &c. θαλαττίῳ μὲ ποτοῖ, οἱ δὲ ποταμοῖς &c. Hebræorum verò purificationes Lege Moſis factas cinere præparato cum ignis reliquiis & tincto in eodem hyſſopi ramento. SPANH.

[q] Αὐ-

ρούσης

ρονῖες [q] αὐτὰς, ὅτως ὅπῃ τὴν τ νόμων ἑρμηνείαν ἐτελέσαντο. μεταχαφέντος δὲ τὸν νόμον, καὶ τὴν τῆς ἑρμηνείας ἔργον πάλιν ἐν ἡμέραις [r] ἑβδομήκοντα δυσὶ δεήσαντος, συναγαγὼν ὁ Δημήτριος τὸν Ἰουδαίων ἅπαντας εἰς τὸν τόπον ἔνθα μεταβληθήσονται οἱ νόμοι, παρόντων δὲ τῶν ἑρμηνέων, ἀνέγνω τούτους. τὸ δὲ πλῆθος ἀποδέξασθαι μὲν τὸν τοῦ συντάξαντος πρεσβυτέρους τὸν νόμον· [s] ἐπῄνεσαν δὲ τὸν Δημήτριον τὴν ὑπονοίας, ὡς μεγάλων ἀγαθῶν αὐτοῖς εὑρετὴν γεγενημένον, [t] παρεκάλεσάν τε δεῖναι τοῖς ἡγουμένοις αὐτῶν ἀναγνῶναι τὸν νόμον. [v] ἠξίωσάν τε πάντες, ὅ, τε ἱερεὺς τῶν ἑρμηνέων οἱ πρεσβύτεροι, καὶ τῶν πολιτευμάτων οἱ περιόντες, ἐπεὶ καλῶς τὴν τῆς ἑρμηνείας [x] ἀπήρτισεν, καὶ διαμεῖναι ταύτην ὡς ἔχει καὶ μὴ μετακινεῖν αὐτήν. ἀπάντων δὲ [y] αὐτῶν ἐπαινεσάντων τὸν γνώμην, σκέλασαι, εἴπερ ἢ περιττόν τι προσγεγραμμένον ἐρᾷ τῷ νόμῳ, ἢ λεῖπον, πάλιν ἐπισκοπῆσαι τοῦτο δὲ ποιῆσαι φανερὸν διορθῶν, σωφρόνως τοῦτο πράττοντες, ἵνα τὸ κριθὲν ἅπαξ ἔχειν καλῶς [z] εἰς ἀεὶ διαμείνῃ.

ιγ'. Ἐχάρη μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὅτι τούτῳ τὸν αὐτοῦ προαίρεσιν εἰς τὸ χρήσιμον ὁρῶν [a] πεπλεωμένον. ἥδη δὲ μάλιστα τῶν νόμων ἀναγνωσθέντων αὐτῷ, καὶ τὴν διάνοιαν καὶ τὴν σοφίαν ἐξεπλάγη τοῦ νομοθέτου· καὶ πρὸς τὸν Δημήτριον ἤρξατο ποιεῖσθαι λόγους, πῶς ὅτως θαυμαστὸς ὢν τῆς νομοθεσίας, οὐδεὶς ὅτι τῶν ἱστορικῶν αὐτῆς ὅτι τ ποιητῶν ἐπεμνήσθη; ὁ δὲ Δημήτριος, μηδένα τολμῆσαι τῶν νόμων τούτων ἀναγραφῆς [b] ἅψασθαι, διὰ τὸ θείαν αὐτὴν εἶναι καὶ σεμνὴν, ἔφασκε, καὶ ὅτι βλασφεῖν ἤδη τινὲς, τούτοις [c] ὑπεχρήσαντες, ὑπὸ δὲ Θεοῦ. δηλῶν [d] ὡς Θεόπομπός τε, βουληθεὶς ἱστορῆσαι [e] τι περὶ τούτων, ἐπεσχέθη τὴν διάνοιαν, πλείονα ἢ τριάκοντα ἡμέρας, καὶ προσηύξατο τὸν Θεὸν, ἐπεὶ ταύτην αὐτῷ ἦν πρόφασιν τῆς παραφροσύνης ὑπονοῶν· ὃ μὲν ἄλλα δέ τινα εἶδεν, ὅτι τότ' αὐτῷ συμβαίνει περιεργαζομένῳ τὰ θεῖα, [f] καὶ ταῦτ' ἐκφέρειν [g] ὅτι κοινὰς ἀνθρώπους θελήσειεν, καὶ ἀποχώμενον κατίδοι τὴν διάνοιαν. ἐδήλωσε δὲ περὶ [h] Θεοδέκτου δὲ τῶν τραγῳδῶν ποιητοῦ ἀναφέρεσθαι, ὅτι βουληθεὶς ἔν τινι δράματι τῶν ἐν τῇ ἱερᾷ βίβλῳ γεγραμμένων μυθῆναι, τὰς ὄψεις [i] γλαυκωθεῖη, καὶ σωισθὲν τὴν αἰτίαν ἀπαλλαγεῖη δὲ πάθους, ἐξιλασάμενον τὸν Θεόν.

ιδ'. Παραλαβὼν δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀπὸ δὲ Δημητρίου, καθὼς προείρηται, προσκυνήσας αὐτοὺς, ἐκέλευσε πολλὴν ποιεῖσθαι τῶν βιβλίων τὴν ἐπιμέλειαν, ἵνα διαμείνῃ ταῦτα καθαρῶς· [k] τοὺς τε ἑρμηνεύσοντας παρεκάλεσε συνεχῶς πρὸς αὐτὸν ἐκ τῆς Ἰουδαίας παραγίνεσθαι. τοῦτο γὰρ αὐτοῖς τε πρὸς τιμὴν τὴν παρ' αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὰς ἀπὸ τῶν [l] δωρεῶν ὠφελείας λυσιτελήσειν. νῦν μὲν γὰρ εἶναι δίκαιον αὐτοὺς ἐκπέμπειν ἔλεγε, ἑκουσίους δὲ πρὸς αὐτὸν ἐλθόντας τεύξεσθαι πάντων, ὧν ἥτε αὐτῶν ἐστι σοφία δικαία τυγχάνειν, καὶ ἡ ἐκείνου μεγαλοφροσύνη παρέχειν ἱκανή. τότε μὲν οὖν ἐξέπεμψεν αὐτοὺς, δοὺς ἑκάστῳ στολὰς ἀρίστας τρεῖς, καὶ χρυσοῦ τάλαντα δύο, καὶ κυλίκιον παλάν-

sese conferebant. Deinde transcripta lege, & interpretationis opere duobus & septuaginta diebus absoluto, Demetrius, congregatis eum in locum, in quo versæ leges fuerant, Judæis omnibus, præsentibus etiam interpretibus, eas recitavit. Et multitudo seniores, legis interpretes, approbavit: & Demetrii etiam inventionem collaudarunt, qui eis magnorum bonorum inventor exstitisset; ab eoque petierunt, ut etiam rectoribus suis legem legendam daret; postularuntque omnes, tum sacerdos, tum interpretum seniores, & reipublicæ administratores, ut quandoquidem recte haberet interpretatio, maneret ut erat, neve mutaretur. Cumque omnes eorum sententiam laudassent, jusserunt, ut si quis in lege vel superfluum aliquid scriptum videret, vel curtum, id iterum inspiceret, planumque redderet & corrigeret; sapienter hoc ipsum facientes, ut quod semel rectum judicatum esset, id perpetuo maneret. *Interpretatio legis absoluta & approbata.*

13. Et quidem Rex gavisus est, videns suum hac in re institutum utiliter perfectum. maxime autem lætatus est recitatis ei legibus, & legislatoris mentem atque sapientiam stupuit: itaque cum Demetrio verba facere cœpit, quî fieret, ut cum tam admirabilis esset ea lex, nullus nec historicorum nec poëtarum ejus meminisset? Ad quod Demetrius respondit, propterea neminem ausum * eam attingere, quod divina esset & augusta: jamque nonnullos, quoniam tale aliquid attentassent, læsos fuisse divinitus. Eique demonstravit, ut Theopompus, cum horum aliquid scribere instituisset, mentem plus quam triginta dies perturbatam habuisset; itaque intermittente malo, Deum precibus placasset, inde sibi insaniam ortam esse suspicatus: quinetiam in somnio vidisset id sibi propterea evenisse, quòd divina tractasset, & in profanum vulgus proferre voluisset; atque adeo, ubi destiterat, mentem ei constitisse. Narravit etiam *ei* de Theodecta tragico poëta, qui (ut perhibetur) cum voluisset in quadam fabula mentionem facere eorum quæ in sacro libro scripta forent, in oculorum morbum, quod glaucoma vocant, incidisset; & intellecta causa convaluisset; propitiato Deo. *Theopompus Historicus.* *Theodectes Poëta Tragicus.*

14. Rex igitur, libris à Demetrio ut supra memoratum est acceptis, eos veneratus, jussit diligentem curam illis haberi, ut iidem in integro manerent: hortatusque est interpretes, ut ad se frequenter ex Judæa venirent. id enim eis utile futurum, tum propter honorem quo eos affecturus, tum propter dona quibus ornaturus esset. Nunc quidem æquum esse dicebat ut eos dimitteret: verum si deinceps ad se sua sponte venirent, assequuturos omnia quæ & ipsorum sapientiæ deberentur, & à liberalitate sua præstari possent. Igitur eos tum dimisit, cum quidem unicuique tres egregias vestes, & auri talenta duo dedisset, & * calicem unius *Regis in interpretes benignitas.* *Dona interpretibus data & Eleazaro missa.*

q Αὐτὰς,] Ἑαυτὰς *NC.*

r Ἑβδομήκοντα] *Septuaginta dies* juxtà *Epiphanium*, numero rotundo.

s Ἐπήνεσαν δὲ] Ἐπήνεσεν *Hen.*

t Παρεκάλεσάν τε δεῖναι —— αὐτά.] Παρεκάλεσαν δ' ἂν *Hen.* & *Lugd. Bat.* HUDS. Conf. supr. §. 1. SPANH.

v Ἠξίωσάν] Ἀξιώσαντες πάντες *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *NC.*

x Ἀπήρτισεν,] Ἀπήρτιτο *Hen.*

y Αὐτῶν ἐπαινεσάντων τὴν γνώμην,] Αὐτῶν deëst *NC.*

z Εἰς ἀεὶ διαμείνῃ.] Ἐσαεὶ διαμείνῃ *NC.*

a Πεπλεωμένον.] Πεπλεωμένον, μάλιστα δὲ τὸν γ. *Busb.* πεπλησμένον, μάλιστα ὡς δὲ τὸν γ. *Hen.* & *NC.*

* *Eam attingere*,] *Vel*, legum illarum descriptionem suscipere.

b Ἅψασθαι,] Ἁψασθαι ἐπιχειρήσατο *Busb.* qui mox omittit Φασκε.

c Ἐπιχειρήσαντος,] Ἐγχειρήσαντες *Hen.* & *Busb.*

d Ὡς Θεόπομπός τε,] Ὡς ὁ Θεόπομπος *NC.*

e Τι περὶ τούτων,] Illud τι non agnoscit *Lugd. Bat.* & forsan non est ab Josepho, quum plerique etiam *MSS.* sicut & *L. B.* paullo post habeant καὶ ταῦτ' non καὶ τοῦτ'. HAV.

f Καὶ ταῦτ' ἐκφέρειν] Ita *MSS.* καὶ τοῦτ' ἐκφέρειν in *Editis.*

g Ἐπὶ κοινὰς] L. B. εἰς κοινὰς.

h Θεοδέκτου] Θεαιτήτου *Hen.* Verum non dubito quin vera lectio sit Θεοδέκτου: atque apud *Syncellum* pro Θεοδέκτης τραγῳδὸς legendum Θεοδέκτης τραγικός. HUDS. Legit quoque Θεαιτήτου *L. B.* verum altera atque vera lectio ad marg. adscribitur. HAV. Theodectes Tragœdiarum Scriptor; cujus meminit Aristotel. de Poët. c. XVII. SPANH.

i Γλαυκωθείη,] Ita cum *Gall.* & *Cod. NC.* γλαυκωθεὶς in *cæteris.*

k Τούς τε ἑρμηνεύσοντας] Hinc colligit *Is. Vossius* (de LXXII. *Interpr.* cap. VIII.) istos Interpretes, si non omnes, saltem complures postea quoque Ægyptum petiisse, & quidem sæpius: ac tum demum cæteros (præter *Pentateuchum*) S. Scripturæ libros Græce vertisse. Videsis *Vogelsangium* in *Exercitt. Theolog.* p. 211. & *H. Hodium* contra *Aristeam.*

l Δωρεῶν ὠφελείας λυσιτελήσειν.] Δώρεαν in *MSS.*

* *Calicem unius talenti*,] *Potius* poculorum thecam, *juxta Casaubonum*, *ad Athenæi* lib. XI. c. 3.

unius talenti, & tori veſtem ſtragulam. Et hæc quidem ipſis dono dedit. Pontifici autem Eleazaro per eos miſit decem lectos argenteis pedibus, unà cum eorum inſtrumento, & calicem talentorum triginta. Præterea veſtes decem, & purpuram, & elegantem coronam, & byſſinæ telæ ulnas centum: & inſuper phialas, & catinos, & pocula, & crateras duos, in templo reponendos. Hortatus eſt etiam eum per literas, ut ſi qui illorum hominum ad ſe venire vellent, permitteret: quandoquidem plurimi faceret cum illis, qui eruditione præcellerent, colloquia ferere; ſibique gratiſſimum eſſet, opes ſuas iſtiuſmodi viris impendere. Atque ea quidem id genus ſunt, quæ † Ptolemæus Philadelphus in Judæorum gloriam & honorem præſtitit.

τα, καὶ τὴν [m] ἐν συμποσίῳ σφαγήν. καὶ ταῦτα μὲν ἐκείνοις ἔχειν ἐδωρήσατο. τῷ δὲ ἀρχιερεῖ Ελεαζάρῳ δι' αὐτῶν ἐπέμψε κλίνας ἀργυρόποδας δέκα, καὶ τὴν ἀκόλουθον αὐτῶν ὑπηρεσίαν, καὶ κυλίκιον τάλαντα [n] τριάκοντα. πρὸς τούτοις ἦ καὶ [o] στολὰς δέκα, καὶ πορφύραν, καὶ στέφανον διάπρεπῆ, καὶ βυσσίνης ὀθόνης ἴσας ἑκατόν· ἔτι γε μὴν φιάλας, καὶ τρυβλία, καὶ σπονδεῖα, καὶ κρατῆρας χρυσοῦς πρὸς ἀνάθεσιν δύο. παρεκάλεσε δὲ αὐτὸν καὶ διὰ τῶν ὑπηρετῶν, ὅπως [p] εἴ τῶν ἀνδρῶν τούτων [q] θελήσειέν τινες πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, ὑπαντήσῃ· ὡς πολλῶν ποιουμένῳ τὴν μετὰ τῶν ἐν παιδείᾳ τυγχανόντων συνουσίαν, καὶ τὸ κάλλιστον εἰς τοὺς τοιούτους ἡδέως ἔχων καταπίπτοντα. καὶ τὰ μὲν εἰς δόξαν καὶ τιμὴν [r] τῶν Ιουδαίων τοιαῦτα ἔσχε παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ φιλαδέλφῳ συνέβη γενέσθαι.

III. CAP. III.

Ut Judæorum gentem honore affecerunt reges Aſiæ, & conditarum à ſe urbium civitate donaverunt.

ΚΕΦ. γ'.

Πῶς ἐτιμήσαν οἱ τῆς Ασίας βασιλεῖς τὸ Ιουδαίων ἔθνος, καὶ πολίτας ἐποίησαν ἐν αὐτῶν κλισθείσαις πόλεσιν.

Immunitates Judæis à Seleuco Nicatore conceſſæ.

CONſequuti ſunt & ab Aſiæ regibus honorem, quoniam ſub eis militaſſent. Etenim Seleucus Nicator, in iis urbibus quas condidit in Aſia & inferiore Syria, & in ipſo regni capite Antiochia eos civitate donavit, & eodem quo Macedones & Græcos ibidem collocatos numero habuit: quo jure etiamnum utuntur. Argumento eſt, quòd Judæis, nolentibus alieno oleo uti, certa pecuniæ ſumma pro olei pretio ſolvitur à gymnaſiorum præfectis. Quem morem cum Antiochenſis populus proximo bello abrogare conaretur, Mucianus (qui tum Syriæ prætor erat) tamen retinuit. Et poſtea orbis terrarum imperium tenente Veſpaſiano, & Tito ejus filio, orantes Alexandrini & Antiochenſes, ut Judæi privarentur jure civitatis, non impetrarunt. Unde illud perſpici & intelligi poteſt, quanta æquitate & magnanimitate erant Romani, præcipue vero Veſpaſianus & Titus. qui licet multos contra Judæos bellando labores ſuſtinuerant, & acerbe tulerant, quod deditionem facere noluerint, ſed pugnantes ad extremum manſerint, nulla tamen re jus ipſorum prædictum imminutum eſſe voluerunt: verum & iræ qua olim exarſerunt, & populi tam Alexandrini quam Antiocheni, utut magni eſſent, precibus reſtiterunt, adeo ut ne minimum quidem vel ſuæ in illos benevolentiæ, vel nefariorum quos oppugnarunt odio conceſſerint, ad minuendam erga Judæos benignitatem; dicentes, eos qui contra ſe arma tulerant & pugnam inierant jam ſatis ſuppliciorum dediſſe, eos vero qui nihil peccaverant haud æquum ſuis ſpoliari privilegiis.

Ἔτυχον δὲ καὶ τῶν βασιλέων τῆς Ασίας τιμῆς, ἐπειδὴ συνεστράτευσαν αὐτοῖς. καὶ γὰρ Σέλευκος ὁ [t] Νικάτωρ, ἐν αἷς ἔκτισε πόλεσιν ἐν τῇ Ασίᾳ καὶ [v] τῇ Κάτω Συρίᾳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει Αντιοχείᾳ πολιτείας αὐτοὺς ἠξίωσε, καὶ τοῖς ἐνοικισθεῖσιν [x] ἰσοτίμους [y] ἀπέδειξε Μακεδόσι καὶ Ελλησιν, ὡς καὶ [z] ἔτι καὶ νῦν διαμένειν. [a] τεκμήριον δὲ τοὺς Ιουδαίους, μὴ βουλομένους ἀλλοφύλῳ [b] ἐλαίῳ χρήσασθαι, λαμβάνειν ὡρισμένον τι [c] παρὰ τῶν γυμνασιαρχῶν εἰς ἔλαιον [d] τιμὴν ἀργύριον. ὁ δὲ δῆμος τῶν Αντιοχέων ἐν τῷ νῦν πολέμῳ λύσας ὠφειλημένην, Μουκιανὸς ἡγεμὼν ὢν τότε τῆς Συρίας ἐτήρησε. καὶ μὴν ταῦτα κρατήσαντι Οὐεσπασιανῷ καὶ Τίτῳ τῷ υἱῷ αὐτοῦ τῆς οἰκουμένης, δεηθέντες οἱ Αλεξανδρεῖς καὶ Αντιοχεῖς, ἵνα τὰ δίκαια τῆς πολιτείας μηκέτι μένῃ τοῖς Ιουδαίοις, οὐκ ἐπέτυχον. [e] ἐξ ὧν τις ἂν καταγνοίη τὴν Ρωμαίων ὑπιείκειαν καὶ μεγαλοφροσύνην, μάλιστα δὲ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου. ὅτι καί τοι πολλὰ πονήσαντες ἐν τῷ πρὸς Ιουδαίους πολέμῳ, καὶ πικρῶς πρὸς αὐτοὺς ἔχοντες ὅτι μὴ παρέδοσαν τὰ ὅπλα αὐτοῖς, μέχρι δὲ ἐσχάτης παρεμοῦντες ὑπέμειναν, ὅμως αὐτοὺς τῶν ὑπαρχόντων καὶ τῆς τεθραμμένης πολιτείας [f] ἀφεῖλον· ἀλλὰ καὶ τὸ πρότερον ὀργῆς καὶ τῶν Αλεξανδρέων καὶ Αντιοχέων δήμων [g] μεγίστων ὄντων διαλλαγὰς ἐποιήσαντο, ὥστε μηδὲν μηδ' ὑπὸ τοῦ πρὸς τούτους χαλεπῶς, μηδ' ὑπὸ τοῦ πρὸς τοὺς πολεμήσαντας μισοπονηρίας ἐνδόξους, πρὸς τὸ λύσαι τι τῶν δικαίων τοῖς Ιουδαίοις φιλανθρώπων, ἀλλὰ τοὺς ὑπαρχόντας αὐτοῖς ὅπλα καὶ χωρήσαντας διὰ μάχης δεδωκέναι τιμωρίαν φήσαντες, [h] τοὺς δὲ οὐδὲν ἐξαμαρτόντας οὐ [i] δίκαιον ἀποστερεῖν τῶν ὑπαρχόντων.

Jus civitatis Antiochenſis Judæis conſervatum.

m Τῷ συμποσίῳ σφαγήν.] Totumque convivatorium *Ruſin.* SPANH.

n Τριάκοντα.] Ita edidit *Hudſ.* atque etiam expreſſe legitur in *L. B.* ſed *Gen.* λ'. HAV.

o Στολὰς δέκα, καὶ πορφύραν,] Ita *MSS. Epiph.* & *Ariſteas.* καὶ στολὰς δώδεκα πορφυρᾶς in *Editis.*

p Εἴ τῶν ἀνδρῶν τούτων] Εἴποτε *NC.*

q Θελήσειέν τινες] Θελήσειάν τινες *Hen. Gall.* & *Busb.* θελήσειεν τινες in *reliquis.*

r Τῶν Ιουδαίων] *L. B.* Ιουδαίοις.

† *Ptolemæus Philadelphus in Judæorum gloriam & honorem præſtitit.*] De *Ptolemæi Philadelphi* magnificentia vide *Caſaub.* ad *Athenæi* lib. v. c. 9.

s Ετυχον δὲ] In *Cod. NC.* (cui titulus Πτολεμαϊκὸν) Μετὰ δὲ τὸν Φιλάδελφον τὴν βασιλείαν κατέσχε Πτολεμαῖος ὁ καλούμενος Εὐεργέτης, ἐπὶ ὅλοις ἔτεσιν κε'. τὴν δὲ τιμὴν τῆς ἀρχιερωσύνης μὴ Ελεάζαρος ὁ θεῖος αὐτοῦ Μανασσῆς παρέλαβεν, μὴ δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ Μανασσῆ γέγονεν ἀρχιερεὺς Ονίας Σίμωνος ὢν ὁ υἱὸς δὲ Δικαίου. Σίμων δὲ ἦν ἀδελφὸς Ελεαζάρου. ἀπέβαινε δὲ καὶ Ονίας τὴν ἀρχιερωσύνην Σίμωνι τῷ παιδὶ καταλιπών. ἔτυχε δὲ καὶ τὸ τῶν Ιουδαίων ἔθνος καὶ πόλις τῆς &c.

t Νικάτωρ,] Ita *NC.* & *Busb.* cum *antiquis nummis.* Νικάνωρ in *reliquis.*

v Τῇ Κάτω Συρίᾳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει Αντιοχείᾳ] Antiochia Metropolis τῆς κάτω Συρίας ſ. τῆς κοίλης Συρ. conf. infr. lib. 13. c. 7. §. 2. SPANH.

x Ισοτίμους ἀπέδειξε Μακεδόσι καὶ Ελλησιν, ὡς καὶ νῦν διαμένειν.] Conf. ſupr. c. 1. §. 1. SPANH.

y Απέδειξε Μακεδόσι] Απέφηνε *Busb. Hen.* & C.

z Ετι καὶ νῦν διαμένειν.] Εως καὶ νῦν *C.*

a Ελαίῳ χρήσασθαι,] Τεκμήριον δὲ τούτου τὸ τοὺς *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.* τεκμήριον δὲ τὸ τοὺς C.

b Ελαίῳ χρήσασθαι,] Moris fuit Græcorum oleum præbere, in gymnaſiorum dedicatione: eorumque exemplum ſequutus eſt Nero, referente *Tacito* in *Annalium* lib. XIV. *Gymnaſium eo anno dedicatum à Nerone, prebitumque oleum equiti, ſenatui, Græca facilitate.* Idemque de eo teſtatur *Sueton.* in *Nerone*, c. 12.

c Παρὰ τῶν γυμνασιαρχῶν εἰς ἔλαιον τιμὴν ἀργύριον.] Nefas enim Judæis uti Oleo non præparato à tribulibus, qua de re *alibi.* lib. 2. c. 21. §. 2. & Vita Joſephi §. 13. SPANH.

d Τιμὴν ἀργύριον.] Τίμησιν *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.*

e Ἐξ ὧν] Ἐξ ὅ *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *NC.*

f Αφείλοντο·] Ita cum *C.* & *NC.* ἀφείλαντο in *Editis Aliiſque.*

g Μεγίστων ὄντων διαλλάξεως] Μεγίστων ὄντων *NC.*

h Τοὺς δὲ οὐδὲν ἐξαμαρτόντας] Τοὺς οὐθὲν vel τοὺς οὐδὲν in *MSS.*

i Οὐ δίκαιον ἀποστερεῖν] Οὐκ εἶναι δίκαιον *Hen.* (& *Lugd. Bat*) οὐκ ἔστι δίκαιον *NC.*

β'. Ο-

k Σι-

β'. Ομοιον δέ τι τούτων καὶ Μάρκον Αγρίππαν φρονήσαντα περὶ τῶν Ιουδαίων οἴδαμεν. τῶν γὰρ Ιώνων κινηθέντων ἐπ' αὐτοὺς, καὶ δεομένων τοῦ Αγρίππα, ἵνα τὰ πολιτικὰς [a] αὐτοῖς ἔδωκεν Αντίοχος [k] ὁ Σελεύκου ἔγγονος, [l] ὁ καλούμενος παρὰ τοῖς Ελλησι Θεὸς λεγόμενος, μόνοι [m] μετέχωσιν, ἀξιούντων δ' εἰ συγγενεῖς εἰσιν αὐτοῖς Ιουδαῖοι, σέβεσθαι τοὺς [n] ἰδίους αὐτῶν θεοὺς, καὶ δίκης περὶ τούτων συστάσης, ἐνίκησαν οἱ Ιουδαῖοι τοῖς [o] αὐτῶν ἔθεσι χρῆσθαι, συνηγορήσαντος αὐτοῖς Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ. ὁ γὰρ Αγρίππας ἀπεφήνατο, μηδὲν αὐτοῖς καινίζειν ἐξεῖναι. τὸ δ' ἀκριβὲς εἴ τις βούλοιτο καταμαθεῖν, ἀναγνώτω τοῦ Νικολάου ἱστοριῶν τῷ [p] ἑκατοστῷ καὶ εἰκοστῷ τρίτῳ καὶ τεσσαρτῷ. περὶ μὲν οὖν τοῦ τοῦ Αγρίππου κρίσεως, οὐκ ἔστιν ὅσως θαυμάζειν, ὁ γὰρ ἐπολέμει τότε Ρωμαίοις τὸ ἡμέτερον ἔθνος. Οὐεσπασιανοῦ δ' ἂν τις καὶ Τίτου τῷ μεγαλοφροσύνῃ εἰκότως ἐκπλαγείη, μὴ [q] πολέμους καὶ τηλικούτους ἀγῶνας, οὓς ἔσχον πρὸς ἡμᾶς, μετριοπαθησάντων. [r] ἐπανάξω ἤδη τὸν λόγον ὅθεν γοῦν ὀλίγον παρέβην ἐξέβλυσε.

γ'. Τοὺς γὰρ Ιουδαίους, ἐπ' [s] Αντιόχου τοῦ Μεγάλου βασιλεύοντος τῆς Ασίας, ἔτυχεν αὐτούς τε πολλὰ παλαιπωρῆσαι τῆς γῆς αὐτῶν κακουμένης, καὶ τοὺς τοῦ Κοίλου Συρίαν νεμομένους. πολεμουμένου γὰρ αὐτοῦ πρὸς τὸν [t] Εὐπάτορα Πτολεμαῖον, καὶ πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πτολεμαῖον, τὸν [v] κληθέντα Επιφανῆ, κακοπαθεῖν συνέβαινεν αὐτοῖς καὶ νικῶντος, καὶ παίοντος ταὐτὰ πάσχειν. ὡς' ὅδεν ἀπέλφιν χειμαζομένης νεὼς, καὶ πνεομένης ἑκατέρωθεν ὑπὸ τῶν κλύδωνος, μεταξὺ τῆς Συρίας τοῦ Αντιόχου καὶ τοῦ θατέρου αὐτοῦ τροπῆς τῶν πραγμάτων κειμένοις. [x] νικήσας μέντοι τὸν Πτολεμαῖον ὁ Αντίοχος, τῆς Ιουδαίαν [y] προσάγεται. τελευτήσαντος δὲ Φιλοπάτορος, [z] ὁ παῖς αὐτοῦ μεγάλῃ ἐξέπεμψε δυνάμει, καὶ [a] στρατηγὸν [b] Σκόπαν, [c] ἐπὶ τοὺς ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ· ὃς πολλάς τε αὐτῶν πόλεις ἔλαβε, καὶ τὸ ἡμέτερον ἔθνος. πολεμούμενον [d] γὰρ αὐτῷ προσέβη. μετ' οὐ πολὺ δὲ τὸν Σκόπαν Αντίοχος νικᾷ, συμβαλὼν αὐτῷ [e] πρὸς [f] ταῖς πηγαῖς τοῦ Ιορδάνου, καὶ πολλοὺς αὐτοῦ τοὺς στρατιώτας διέφθειρεν. [g] ὕστερον δὲ Αντίοχος κρατήσας τὰς ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ πόλεις, ἃς ὁ Σκόπας καθεῖλε, καὶ τὴν Σαμάρειαν, ἐκουσίως αὐτῷ προσέβησαν Ιουδαῖοι, καὶ τῇ πόλει δεξάμενοι, [h] πάσῃ αὐτοῦ τῇ στρατιᾷ τοῖς ἐλέφασιν [i] ἀφθονίαν παρέσχον, καὶ τοὺς ὑπὸ Σκόπα καθαλειφθέντας ἐν τῇ ἄκρᾳ τοῦ Ιεροσολύμων φρουροὺς πολιορκοῦντι προθύμως συνεμάχησαν. ὁ οὖν Αντίοχος, δίκαιον ἡγησάμενος τὸν τῶν Ιουδαίων πρὸς αὐτὸν προθυμίαν ἀμείψασθαι, γράφει τοῖς τε στρατηγοῖς αὐτοῦ καὶ τοῖς φίλοις, [k] μαρτυρῶν τοῖς Ιουδαίοις [l] ὑπὲρ ὧν εὖ πρὸς αὐτῶν πάθοι, καὶ τὰς δωρεὰς, ἃς ὑπὲρ τούτων λέγων προσέταξεν

2. Marcum quoque Agrippam similiter affectum erga Judæos novimus. Nam cum Ioues, commoti adversus Judæos, Agrippam orassent, ut civitate, quam eis dederat Antiochus Seleuci nepos, is qui apud Græcos Deus appellatur, soli fruerentur, postularentque, ut si Judæi eorum essent cognati, eosdem cum ipsis deos colerent, atque ea de re judicium esset constitutum, obtinuerunt Judæi, ut sibi solitis moribus uti liceret, usi patrocinio Nicolai Damasceni. Agrippa enim pronunciavit, nihil sibi innovare fas esse. Quæ exactius si quis nosse cuperet, ipsum Nicolaum Damascenum legat Historiarum libro centesimo vicesimo tertio & quarto. Verum Agrippæ sententiam nihil est quod miremur; ea enim tempestate gens nostra bellum non gerebat adversus Romanos. Vespasiani autem & Titi magnanimitatem merito quis obstupescat, qui, post tot bella & certamina nobiscum, non minore in nos erant facilitate. Sed eo jam, unde huc digressa est, revertatur oratio. *Marcus Agrippa benignus Judæis. Nicolaus Damascenus. Vespasiani & Titi in Judæos merita.*

3. Regnante in Asia Antiocho Magno, accidit ut tum Judæi terra eorum vastata, tum qui Cœlen-Syriam incolebant, multa adversa paterentur. Eo enim belligerante adversus Ptolemæum Eupatorem, & ejus filium cognomine Epiphanem, contigit illis, ut si is superior fuerit, affligerentur, si inferior, plane eadem paterentur: adeo ut haud dissimiles essent navi in tempestate, fluctibus utrinque vexatæ, ut qui in medio jacerent, dum & Antiocho res prospere cederent & in contrarias partes mutarentur. Attamen victo Ptolemæo, Antiochus Judæam occupavit. Deinde mortuo Philopatore, ejus filius magnam manum, & ducem Scopam, misit contra Cœles-Syriæ incolas: qui multas eorum urbes, necnon gentem nostram cepit. oppugnata enim, in ejus partes concessit. Non multo post, Scopam prælio vicit Antiochus, ad fontes Jordanis, magnamque ejus copiarum partem delevit. Postea vero cum Antiochus eas Cœles-Syriæ urbes, quas Scopas obtinuerat, Samariamque subegisset, Judæi ultro deditionem fecerunt, eumque urbe admiserunt, & ejus omni exercitui & elephantis omnia abunde suppeditarunt, & relictos à Scopa in arce Hierosolymitana præsidiarios oppugnantem strenue adjuverunt. Itaque Antiochus æquum esse judicans, ut Judæorum erga se studium & liberalitatem remuneraretur, literas scripsit ad suos duces & amicos, testimonium perhibens Judæis, quam præclare de ipso meriti fuerint, simulque significans quæ munera illis vicissim dare decreverat. Atque earum exemplar subjiciam, *Scopas, in Cœles-Syriæ incolas missus: victus ab Antiocho. Antiocho M. se dedunt Judæi.*

---

k Σελεύκου ἔγγονος,] Σελεύκου Busb. Σελεύκου ὑὸς Hen.

l Ο καλούμενος παρὰ τοῖς Ελλησι Θεὸς λεγόμενος,] Antiochus Seleuci Nepos, Græcis Θεὸς dictus, nempe à Milesiis. Appian. Syriac. p. 210. SPANH.

m Μετέχωσιν,] Ita cum Cod. Busb. μετέλθωσιν in reliquis. in Epiphanii versione, soli possiderent.

n Ιδίους] Abest a L. B.

o Αὐτῶν ἔθεσι χρῆσθαι,] Eo modo in NC. & Lugd. Bat. ex quo præterea illud οἷς additur. αὐτοῖς in cæteris. in Epiphanii versione, ut suis uterentur moribus.

p Ἑκατοστῷ καὶ εἰκοστῷ τρίτῳ καὶ τεσσαρτῷ.] Sic MSS. & Vet. Interpr. (L. B. καὶ εἰκοστῷ καὶ τεσσαρτῷ.) τῷ ρκγ'. καὶ δ'. Bas. τῷ ἑκατοστῷ εἰκοστῷ τρίτῳ καὶ τετ. Gen.

q Πολέμους καὶ τηλικούτους ἀγῶνας,] Ita MSS. & Epiphan. πόλεμοι in Editis.

r Ἐπανάξω δὲ] Ἐπανάξω οὖν τὸν λόγον ὅθεν ἐπὶ ταῦτ' ἐξέβη Hen. & Lugd. Bat.

s Ἀντιόχου ——— Ἐπιφανῆ,] De Antiocho Magno, ut & ejus bellis cum Ptolemæo Philopatore & Ptolem. Epiphane, vid. Polyb. lib. v. c. LXXXV. SPANH.

t Εὐπάτορα Πτολεμαῖον,] Alibi constanter *Philopatorem* eum vocat.

v Κληθέντα Ἐπιφανῆ,] Ἐπικληθέντα in MSS. Plenius in Cod. NC. ad hunc modum. πολεμοῦντος δὲ αὐτοῦ πρὸς Φιλοπάτορα Πτολεμαῖον (ὃς ἦν δὲ μὴ τοῦ Εὐεργέτου ἀλλὰ Αἰγύπτου ἐβασίλευσεν) πολεμοῦντος δὲ καὶ πρὸς τοῦτον τὸν Πτολεμαῖον, ἐπικληθέντα δὲ Ἐπιφανῆ, καὶ νικῶντος, καὶ παίοντος ταὐτὰ πάσχειν. &c.

x Νικήσας μέντοι] Ὅτε μέντοιγε διεπεράσθη εἰς τὸ ἔθνος ἡμῶν Πτολεμαῖος ἐν τῷ δευτέρῳ τοῦ Πτολεμαϊκῶν ἐκεῖνον ἔρει,) νικήσας &c. NC.

y Προσάγεται.] Προσηγάγετο NC.

z Ο παῖς αὐτοῦ μεγάλῃ ἐξέπεμψε δυνάμει,] Ο παῖς Πτολεμαῖος ὁ Επιφανὴς μεγάλῃ NC. Melius (inquit Fac. Cappellus in Hist. S. & Exot. ad A. M. 3797.) Eusebius hæc tribuit Ptolemæo Philopatori viventi, quam Epiphani infanti. Contra Usserius (in Ann. V. Test.) ad A. M. 3800.

a Στρατηγὸν Σκόπαν, ἐπὶ τοὺς ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ·] Vid. Polyb. Exc. Vales. p. 76. SPANH.

b Σκόπαν,] Vide *Excerpta Valesiana*, p. 77. & Hieronymum in Danielis cap. XI.

c Ἐπὶ τοὺς] Absunt à L. B. Scribæ incuria.

d Αὐτῷ προσέβη.] Παρ' αὐτῷ Hen. NC. & Vet. Interpr.

e Πρὸς ταῖς πηγαῖς] Περὶ τὸ Πάνιον in Excerptis Vales.

f Ταῖς ——— πόλις,] Vid sup. lib. 8. c. 8. §. 4. & infr. lib. 13. c. 9. §. 2. SPANH.

g Ὕστερον ——— πόλεις,] Polyb. Excerpt. p. 77. & 79. ἐν Κοίλῃ Συρίᾳ περὶ τὸ Πάνιον· SPANH.

h Πάσῃ αὐτοῦ τῇ στρατιᾷ] Πᾶσαι NC.

i Ἀφθονίαν] Φιλίαν NC.

k Μαρτυρῶν τοῖς Ιουδαίοις] Ita Hen. C. NC. & Epiphan. μαρτυρῶν τε τοῖς in cæteris.

l Ὑπὲρ ὧν εὖ πρὸς αὐτῶν πάθοι,] Iterum ex iisdem MSS. ὑπὲρ ὧν εὖ πάθοι πρὸς αὐτῶν in Editis Aliisque.

jiciam, cum prius narraverim quæ ad fidem verbis noſtris faciendam ſcripſit Polybius Megalopolitanus. Nam in hiſtoriarum ejus libro decimo ſexto ita dicit. "Scopas autem copiarum Ptole-
Polybius Megalopolitanus. "mæi dux, ad regiones ſuperiores verſo impetu, "per hyemem Judæorum gentem ſubegit." Eodem etiam in libro refert; "quomodo, Scopa "ab Antiocho ſuperato, Antiochus Batanæam "& Samariam & Abila & Gadara recepit: atque "paulo poſt Judæi ſeſe ei tradiderunt, quotquot "circa fanum Heroſolyma nuncupatum incole-"bant. de quo cum multa dicenda habeamus, de-"que præſentia Dei in fano, quæ narranda ſu-"perſunt in aliud tempus differemus." Et hæc quidem Polybius in hiſtoria ſua. Nos vero orationem vocabimus ad narrationem inſtitutam, poſtquam ante oculos poſuerimus Antiochi epiſtolas.

REX ANTIOCHUS PTOLEMÆO SALUTEM.

Antiochi Magni litera in Judæorum gratiam. "Cum Judæi, ſimulac in eorum fines ingreſſi "ſumus, ſtudium erga nos ſuum declaraverint, "& in urbem ſuam venientes ſplendide accepe-"rint, cumque ſenatu obviam prodierint, & mi-"litibus elephantiſque omnia abunde præbuerint, "noſque in expugnando Ægyptiorum in arce "præſidio adjuverint: viſum eſt nobis eos pro his "remunerari, & eorum urbem, caſibus, qui ſo-"lent hominibus accidere, adverſis labefactatam, "recreare, atque frequentare, revocatis in eam iis "qui ſunt diſperſi. Ac primum eis decrevimus, "religionis cauſa * præbenda conficere ad ſacri-"ficia, de pecudibus quæ ſacrificari ſolent, & "vino, & oleo, & thure, ad pretium argenteo-"rum vicies mille, † & ſimilæ artabas ſacras ſe-"cundum regionis iſtius morem ſex, & tritici "medimnos mille quadringentos ſeptuaginta, & "ſalis medimnos CCCLXXV. Atque hæc eis ſolvi "volo, quemadmodum imperavi: templique o-"pus expediri, & porticus, & ſi quid aliud ædi-"ficandum eſt. Materia autem apportetur ex i-"pſa Judæa, aliiſque regionibus, & Libano, nec "ullum *ejus nomine* vectigal *à quopiam* exigatur. "Idem dico de aliis, quibus ad ſpecioſiorem tem-"pli apparatum opus erit. Vivant autem omnes "ejus nationis homines ex legibus patriis: immu-"niſque ſit ſenatus, & ſacerdotes, & ſcribæ tem-"pli, & ſacri cantores, & ab eo quod pro capi-"te pendunt, & ab auro coronario, aliiſque tri-

αὐτοῖς, ἐμφανίζων. Ὧν ἀφήσομαι ἢ τὰς ἐπιστολὰς [m] τοῖς στρατηγοῖς περὶ αὐτῶν χαρίσεως, προσελθὼν ὡς μαρτυρεῖ τούτοις ἡμῶν τοῖς λόγοις [n] Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης. ἐν γὰρ τῇ [o] ἐκκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν αὐτοῦ, φησὶν οὕτως. "ὁ δὲ Πτολεμαίου στρατηγὸς Σκόπας, ὁρμήσας εἰς "τοὺς ἄνω τόπους, καταστρέψατο ἐν τῷ χειμῶνι τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος." λέγει δ' ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ, "ὡς τοῦ "Σκόπα νικηθέντος ὑπὸ Ἀντιόχου, τῷ μὲν [p] Βαταναίαν "καὶ Σαμάρειαν καὶ [q] Ἄβιλα καὶ Γάδαρα παρέλαβεν Ἀντι-"οχος· μετ' ὀλίγον δὲ προσεχώρησαν αὐτῷ καὶ τῶν Ἰουδαίων οἱ "περὶ τὸ [r] ἱερὸν [s] τὸ προσαγορευόμενον Ἱεροσόλυμα κατοι-"κοῦντες. ὧν καθ' οὓς [t] καιροὺς [u] λέγειν ἔχομεν, καὶ μάλιστα "[x] διὰ τοῦτο περὶ τὸ ἱερὸν ἐπιφάνειαν, εἰς [y] ἕτερον καιρὸν "[z] ὑποστρέψομεν τοῦ διηγήσεως." καὶ Πολύβιος μὲν ταῦτα [a] ἱστόρηκεν. ἡμεῖς δ' ἐπανάξομεν τὸν λόγον ἐπὶ τοῦτο διηγησόμενοι, ἀφέντες πρῶτον τὰς ἐπιστολὰς [b] τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΩι ΧΑΙΡΕΙΝ.

"Τῶν Ἰουδαίων δὲ προθύμως μὲν, ἡνίκα τὴν χώραν ἐπέβη-"μεν αὐτῶν, ἐπιδεξαμένων τὸ περὶ ἡμᾶς φιλότιμον, καὶ "προσδεξαμένους δ' εἰς τὴν πόλιν [c] αὐτῶν λαμπρῶς ἐκδε-"ξαμένων, καὶ μετὰ τῆς γερουσίας ἀπαντησάντων, ἄφθονον τε "χορηγίαν τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς ἐλέφασι παρεσχημένων, "συνεξελόντων τε καὶ τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ φρουροὺς τῶν Αἰγυπτίων· "ἠξιώσαμεν [d] καὶ ἡμεῖς τούτων αὐτοὺς ἀμείψασθαι, καὶ τὴν πό-"λιν αὐτῶν ἀναλαβεῖν καταφθαρμένην [e] ὑπὸ τῶν περὶ τὰς "ἀνθρώπους συμπεσόντων, καὶ συνοικίσαι τοὺς διεσπαρμένους εἰς "αὐτὴν πάλιν συνελθόντων. πρῶτον δ' αὐτοῖς ἐπέγραμεν "διὰ τοῦτο δόσθαι προσήκειν τὸν εἰς τὰς θυσίας συντελεῖν, "κριῶν τε θυσίμων, καὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου, [f] καὶ λιβάνου, μυριά-"δας δέγουσι [g] μυριάδων δύο, καὶ [h] σεμιδάλεως δεκάδας ἑκατὸν "[ἓξ] καὶ τὸ ἐπιχώριον νόμον, πυρῶν μεδίμνους χιλίους τε-"τρακοσίους ἑβδομήκοντα, καὶ ἁλῶν μεδίμνους τριακοσίους ἑβδο-"μήκοντα πέντε. πελεῖαι δ' αὐτοῖς τοῦτο βούλομαι, κα-"θὼς ἐπέσταλκα· καὶ τὸ περὶ τὸ ἱερὸν ἀπαρτισθῆναι ἔργον, "πάσῃ τε σπουδῇ, καὶ εἴ τι ἕτερον οἰκοδομῆσαι δέοι. ἡ δὲ τῶν ξύλων "ὕλη κατακομιζέσθω [i] ἐξ αὐτῆς τε Ἰουδαίας, καὶ ἐκ τῶν ἄλ-"λων ἐθνῶν, καὶ ἐκ τοῦ Λιβάνου, μηδενὸς [k] πρασσομένου τέ-"λους. [l] ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις, ἐν οἷς ἂν ὑπηρετήσῃται "γένεσθαι τῷ ἱερᾷ ὑπηκόοις δέοι. πολιτεύεσθωσαν δὲ "πάντες οἱ ἐκ τοῦ ἔθνους καὶ τοῖς [m] πατρίοις νόμοις· ἀπολυ-"θῇ δὲ ἡ γερουσία, καὶ [n] οἱ ἱερεῖς, καὶ οἱ γραμματεῖς [o] τοῦ ἱεροῦ, "καὶ οἱ ἱεροψάλται, ὧν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τελοῦσι, καὶ τοῦ

"p ση-

[m] Τοῖς στρατηγοῖς] Τὰς τοὺς στρ. *Hen.* & *C.*

[n] Πολύβιος —— ἱστόρηκεν.] Deſunt hæc hodie in Polybio, & in Excerptis, quæ de Judæis extant. SPANH.

[o] Ἐκκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν αὐτοῦ] Τῇ ἑνδεκάτῃ *NC.* & *Epiphan. in Gen.* verum *Lugd. Bat.* habet prout eſt editum.

[p] Βαταναίαν καὶ] In *Epiphanii* libris *Bithyniam*, aut *Bathaniam*, aut *Bethinſam.*

[q] Ἄβιλα] Ἀβόλα *Gall.* & C. Ἀβέλα juxta quoſdam *Epiphanii* codices. HUDS. Ἄβίλη ad Jordanem ſupr. lib. IV. c. 7. §. ult. ὅπου καὶ ἐστὶν Ἄβιλὰ· & lib. V. c. 1. §. 1. ἀπὸ τῆς Ἀβίλης ἐπὶ τὴν Ἰορδάνην· Alia forte eſt Ἄβιλα plur. neutr. hoc loco. SPANH.

[r] Ἱερὸν τὸ προσαγορευόμενον] Brevius in *Cod. Hen.* & juxta *Epiphanii* libros, ἱερὸν, τὴν ὑμῶν δόξης περὶ τὸ ἱερὸν ἐπιφανείας εἰς τὸ ἕτερον &c.

[s] Τὸ προσαγορευόμενον] Illud τὸ ex *L. B.* additum. HAV.

[t] Πλείου] *L. B.* πλείω.

[u] Λέγειν ἔχοντες,] Ita cum *Cod. C.* (& *L. B.*) ἔχειν λέγοντες in *cæteris.*

[x] Διὰ τοῦτο περὶ τὸ ἱερὸν ἐπιφάνειαν,] *Lugd. Bat.* περὶ τὴν ὑμετέραν περὶ τὸ ἱερὸν ἐπιφανείαν.

[y] Ἕτερον] *Lugd. Bat.* ὕστερον.

[z] Ὑποστρέψομεν τοῦ διηγήσεως.] Ὑποστησόμεθα *Gall. C.* (*L. B.*) & *NC.*

[a] Ἱστόρηκεν.] Ἱστόρησεν *Hen.* & C.

[b] Τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου.] Τὰς δὲ βασιλέως Ἀντιόχου μεγάλας *NC.*

[c] Αὐτῶν] Αὐτῶν deëſt *N.* & *C.*

[d] Καὶ ἡμεῖς] Καὶ αὐτοὶ *Hen.* & *NC.*

[e] Ὑπὸ τῶν περὶ τὰς ἀνθρώπους συμπεσόντων,] Ὑπὸ τῶν περὶ τοὺς πολίτας *Hen.* (*L. B.*) & *C.* non agnoſcuntur ab *Epiphanio.*

* *Prabenda conficere ad ſacrificia,*] *Al.* penſionem annuam (*vel* ſtipendium) dare.

[f] Καὶ λιβάνου,] Καὶ λιβάνου, ἀργυρίου τιμὴν μυριάδας δύο *Hen.* & *NC.* In *Epiphanii* verſione, *libaminis pretium, argenti viginti millia.* unde (prout §. 1. præc. poſt εἰς ἐλαίου τιμὴν) forſan legendum λιβάνου τιμὴν ἀργυρίου μυριάδας β'. prout conjecerat *Cl. Louthius.*

[g] Μυριάδων,] *L. B.* μυριάδας.

† *Et ſimilæ artabas ſacras ſecundum regionis iſtius morem ſex,*] Similæ artabas ſacras (ἀσταρῶνας vocabant Ἑβδομήκοντα) quantum lex poſtulat, tritici &c. *Jac. Cappellus* in *Hiſt. Sacr. & Exot.* ad A. M. 3806.

[h] Σεμιδάλεως ἀρτάβας ἱερᾶς] Ita cum *Grotio*, qui ἱερᾶς ſcriptum fuiſſe conjicit. καὶ σεμιδάλεως ἀρτάβας ἱερᾶς τὸν τ. ἱπ. νόμον, πυρῶν μεδίμνους χιλίους τετρακοσίους ἑβδομήκοντα πέντε. πελεῖαι δ' αὐτοῖς *Hen.* & *NC.* In *Epiphanii* verſione, *& ad ſimilam ſecundum provincialem legem tritici medios mille quadringentos ſeptuaginta quinque & ſalis modios trecentos ſeptuaginta quinque. Præberi autem* &c. ac ſi legiſſet, εἰς σεμιδάλεως (omiſſis ἀρτάβας ἱερᾶς) καὶ τ. ἱ. ν. πυρῶν μεδίμνους φκοσ'. καὶ ἁλῶν μεδίμνους τοσ'. Locum mutilum corruptumque eſſe ſuſpicatur *S. Petitus*, atque ad hunc modum refingendum, καὶ σεμιδάλεως ωμ'. ἀρτάβας ἱερᾶς κ. τ. ἱ. νόμον, καὶ πυρῶν μεδ. & ſic deinceps prout edidimus. HUDS. Plane prout edidit *Hudſ.* exhibet *Lugd. Bat.* niſi quod non agnoſcat ἓξ ante καὶ neque καὶ ante ἑβδομήκοντα. HAV.

[i] Ἐξ αὐτῆς τε Ἰουδαίας,] Ἐξ αὐτῆς τε τῆς *NC.* HUDS. ut & *Lugd. Bat.* non male. HAV.

[k] Πρασσομένου τέλους.] *L. B.* εἰσπραττομένου τέλους. ὁμοίως καὶ τοῖς ἄλλοις.

[l] Ὁμοίως καὶ οἱ τοῖς ἄλλοις,] Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς *Hen.* C. & *NC.*

[m] Πατρίοις] *L. B.* πατρίους.

[n] Οἱ ἱερεῖς,] Illud οἱ ter reſtituimus ex *iiſdem MSS.*

[o] Τοῦ ἱεροῦ,] Τοῦ λαοῦ *NC.*

ῥ Σπι-

"ρ στεφανίτης φόρου, καὶ τοῦ σεσὶ τ ἄλλων. ἵνα δὲ ἧττον ἡ πό-
"λις καλοικισθῇ, δίδωμι τοῖς τε νῦν καλοικοῦσι, καὶ κατε-
"λθοῦσιν ἕως [q] τοῦ ὑπερβερεταίου μηνὸς, [r] ἀτελείαν εἶναι
"μέχρι τριῶν ἐτῶν. ἀπολύομεν δὲ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν αὐτοὺς
"ἔτι τρίτης μέρους τ φόρων, ὥστε αὐτῶν ἐπανορθωθῆναι τὴν
"βλάβην· καὶ ὅσοι ἐκ τ πόλεως ἀρπαγέντες δουλεύουσιν, αὐ-
"τούς τε τούτους καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῶν γιγνηθέντας ἐλευθέρους
VI. 4. Istis autem Pompejus irascitur, & assumpto quem in Nabatæos ducebat exercitu, & à Damasco reliquaque Syria auxilio, aliisque quas habebat legionibus Romanis, in expeditionem profectus est adversus Aristobulum. Atque ubi præterita Pella & Scythopoli ad Coreas venit, quæ *urbs* per mediterranea obeunti initium est Judææ, illic in quoddam præsidium pulchrum admodum, in montis vertice situm, Alexandrium *dictum*, cum Aristobulus confugisset, *Pompejus ei* significatum misit ut ad se veniret. Ille vero, monentibus multis, ne cum Romanis bellum gereret, descendit: &, postquam cum fratre de potentatu disceptaverat, iterum in arcem ascendit permissu Pompeji. id quod iterum & tertio fecit, simul semet adulari sinens spe regni ab ipso obtinendi, & ad omnia ejus imperata se obedientem esse simulans, simulque in castellum se, ne vires amitteret, recipiens, &

Pompejus in Aristobulum exercitum ducit.

Aristobulus castella Pompejo tradit.

d Ηκεν·] Ηλθεν *Busb.*
e Ηγουμένων αὐτῶν,] Ηγεμόνων *Busb.*
f Βασιλεύεσθαι,] Βασιλεύσασθαι *Busb.*
g Τιμωμένοις] Τιμωμένους *Hen.*
h Δοῦλοι γένοιντο] Δοῦλον γένοιτο *Busb.* & *Hen.*
i Ἀφαιρεθείη] Ἀφαιρεθῆ τὸ πρεσβεῖον *Vat.* ἀφαιρεθείη δ πρεσβεῖα *Busb.*
k Λαβὼν Ἀριστόβουλος·] Λαβεῖν Ἀριστόβουλον *Busb.*
l Διέβαλλεν,] Ita *Busb.* & *Hen.* διεβάλλειν in *ceteris.*
m Εἰ μὴ βιαιός τε] Αὐτὸς post ἔθνος addit *Busb.*
n Ταῦτα λέγοντες] Ita lego cum *Cod. Hen.* ταῦτα in *ceteris.* id quod admitti potest, si λέγοντι legamus cum duobus *MSS.*
o Ὑπέκειντο] *Lugd. Bat.* non male ἐπείκειντο. HAV.
p Ἐπιδὰν] Καλῶν post ἕκαστα addit *Hen.*
q Ἴδοι.] Ἰδὴ *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.*
r Ἐκέλευσεν ἡσυχίαν ἄγειν,] Ἐδέξει *Busb.*
s Εἰς Δήλιον πάλιν ἦλθε,] In *lib.* 1. *de Bello Jud.* ἀπὸ Διοσπόλεως χωρίζει, nulla mentione facta urbis Delii. In *Epiphanii* libris, *in Delon civitatem venit.*
t Δήλιον πάλιν] Conf. ἀλλαχοῦ. lib. 1. c. 6. §. 4. SPANH.
v Ἐπικουρίαν,] Ἐπικουρικὰς, σιὼ τοῖς ὑπάρχουσιν *Hen.*
x Ἐντεῦθεν] Ἐντεῦθεν ἐστὶ περίκλ. ἔ. ἰ. ἀ. τ. ὄ. ἱδρυμένον, Ἀλεξάνδρειον, εἰς ὃ Ἀριστόβουλος συμπεφυγότος, πέμψας in Editis. ἃ ἐπὶ τὸ Ἀλεξάνδρειον συμπεφυγότος Ἀριστοβούλου, ἔρυμα ἓν τοῦτο περικαλλὲς ἐπ' ἄκρου δ' ὄρους ἱδρυμένον, πέμψας *Busb.* quæ lectio non displiceret, nisi quod nimium à *vulgata* recedat. Ἐνταῦθα εἴς τι περικ. ἔρ. ἰ. ἀ. τ. ὄ. ἱδρυμένον, Ἀλεξάνδρειον, εἰς Ἀριστ. *Hen.* &c. unde textum (omisso εἰς ὃ *Editorum*, aut εἰς *Cod. Hen.* & ἐπὶ in εἴς τι mutato) restituendum censui.
y Ἀλεξάνδρειον,] Ἀλεξάνδρειον Castrum Judææ infr. c. 5. §. 2. item supr. lib. 13. c. 16. §. 3. SPANH.
z Ἅμα μὲν κολακεύων] Ἅμα μὲν κολακεύων τιθὶ ἀπ' αὐτοῦ *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Vat.*
a Ἐκέλευσε Πομπήιος] Κελεύσειν *Hen.*
b Τὰ ἐρύματα] Ita *Lugd. Bat.* quomodo scribendum esse etiam sequentia docent. *Alii* τὸ ἔρυμα. HAV.
c Ὑπὲρ δ μὴ καταλύειν αὐτὸν] Ὑπὲρ δ μὴ καταλύειν ἔξω αὐτοῦ, *ne extra illud diverteret*, legendum conjicit *Schotanus.* Ὡς μὴ περικαταλύειν δόξειεν αὐτὸν in l. 1. de *Bello Jud.* quod *Rufinus* vertit, *ne quid regiæ dignitati detrahere videretur.*

d Πα-

& ad bellandum opes ſibi parans, veritus ne principatum transferret ad Hyrcanum. At jubente Pompejo ut caſtella traderet & præſidiorum præfectis ſua manu ſcriberet (alioquin interdictum erat ne *quenquam* admitterent) paruit ille quidem; ſed ægre id ferens, Hieroſolyma conceſſit, ſeque ad bellum præparavit. Atque haud multo poſt Pompejo, adverſus eum copias ducenti, quidam in via, qui à Ponto venerant, Mithradatis obitum nunciant, qui à Pharnace filio ſuo peremptus erat.

Mithradates à Pharnace occiſus.

μεῖν ἀφορμὴν αὐτῷ προσκαλζόμενος, δεδιὼς μὴ τὴν ἀρχὴν εἰς Ὑρκανὸν μεταστήσῃ. κελεύοντι δὲ Πομπηίῳ [d] παραδιδόναι τὰ ἐρύματα, καὶ τοῖς [e] φρουράρχαις ἐπιστεῖλαι τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ, παραδέχεσθαι δὲ ἄλλους [f] ἀπείρητο, πείθεται μὲν, δυσανασχετῶν δ' ἀνεχώρησεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἐν παρασκευῇ τοῦ πολεμεῖν ἐγένετο. ἅμα μετ' ὀλίγου Πομπηίῳ, σπεύδων ἐπ' αὐτὸν ἄγουσι, κατ' ὁδὸν [g] ἀφικόμενοί τινες ἐκ Πόντου τὸν [h] Μιθραδάτην πεπυσμένον ἐμήνυον, ὑπὸ Φαρνάκου τοῦ παιδὸς [i] αὐτὸν ἠφανισμένου.

CAP. IV.

ΚΕΦ. δ'.

VII. *Quomodo Pompejus Hieroſolyma, poſtquam cives ei portas clauſerant, obſidet & vi expugnat: & quæ præterea in Judæa fecit.*

Ὡς Πομπήιος Ἱεροσόλυμα, τῶν πολιτῶν αὐτῷ τὰς πύλας ἀποκλεισαμένων, πολιορκεῖ καὶ κρατεῖ· οἷά τε περὶ τούτοις ἔπραξεν ἐν Ἰουδαίᾳ.

Pompejus Hieroſolyma contendit.

CUM autem apud Hierichuntem caſtra poſuiſſet *Pompejus*, (ubi palmæ naſcuntur vigentque, & opobalſamum unguentum præſtantiſſimum, quod fruticibus acuto lapide inciſis inſtar ſucci exſudat) mane Hieroſolyma contendit. Et Ariſtobulus mutata ſententia eum adit; atque pecuniam ſe ei daturum, & Hieroſolymis receptorum eſſe pollicens, orabat ut bello ſuperſedeat, & quæ velit cum pace faciat. Illi cum veniam oranti dediſſet Pompejus, mittit Gabinium & milites ad pecuniam & urbem *accipiendam*. neque tamen quidquam horum factum eſt: quin reverſus eſt Gabinius, urbe excluſus, nec accepta pecunia, quod Ariſtobuli milites conventa ſervari non permiſerunt. Has ob cauſas ira incenſus eſt Pompejus, &, cum Ariſtobulum in cuſtodiam dediſſet, ipſe ad urbem proficiſcitur, cætera quidem firmam, tantum ſeptentrionali parte levius munitam. circundabat enim eam lata profundaque vallis, intra ſe fanum comprehendens, lapideo muro valide admodum cinctum.

Gabinio, Pompeji legato, portas claudunt Hieroſolymitani.

Σταθμησάμενος [k] δὴ Ἱεριχοῦντα, [l] ἔνθα τὸν Φοίνικα τρέφεσθαι συμβέβηκε, [m] καὶ τὸ ὀποβάλσαμον μύρον ἀκρότατον, ὃ τῶν [n] θάμνων τεμνομένων ὀξεῖ λίθῳ [o] ἀναπιδύει ὥσπερ ὀπὸς, ἕωθεν ἦλθε πρὸς [p] Ἱεροσόλυμα ἐχώρει. καὶ μεταγνόντος Ἀριστόβουλος ἀφικνεῖται πρὸς Πομπήιον· καὶ χρήματα [q] δώσειν, καὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις αὐτὸν εἰσδεχόμενος, παρεκάλει παύσασθαι τοῦ πολέμου, καὶ πράττειν μετ' εἰρήνης ὅ, τι βούλεται. συγγνώσ[τ]ης Πομπήιος αὐτῷ δεομένῳ, πέμπει Γαβίνιον καὶ στρατιώτας, ἵνα τε τὰ χρήματα καὶ τὴν πόλιν. ὁ μὲν ἐπράχθη τι τούτων, ἀλλ' ἐπανῆλθεν ὁ Γαβίνιος, τῆς τε πόλεως ἀποκλεισθεὶς, καὶ τὰ χρήματα μὴ λαβὼν, τῶν Ἀριστοβούλου στρατιωτῶν οὐκ ἐπιτρεψάντων τὰ συγκείμενα ἡμέσθαι. ὀργὴ δὴ ἔπεσε τούτοις Πομπήιον λαμβάνει, καὶ, τὸν Ἀριστόβουλον ἐν φυλακῇ κατασήσας, αὐτὸς ἐπὶ τὴν πόλιν ἔρχεται, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἄσπαστον ὀχυρὰν, μόνῳ δὲ τῷ βορείῳ μέρει φαύλως ἔχουσαν. προσέρχεται γὰρ αὐτῇ φάραγξ εὐρεῖά τε καὶ βαθεῖα, ἐντὸς ἀπολαμβάνουσα τὸ ἱερὸν, λιθίνῳ περιβόλῳ καρτερῶς πάνυ πεφραγμένον.

VIII. *Hieroſolymorum una pars Pompejo tradita, altera obſeſſa.*

2. Erat autem hominum intus diſſidium, quid facto opus eſſet non conſentientium. nam quidam cenſebant urbem dedendam Pompejo: alii vero, Ariſtobulo faventes, portas ei claudendas bellumque parandum eſſe ſuadebant, quoniam Ariſtobulus in vinclis haberetur. Atque hi fanum præoccuparunt, & pontem, qui ab eo in urbem ferebat, interruperunt, ſeſe ad ſuſtinendam obſidionem parantes: alii vero, admiſſo exercitu, urbem Pompejo & regiam tradiderunt. At Pompejus, miſſo Piſone legato cum exercitu, urbem & regiam præſidiis firmabat: domoſque fano adjacentes, & omnia quæ foris circa templum erant muniebat. Ac primum quidem iis qui intus erant de pace ineunda verba faciebat: cum autem illi in quas offerebat conditiones non deſcenderent, circumjecta loca muro ſepſit, Hyrcano ad omnia ſtudioſe ei ſubſerviente. Porro Pompejus caſtra collocavit extra, à fani parte ſeptentrionali, qua erat expugnabile. Stabant & ibi magnæ turres, & foſſa depreſſa erat, profundaque valle circun-

Pompejus templum oppugnare parat.

Β'. Ἦν δὴ τῶν ἀνθρώπων ἔνδον στάσις, ἐχ ὁμονοούντων περὶ τῶν ἐνεστώτων. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐδόκει παραδιδόναι Πομπηίῳ τὴν πόλιν· οἱ δὲ τὰ Ἀριστοβούλῳ φρονοῦντες ἀποκλείσθαί τε καὶ πολεμεῖν παρῄνουν, τῷ κρείττονι ἔχεσθαι δεδεμένου. φθάσαντες δὲ ἔτι τὸ ἱερὸν καταλαμβάνουσι, καὶ τὴν πέτρουσαν ἀπ' αὐτοῦ γέφυραν εἰς τὴν πόλιν ἔκοψαν, εἰς πολιορκίαν ἑτοιμαζόμενοι. οἱ δὲ ἕτεροι δεξάμενοι τὴν στρατιὰν [s] ἐπεχείρουν Πομπηίῳ τήν τε πόλιν καὶ τὰ βασίλεια. Πομπήιος δὲ Πείσωνα [t] τὸν ὑποστράτηγον πέμψας σὺν [v] στρατῷ, τήν τε πόλιν, καὶ τὰ βασίλεια ἐφρούρει· καὶ τὰς οἰκίας τὰς [x] περὶ τὸ ἱερὸν, καὶ ὅσα ἐντὸς ἔξω περὶ τὸ ἱερὸν ὠχύρου. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, λόγους συμβατηρίους τοῖς ἐντὸς προσέφερεν· ἐχ ὑπακουόντων δὲ εἰς ἃ προσεκαλεῖτο, τὰ περὶξ ἐπίκαιρα χωρία, πρὸς ἅπαντα Ὑρκανοῦ προθύμως ὑπηρετοῦντος. Πομπήιος δὲ ἔσωθεν στρατοπεδεύεται, κατὰ [y] τὸ βόρειον τοῦ ἱεροῦ μέρος, ὅθεν ἦν πρόσμαχον. ἀνεστήκεσαν δὲ καὶ ἐνταῦθα μεγάλοι πύργοι, καὶ τάφρος δὲ [z] ὀρώρυκτο, καὶ βα-

d Παραδιδόναι τὰ ἐρύματα,] Παραδοῦναι *Hen.*

e Φρουράρχαις] Φρουάρχοις *Hen.* & *Busb.*

f Ἀπείρητο.] Ita *Hen. Busb.* (*Lugd. Bat.*) *Vat.* & *Zonar.* ἀφείρητο in *Editis.* ἀπείρηντο *Gall.*

g Ἀφικόμενοί] In *Epiphanii* verſione, *quidam ex Ponto veniens nunciavit Mithridatem hauſto veneno defunctum, quod illi filius ſuus Pharnaces confecerat.*

h Μιθραδάτην τελευτῶντα] Mithridates à filio Pharnace occiſus. Item ἄλλων. lib. 1. c. 6. §. 6. SPANH.

i Αὐτὸν ἠφανισμένον.] Αὐτῷ ſolus *Hen.*

k Ἐπὶ Ἱεριχοῦντα,] Περὶ Ἱερ. *Busb.* & *Hen.*

l Οὗ τὸ —— ὀπὸς,] Conf. ἄλλων. lib. 1. c. 6. §. 6. SPANH.

m Καὶ τὸ ὀποβάλσαμον] Καὶ τὸ δὴ βαλσάμου μύρον *Hen.* καὶ τὸ ὀποβάλσαμον μύρον ἀκρότατον *Busb.* τὸ μύρον τὸ ἀκρότατον *Zonar.*

n Θάμνων τεμνομένων] Πρίσμασιν in l. 1. de *Bello Jud.*

o Ἀναπιδύει] Similiter fere ac *Joſephus* ſcribit *Strabo* l. 10. p. 763. τὰ φλοιὸν ἐπιχίσαντες ὑπολαμβάνουσιν ἀΐγειρος τὸ ὀπὸν, γλιχρῷ γάλακτι προσπλήσιον. HUDS. In marg. *Lugd. Bat.* adnotatur, ἀντὶ τοῦ ἀναδίδωσι τὸ ὀπὸν δίκην ἱδρῶτος· γίνεται γὰρ ὃν τρόπον τὸ ἱδρῶς. οἱ δὲ ἐκ τοῦ πίνω φασὶ. αὐτὸ. ἔνθεν καὶ πίδακες καὶ πιδύαι καὶ ἀναπιδύει. HAV.

p Ἱεροσόλυμα ἐχώρει.] Ἱεροσολύμων. *Hen.* & *L. B.*

q Δώσειν,] Hic loci eſt temporum ἐναλλαξις, præſenti pro future poſito. Vide *H. Stephanum* in *Append.* ad *Script. de Dial. Att.* p. 131.

r Δὲ Πομπηίου.] Ita etiam *Zonaras* & *MSS.* omnes, præter *Busb.* qui habet ὧν.

s Ἐπεχείρουν Πομπηίῳ] Ita *Busb.* (& *Cocceius*) ἐπεχείρουν in *ceteris.*

t Τὸν ὑποστράτηγον] Ita *MSS.* (*Lugd. Bat.* τὸν ὑπὸ τὸ στρατηγὸν) τὸ στρατηγὸν in *Editis.*

v Στρατῷ,] *L. B.* στρατιᾷ.

x Περὶ τὸ ἱερὸν,] Πρὸς τῷ ἱερῷ *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.*

y Τὸ βόρειον τοῦ ἱεροῦ μέρος,] Πρὸς τὸ βορειοτάτιον κλίμα· ἄλλων. lib. 1. c 7. §. 3. SPANH.

z Ὀρώρυκτο,] Ὠρυκτο ſolus *Busb.*

a Τα-

βαθεῖα περιέχετο φάραγξι. ἀπερρώγει γὰρ καὶ τὰ πρὸς τὴν πόλιν, ἡ γεφύρας ἀναπεταμένης ἐφ' ἃ διῆγε Πομπήιος· καὶ τὸ χῶμα ὁσημέραι [a] παλαιπωρούμενον ἐγήγερτο, [b] περιτεμνόντων τὰ πέριξ ὕλαι Ρωμαίων. καὶ ἐπειδὴ τέλος εἶχεν ἱκανῶς, μόλις πληθείσης τῆς πάχους ἀβάθος ἄπορον, προσβαλὼν μηχαναῖς καὶ ὄργανα ἐκ Τύρου [c] κομισθέντα, ὀπτήσας κατήραστο τὸ ἱερὸν τοῖς πετροβόλοις. εἰ γὰρ μὴ πάτριον ἦν ἡμῖν ἄγειν [d] τὰς ἑβδομάδας ἡμέρας, οὐκ ἂν ἠνύσθη τὸ χῶμα, κωλυόντων ἐκείνων. [e] ἄρχοντας γὰρ μάχης καὶ τυπτοντας ἀμύνασθαι δίδωσιν [g] ὁ νόμος, ἄλλο δέ τι δρῶντας τὰς πολεμίους οὐκ ἐᾷ.

γ'. Ὁ δὴ καὶ Ρωμαίοις [h] συμβὰν, κατ' ἐκείνας τὰς [i] ἡμέρας, ἃς δὴ Σαββατα καλοῦμεν, ὅτ' ἔβαλλον τοὺς Ιουδαίους, ὅτ' εἰς χεῖρας αὐτοῖς [k] ἀπίωτον, χὧν ἤ γε πύργους ἀνίσασαν, καὶ τὰ μηχανήματα προσῆγον, ὥστε αὐτοῖς εἰς τὴν ὑστεραίαν ἕτοιμα πάντα εἶναι. μάθοι δ' ἄν τις ἐντεῦθεν τὴν ὑπερβολὴν ἧς ἔχομεν περὶ τὸ Θεῖον εὐσεβείας, καὶ τὴν φυλακὴν τῶν νόμων, μηδὲν ὑπὸ τῆς πολιορκίας διὰ φόβον [l] ἐμποδιζομένων πρὸς τὰς ἱερουργίας· ἀλλὰ δὶς τῆς ἡμέρας, πρωΐ τε καὶ περὶ ἐνάτην ὥραν, ἱερουργούντων ὅπῃ ἕκαστα βωμοῦ, καὶ μηδ', εἴ τι περὶ τὰς προσβολὰς δύσκολον εἴη, τὰς θυσίας παρεμένων. καὶ γὰρ ἁλόντος τῆς πόλεως [m] περὶ [n] τρίτον μῆνα, τῇ τῆς [o] νηστείας ἡμέρᾳ, [p] κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, ὑπατευόντων Γαΐου Αντωνίου καὶ Μάρκου Τυλλίου Κικέρωνος, οἱ πολέμιοι μὲν εἰσπεσόντες, ἔσφαττον τοὺς ἐν τῷ ἱερῷ· οἱ δὲ πρὸς ταῖς θυσίαις οὐδὲν ἧττον ἱερουργοῦντες διεπέλουν, ὥστε ὑπὸ τοῦ φόβου τοῦ περὶ τὴν ψυχὴν, ὥστε ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἤδη φονευομένων, ἀναγκασθέντες ἀποδρᾶναι, πᾶν δ', ὅ, τι δέοι παθεῖν τὸν παρ' αὐτοῖς ὑπομεῖναι τοῖς βωμοῖς κρεῖττον εἶναι νομίζοντες, ἢ παρελθεῖν τι τῶν νομίμων. ὅπερ ἡ λόγος ταῦτα μόνον [q] ἐστὶν ἐγκώμιον ψυχῆς εὐσεβείας ἐμφανίζων, ἀλλ' ἀλήθεια, μαρτυροῦσι πάντες οἱ τὰς κατὰ Πομπήιον πράξεις ἀναγράψαντες· ἐν οἷς καὶ [r] Στράβων καὶ Νικόλαος, καὶ πρὸς τούτοις [s] Τίτος Λίβιος, ὁ τῆς Ρωμαϊκῆς ἱστορίας συγγραφεύς.

δ'. Ἐπεὶ δὲ μηχανήματος μεγάλου προσαχθέντος, σεισθεὶς ὁ μέγιστος τῶν πύργων κατηνέχθη, καὶ παρέῤῥηξέ τι χωρίον, εἰσεχέοντο μὲν οἱ πολέμιοι. πρῶτος δὲ αὐτῶν Κορνήλιος Φαῦστος Σύλλα παῖς σὺν [t] τοῖς ἑαυτοῦ στρατιώταις ἐπέβη τοῦ τείχους, μετὰ δὲ αὐτὸν, [v] Φούριος ἑκατοντάρχης, ἅμα τοῖς ἑπομένοις τοῦ ἑτέρου μέρους· [x] διὰ μέσων δὲ Φάβιος, καὶ αὐτὸς ἑκατοντάρχης, σὺν σφοδρᾷ χειρὶ τῷ. Φόνος δ' ἦν πάντα [y] ἀνάπλεω. [z] καὶ τῶν Ιου-

data. Erat enim prærupta pars ea quæ in urbem ſpectabat, interrupto ponte qua parte degebat Pompejus: & agger quotidie magno labore ſurgebat, ſecantibus proximas arbores Romanis. Ac poſtquam abſolutum erat opus, foſſa ægre completa propter infinitam *ejus* altitudinem, admotis machinis & tormentis à Tyro allatis, fanum ſaxis miſſilibus quatere inſtitit. At niſi nobis patrium fuiſſet ſeptimis diebus feriari, non fuiſſet perfectus agger, illis prohibentibus. Prælio enim laceſſentes & ferientes hoſtes repellere permittit lex, ſed aliud quidpiam agentes *impedire* non patitur.

3 Itaque cum id intellexiſſent Romani, iſtis diebus, quas *à feriando* Sabbata appellamus, neque Judæos telis petebant, neque cum eis manus conſerebant, ſed aggerem & turres excitabant, & machinas admovebant, ut eis poſtridie uterentur. Licet autem vel hinc diſcere, quam immenſo pietatis ſtudio Deum colamus, & quam obſervantes legum ſimus, quod *ſacerdotes* ex obſidione nihil præ metu impediti fuerint, quo minus ſacra peragerent; ſed bis quotidie mane & hora nona rem divinam ad aram fecerint, neque, ſiquid in oppugnatione difficile inciderit, ſacrificia omiſerint. Etenim capta urbe, tertio *demum* menſe, die jejunii, Olympiade centeſima ſeptuageſima nona, Cajo Antonio & Marco Tullio Cicerone conſulibus, cum vi ingreſſi hoſtes eos qui erant in fano jugularent; tamen qui ſacra procurabant nihilo ſecius rem divinam facere perſeverabant, neque metu vitæ amittendæ neque jam cæſorum multitudine in fugam compulſi, quicquid pati neceſſe erat illud ad aras ipſas laturos eſſe melius putantes, quam ut aliquid legibus patriis præſcriptum omitterent. Quod autem iſta non ſint fabula, unice ad falſæ pietatis laudem oſtendendam adhibita, ſed *ipſamet* veritas, teſtimonio ſunt qui res à Pompejo geſtas memoriæ prodiderunt; & in his Strabo & Nicolaus, ac præterea Titus Livius, hiſtoriæ Romanæ Scriptor.

Judæi, dum templum oppugnatur, rem divinam faciunt.

Templum captum.

Strabo, Nicolaus, & Livius.

4. Atque poſtquam admota machina maxima turrium concuſſa cecidit, ſecumque ruinam traxit & locum aperuit, hoſtes quidem irruperunt. Eorum autem primus Cornelius Fauſtus Syllæ filius cum ſua militum cohorte murum aſcendit; poſt eum vero Furius centurio, cum eis qui ipſum ſequebantur ex altera parte: atque inter utrumque Fabius, & ipſe centurio, cum valida ſuorum manu. Omnia autem plena cædibus erant.

Magna Judæorum cædes.

[a] Παλαιπωρούμενον ἐγήγειρο,] Παλαιπωρημένοις *Busb.* παλαιπωρούμενος *Hen.* παλαιπώρως *Lugd. Bat.*

[b] Περιτεμνόντων] Ita ex *Lugd. Bat.* Alii τεμνόντων. HAV.

[c] Κομισθέντα,] Alii ſic diſtinguunt, κομισθέντα ὑπισχνοῦντας, κατήρατο τ. ἱ. τ. πετροβόλοις.

[d] Τὰς ἑβδομάδας ἡμέρας,] Vide *Strabonem* l. 16. p. 763. & *Xiphilinum* è *Dionis* l. 37. p. 141. *Edit. Sylburg.*

[e] Ἀρχοντας —— οὐκ ἐᾷ.] Die Sabbati licet Judæis vim inferentes repellere, non autem impedire hoſtem opus prementem. Vid. infr. lib. 18. c. 10. §. 2. & 6. & ſupr. lib. 12. c. 6. §. 2. Item ἀλλαχ. lib. 1. c. 7. 3. SPANH.

[f] Γὰρ μάχης] Μὲν γὰρ *Vat.* & *Busb.*

[g] Ὁ νόμος,] Lege utique non ſcripta, ſed à Doctoribus tradita, poſt tempora Mattathiæ Maccabæi.

[h] Συμβὰν,] Συμβάντες *Hen.*

[i] Ἡμέρας,] Ἡμέρας ἃ καταβαλλόμεθα *Hen.* reliquis omiſſis.

[k] Ἀπίωτον,] Ὑπείωτον *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.*

[l] Ἐμποδιζομένων] Aut ἱερέων ſubintelligendum monuit Cl. *Louthius*, aut ἡμῶν.

[m] Περὶ —— Ὀλυμπιάδα,] Pro περὶ τρίτον μῆνα, *Scaliger* & *Caſaubon.* legunt περὶ τέταρτον &c. & explicant de Jejunio *Tammus*, qui quartus menſis Judæorum. Quod improbat & *Petavius* ac *Steph. le Moyne* Obſervat. in V. L. p. 663. qui de tertio obſidionis Menſe, quo expugnata à Pompejo Hieroſolyma & Jejunium νηστείαν de ſolenni Judæorum jejunio nempe *Coppernia* explicant. Conf. ἀλλαχ. lib. 1. c. 7. §. 4 SPANH.

[n] Τρίτον μῆνα,] Τέταρτον poſt *Scaligerum* malit *Caſaub.* p. 665. *Edit. Lond.* Verum tertius hic menſis (ut inquit *Petitus* in *Animadv.* ἐπισκόποις) non eſt anni ſed obſidionis, ut conſtat ex lib. 1. *de Bello Jud.* ubi dicit τρίτῳ μὲν τοῦ πολιορκίας &c. Adde *Langium* de *Annis Chriſti*, l. 1. c. 18. p. 337 & *Steph. le Moine* in notis ad *Barnabæ* Epiſt. p 602. Monet tamen *Uſſerius* ad *A. M.* 3940. intelligi menſem tertium *anni civilis* ab autumno deducti, adeoque diem (quo Judæi etiamnum jejunant) menſis Ciſleu viceſimum octavum, qui hoc anno erat Decembris Juliani viceſimus, idemque Saturni dies: templum autem à Pompejo Saturni die expugnatum, etiam *Dionem* jam laudatum ſignificare.

[o] Νηστείας ἡμέρᾳ,] Τῇ ἑορτῇ τῆς νηστείας, ἣν πρὸ ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπὶ Πομπηίου τοῖς Ἰουδαίοις συμφορᾶς *Joſ.* ſub finem hujus libri. De Jejunio iſto videſis *Langium*, *Monachum*, & *Uſſerium* locis jam citatis.

[p] Κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα,] Eadem etiam Olympias de Tempore capti Templi, in Epitom. Temp. Scalig. pag. 259. SPANH.

[q] Ἐστιν ἐγκώμιον ψυχῆς εὐσεβείας] Illud ἐστὶ non agnoſcit *Hen.* nec *Epiphan.* qui præterea legiſſe videtur ἐγκώμιον ψυχῆς.

[r] Στράβων] Lib. XVI. p. 762. *Edit. Pariſ.* HUDS. & SPANH.

[s] Τίτος Λίβιος,] *Epitom.* CXI. adde *Tacitum* l. 5. Hiſt. c. 9. HUDS. & SPANH.

[t] Τοῖς ἑαυτοῦ στρατιώταις] Ita *Vat.* (*Lugd. Bat.*) & *Epiphanius* qui vertit, *cum ſuis militibus.* Τοῖς ἐπ' αὐτοῦ in *Editis Aliiſque.* eſt qui legendum cenſet, τοῖς ὑπ' αὐτόν.

[v] Φούριος] Conf. ἀλλαχ. lib. 1. c. 7 §. 4. SPANH.

[x] Διὰ μέσων δὲ Φάβιος] Διὰ μέσου *Hen.* διὰ μέσου *Lugd. Bat.*

[y] Ἀνάπλεω.] Ἀνάπλεα *Hen. Lugd. Bat.* & *Busb.*

[z] Καὶ τῶν Ιουδαίων,] Τῶν γὰρ Ιουδ. *Busb.*

erant. ac Judæorum alii quidem à Romanis, alii vero à ſuis occidebantur: nonnullique per prærupta ſeſe dejiciebant, aut ſuccenſis ædibus ſeipſos comburebant, non ſuſtinentes ea pati quæ fierent. Atque Judæorum quidem ad duodecim millia ceciderunt, Romanorum vero perpauci. captus etiam eſt Abſalomus, Ariſtobuli avunculus & idem ſocer. Non mediocriter autem læſa eſt templi religio, inacceſſi prius & pedibus & oculis. Nam Pompejus & ejus comitum non pauci in penetrale ingreſſi ſunt, & ea viderunt quæ nemini alii mortalium, niſi pontificibus ſolis, videre fas erat. Cum autem intus eſſent & menſa aurea, & ſacrum candelabrum, & pateræ *quibus libatur*, & magna vis aromatum, prætereaque in theſauris ſacræ pecuniæ ad duo talentorum millia, nihil horum præ pietate attigit: ſed hac in re convenienter ſuæ virtuti ſe geſſit. Sequenti vero die, juſſis æditimis ut fanum purgarent, utque Deo libarentur quæ lex juberet, pontificatum reſtituit Hyrcano (tum propter alia ejus erga ſe officia, tum quia Judæos incolas Ariſtobulo auxiliari prohibuerat) bellique auctores ſecuri percuſſit. At Fauſto & aliis, qui primi murum conſcenderunt, digna præmia perſolvit. & urbem quidem Hieroſolymorum Romanis vectigalem fecit; quæ vero Cœles-Syriæ oppida incolæ prius ſubegerant ab eis abſtulit, & Romano prætori ſubjecit: univerſamque gentem, quæ antea tantopere efferebatur, intra ſuos fines concluſit. Et Gadara quidem, paulo ante everſa, inſtauravit, in gratiam Demetrii Gadarenſis, liberti ſui: reliqua vero oppida, Hippum, & Scythopolim, & Pellam, & Dium, & Samariam, itemque Mariſſam, & Azotum, & Jamniam, & Arethuſam, ſuis habitatoribus reſtituit. Et hæc quidem *oppida* mediterranea, præter everſa; ut & maritima, & Gazam, & Joppen, & Dora, & Stratonis turrim, (quæ, ab Herode magnifice condita atque portubus & templis exornata, Cæſarea mutato nomine appellata eſt) Pompejus omnia libera eſſe ſivit, provinciæque *Syriæ* attribuit.

Pompejus in penetrale ingreditur.

Abſtinet ſacris.

Pontificatum reddit Hyrcano.

Hieroſolyma Romanis ſubdita.

Gadara inſtaurata.

Urbes Judæis adempta.

Diſſenſio fratrum cladis Hieroſolymitanæ cauſa.

5. Hujus cladis Hieroſolymis cauſam dederunt diſſenſione ſua Hyrcanus & Ariſtobulus. nam & tunc nobis erepta erat libertas, & in Romanorum redacti eramus poteſtatem; & regionem, quam armis captam à Syris abſtulimus, hanc ipſam compulſi ſumus Syris denuo reſtituere. ac præterea plus quam decem millia talentorum brevi tempore à nobis Romani exegerunt: † ſublataque regia adminiſtratione, honore *ſcilicet* generi pontificali prius delato, popularis inducta eſt. Et de his quidem ſuo loco dicemus. Pompejus autem cum Cœlen-Syriam uſque ad

δαίων, οἱ μὲν ὑπὸ Ρωμαίων, οἱ δ' ὑπ' ἀλλήλων ἀνῃροῦντο· εἰσὶ δ' οἳ καὶ κατὰ κρημνῶν ἑαυτοὺς [a] ἔρριπτον, καὶ πῦρ ἐνιέντες εἰς τὰς οἰκίας ἐνεπίμπρασαν, τὰ γινόμενα καρτερεῖν ἐχ ὑπομένοντες. ἔπεσον δ', τῶν μὲν Ἰουδαίων, εἰς [b] μυρίους καὶ δισχιλίους, Ρωμαίων δὲ παῦροι· ἁλίσκεται δ' αἰχμάλωτος καὶ [c] Ἀψάλωμος, θεῖος ἅμα καὶ πενθερὸς Ἀριστοβούλου. [d] παρῳωμήθη δ' οὐ μικρὰ τοῦ τ' ναὸν, ἄβατόν τε ὂν ἅπασι καὶ τῷ πρὸ αὐτοῦ χρόνῳ ἀόρατον. παρῆλθε γὰρ εἰς τὸ ἐντὸς ὁ Πομπήιος, καὶ τ' αὐτὸν σὺν ὀλίγοις, καὶ εἶδον ὅσα μὴ θεμιτὸν ἦν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἢ [e] μόνοις τοῖς ἀρχιερεῦσιν. [f] ὄντων δὲ τραπέζης τε χρυσῆς, καὶ λυχνίας ἱερᾶς, καὶ σπονδείων, καὶ πλήθους ἀρωμάτων, χωρὶς δὲ τούτων ἐν ταῖς θησαυροῖς ἱερῶν χρημάτων εἰς δισχιλίας ταλάντων, [g] οὐδενὸς ἥψατο δι' ὁσιότητα, ἀλλὰ καὶ τούτῳ τῆς περὶ αὐτὰ ἀξίως ἔπραξεν ἀρετῆς. τῇ τε ὑστεραίᾳ καθαίρειν κελεύσας τὸ ἱερὸν τοῖς [h] ναοπόλοις, καὶ τὰ νόμιμα ἀποφέρειν τῷ Θεῷ, τὸν ἀρχιερωσύνην ἀπέδωκεν Ὑρκανῷ· διό τε τἄλλα ὅσα χρήσιμον ὑπῆρξεν αὐτῷ, καὶ ὅτι τὸν ἐν τῷ χώραν Ἰουδαίοις Ἀριστοβούλῳ συμπολεμεῖν ἐκώλυσε· καὶ τοὺς αἰτίους ἐν πολέμῳ τῷ πολεικῷ διεχρήσατο. τὸ δὲ φαῦλον, καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι [i] τὸ τεῖχος προθύμως ἐπέβησαν, τὸ πεπόνθασιν ἀριστεῖον ἠξίωσε. καὶ [k] τὰ μὲν Ἱεροσόλυμα ὑποτελῆ φόρῳ Ρωμαίοις ἐποίησεν· ὡς δὲ οἱ ἐνοικοῦντες πρότερον πόλεις ἐχαρώσαντο τῆς Κοίλης Συρίας ἀφελόμενος, ὑπὸ τῷ σφετέρῳ στρατηγῷ ἔταξε, καὶ τὸ σύμπαν ἔθνος, ὃπερ μέχα πρότερον αἰρόμενον, ἐντὸς τῶν ἰδίων ὅρων κατέσχεν. καὶ [l] Γάδαρα μὲν, μικρὸν ἔμπροσθεν [m] καταστραφέντα, ἀνέκτισε, [n] Δημητρίῳ χαριζόμενος τῷ Γαδαρεῖ, ἀπελευθέρῳ ἑαυτοῦ· τὰς δὲ λοιπὰς, Ἵππον, καὶ Σκυθόπολιν, καὶ Πέλλαν, καὶ [o] Δίον, καὶ Σαμάρειαν, ἔτι τε Μάρισσαν, καὶ Ἄζωτον, καὶ Ἰάμνειαν, καὶ Ἀρέθουσαν, τοῖς οἰκήτορσιν ἀπέδωκε. καὶ ταύτας μὲν ἐν τῇ μεσογείῳ, χωρὶς τῶν κατεσκαμμένων, [p] Γάζαν τε τὴν ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ Ἰόππην, καὶ [q] Δῶρα, καὶ Στράτωνος τὸν πύργον· ἦν, κτίσαντος αὐτὸν Ἡρώδης μεγαλοπρεπῶς, καὶ λιμέσι τε καὶ ναοῖς κεκοσμήσαντος, μεγαλομάθη Καισάρεια· πᾶσαν ὁ Πομπήιος ἀφῆκεν ἐλευθέραν, καὶ προσένειμε τῇ ἐπαρχίᾳ.

ε'. Τούτῳ δὲ πάθους [r] τοῖς Ἱεροσολύμοις αἴτιοι κατέστησαν Ὑρκανὸς καὶ Ἀριστόβουλος, πρὸς ἀλλήλους στασιάσαντες. τὸν τε γὰρ ἐλευθερίαν [s] ἀπεβάλομεν, καὶ [t] ὑπήκοοι Ρωμαίων κατέστημεν· καὶ τὴν χώραν ἣν τοῖς ὅπλοις ἐκτησάμεθα τοὺς Σύρους ἀφελόμενοι, ταύτην ἠναγκάσθημεν ἀποδοῦναι τοῖς Σύροις, καὶ πρὸς τούτοις τάλαντα Ρωμαῖοι ἐν βραχεῖ χρόνῳ παρ' ἡμῶν εἰσπράξαντο· [v] καὶ βασιλεία, ἡ πρότερον τοῖς ἐκ γένους ἱερεῦσι διδομένη [x] τιμὴ, δημοτικῶν ἀνδρῶν ἐγένετο. καὶ τοῦτ μὲν τούτων κατὰ χώραν ἐρέμεν. Πομπήιος δὲ τὴν Κοί-

a Ἔρριπτον,] *Ἐρίπτων Busb. ἔρριψαν Hen.*

b Μυρίους καὶ διχιλίους,] *Δισμυρίους καὶ διχιλίους Hen. & Epiphan.* Vulgatam lectionem retinui, præcipue quod cum ea conſentiat *Eutropius.*

c Ἀψάλωμος,] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 7. §. 6. SPANH.

d Παρῳωμήθη —— ἀόρατον.] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 7. §. 6. SPANH.

e Μόνοις τοῖς ἀρχιερεῦσιν.] *Η μόνῳ τῷ ἀρχιερεῖ* in lib. 1. de *Bello Jud.*

f Ὄντων δὲ —— ἀρωμάτων,] *Εὑρὼν δὲ τραπέζας χρυσᾶς, καὶ λυχνίας πέλεκ, καὶ σπονδεῖα καὶ πλῆθος ἀργυρωμάτων Hen.* (ut & *Lugd. Bat.*) quo fere modo *Epiphan.* qui vertit, *invenerunt autem menſam auream & circa eam candelabra, & libatoria non pauca* &c. Videſis *Villalpandum* in *Ezech.* part. 2. p. 586.

g Οὐδενὸς ἥψατο δι' ὁσιότητα,] Habemus & Pompeji moderationis illuſtre exemplum apud *Ciceronem* in *Orat. pro Flacco*, hiſce verbis; *Cn. Pompejus, captis Hieroſolymis, victor ex illo ſano nihil attigit.*

h Ναοπόλοις] Νεώκοροι videntur eſſe iidem ac Νεοποιοί, qua voce utitur ipſe *Joſephus*, lib. 1. *de Bello.*

i Τὸ τεῖχος προθύμως ἐπέβησαν,] *Τῷ τοίχῳ Hen. & Vat.*

k Τὰ μὲν —— ἐποίησεν·] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 7. §. 6. & lib. 2. c. 16. §. 4. & 5. SPANH.

l Γάδαρα —— ἀνέκτισε,] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 7. §. 7. SPANH.

m Κατεσκαφέντα] Ad πόλιν, quæ poſt vocem Γάδαρα ſubintelligenda eſt, refertur. Quomodo hæc de Gadaris intelligenda ſunt, oſtendit Cl. *Noriſius* in Differt. III. *de Epochis Syro-Macedonum* p. 304. *Edit. Lipſ.*

n Δημητρίῳ χαριζόμενος] Meminit illius & *Seneca* in lib. *de Tranquillitate*, c. 8. & *Plutarchus* in *Pompejo* & *Catone Uticenſi.*

o Δίον,] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 6. §. 4. SPANH.

p Γάζαν τε —— ἐπαρχίᾳ.] Gaza, Joppe, Dora, Straboniſ Turris ſeu Cæſarea, Liberæ à Pompejo declaratæ. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 7. §. 7. *ὁμοίως δὲ καὶ τὰς παραλίους, Γάζαν, Ἰόππην, Δῶρα* &c. Inde etiam initium æræ Græcorum in Euſ. Coll. Gr. Scalig. p. 195. nempe Olymp. CLXXIX. Coſſ. Silano & Murena. SPANH.

q Δῶρας,] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 7. §. 7. SPANH.

r Τοῖς Ἱεροσολύμοις] *Τῶν Ἱεροσολύμων Busb. τοῖς τὰ Ἱεροσόλυμα Hen.*

s Ἀπεβάλομεν,] Ita *Busb.* & *Hen. ἀπεβάλομεθα* in *cæteris.*

t Ὑπήκοοι] *Al. ὑπήκοον Ρωμαίοις.*

† *Sublataque regia adminiſtratione*] *Al.* & regnum, quod prius Sacerdotalis generis hominibus conferebatur, Honor plebejorum virorum factum eſt. Herodis ſcilicet & ejus poſterorum. Vide Cl. Cleric. in Proleg. ad Hiſt. Eccleſ. p. 21. HUDS. in *Add.*

v Καὶ βασιλεία,] *Καὶ ἡ βασιλεία Busb. Hen.* & *Vat.*

x Τιμὴ,] *Τιμὴ* abeſt *Hen.* nec legiſſe videtur *Epiphan.*

y Ἐπι-

Κοίλω Συρίαν, ἕως Εὐφράτου ποταμοῦ & Αἰγύπτου, Σκαύρῳ στρατὸς καὶ δύο τάγματα Ρωμαίων, ὅτι Κιλικίαν ᾤχετο, ἐπειγόμενος εἰς Ρώμην. [y] ἐπήγετο δὲ μεθ' ἑαυτοῦ καὶ Ἀριστόβουλον δεδεμένον. δύο γὰρ ἦσαν αὐτῷ θυγατέρες, καὶ τοσοῦτοι υἱεῖς· ὧν εἷς Ἀλέξανδρος μὲν ἀπέδρα, ὁ δὲ [z] νεώτερος Ἀντίγονος [a] συνεκομίζετο εἰς Ρώμην ἅμα ταῖς ἀδελφαῖς.

Euphratem fluvium & Ægyptum Scauro tradidisset, cum duabus legionibus Romanis, in Ciliciam contendit, Romam ire festinans. Duxit autem secum etiam Aristobulum vinctum cum ejus prole. erant enim ei duæ filiæ totidemque filii: quorum unus quidem Alexander aufugiebat, junior vero Antigonus Romam una cum suis sororibus deportabatur.

Scaurus Cœles-Syriæ præfectus.

Aristobulus liberique ejus Romam abducti.

ΚΕΦ. ε'.

Ὡς Σκαῦρος συμμαχίαν πρὸς Ἀρέταν ποιεῖται· οἷά τε Γαβίνιος, νικήσας Ἀλέξανδρον Ἀριστοβούλου υἱὸν, ἐν Ἰουδαίᾳ διεπράξατο.

CAP. V. IX.

Quomodo Scaurus fœdus facit cum Areta: quæque Gabinius, victo Alexandro Aristobuli filio, in Judæa gessit.

[b] Σκαύρου δ' ὅτι Πέτραν τὴν Ἀραβίας στρατεύσαντος, καὶ διὰ τὸ δυσεμβολωτάτην εἶναι τὴν ἐν κύκλῳ δηοῦσθαι αὐτῆς, καὶ τοῦ στρατεύματος λιμώττοντος, Ἀντίπατρος κατ' ἐντολὴν Ὑρκανοῦ σῖτον ἐκ τῆς Ἰουδαίας καὶ τἆλλα ὅσων ἐνέδει [c] παρείχετο. πεμφθείς τε πρὸς Ἀρέταν πρεσβεύτης ὑπὸ Σκαύρου, διὰ τὴν ὑπάρχουσαν ξενίαν, πείθει καὶ αὐτὸν ἀργύριον ὑπὲρ τοῦ μὴ δηωθῆναι τὴν χώραν δοῦναι. καὶ αὐτὸς ἐγγυητὴς τριακοσίων ταλάντων γίνεται. καὶ ὅτι τούτοις ἔλυσε τὸν πόλεμον Σκαῦρος, οὐκ ἧττον αὐτὸς ἢ συνέβαινεν Ἀρέταν ὀπτῆσαι τοῦτο γοῦν βουλόμενος.

β'. Χρόνῳ δὲ ὕστερον Ἀλεξάνδρου τὴν Ἰουδαίαν καταστρέχοντος τοῦ Ἀριστοβούλου παιδός, [d] στρατηγὸς Γαβίνιος ἐκ Ρώμης εἰς Συρίαν ἦκεν· ὃς ἄλλά τε λόγου ἄξια διεπράξατο, καὶ ὅτι Ἀλέξανδρον ἐστράτευσε, μηκέτι Ὑρκανοῦ πρὸς τὴν ἐκείνου ῥώμην ἀντέχειν δυναμένου, ἀλλ' ἀνεγείρειν ἤδη καὶ τὸ τῶν Ἱεροσολύμων τεῖχος ὑπεχειροῦτο, ὅπερ εἶλε Πομπήιος. ἀλλὰ τούτου μὲν αὐτὸν ἐπέσχον οἱ ἐνταῦθα Ρωμαῖοι. πλείων δὲ ἐν κύκλῳ τὴν χώραν, πολλοὺς ὡπλίζε τῶν Ἰουδαίων, καὶ συνέλεξε ταχὺ μυρίους μὲν ὁπλίτας, πεντακοσίους δὲ πρὸς τοῖς χιλίοις ἱππεῖς, [e] Ἀλεξάνδρειόν τε ὠχύρου, τὸ πρὸς τοῖς [f] Κορέαις ἔρυμα, καὶ Μαχαιροῦντα πρὸς τοῖς Ἀραβίοις ὄρεσιν. [g] ἔρχεται οὖν ἐπ' αὐτὸν Γαβίνιος, Μάρκον Αντώνιον προπέμψας σὺν ἄλλοις ἡγεμόσιν· οἱ δὲ ὁπλίσαντες Ρωμαίων τοὺς ἑπομένους, καὶ σὺν τούτοις τοὺς ὑπηκόους Ἰουδαίους, ὧν Πιθόλαος ἦγεῖτο καὶ Μάλιχος, προσλαβόντες δὲ καὶ τὸ Ἀντιπάτρου ἐπαγωγὸν ὑπλίτων Ἀλεξάνδρῳ· ἠντλήθη δὲ καὶ Γαβίνιος σὺν τῇ φάλαγγι. καὶ ἀναχωρεῖ μὲν ἐγγὺς Ἱεροσολύμων Ἀλέξανδρος· συμπεσόντων δὲ ἀλλήλοις ἐκεῖ, καὶ μάχης γενομένης, κτείνουσι μὲν οἱ Ρωμαῖοι τῶν πολεμίων ὡσὶ τρισχιλίους, ζωγροῦσι δὲ οὐκ ἐλάττους.

γ'. Ἐν τούτῳ Γαβίνιος ὅτι τὸ Ἀλεξάνδρειον ἐλθών, προσκαλεῖτο τοὺς ἔνδον εἰς ἀμνηστίαν, συγγνώσεσθαι ὡσὶ τοῖς ἐφθαρμένοις ὁμολογῶν. στρατοπεδευομένων δὲ πολλῶν πρὸ τοῦ ἐρύματος πολεμίων, ἐφ' οὓς ἀνῆσαν οἱ Ρωμαῖοι, Μάρκος Αντώνιος ὑπερφυῶς ἀγωνισάμενος, καὶ πολλοὺς ἀποκτείνας, ἔδοξεν ἠριστευκέναι. Γαβίνιος μὲν οὖν, μέρος τῆς φάλαγγος [h] ἐνταῦθα καταλιπών, ὡς ἂν ἐκπολιορκηθῇ τὸ χωρίον, [i] αὐτὸς ὅτι τὴν ἄλλην Ἰουδαίαν ἦλθε, καὶ ὅσας γε ἐνετύγχανε καθῃρημένας τῶν πόλεων, κτίζειν παρεκελεύετο. καὶ ἀνεκτίσθησαν, Σαμάρεια, καὶ Ἄζωτος, καὶ Σκυθόπολις, καὶ Ἀνθηδών, καὶ Ραφία, καὶ [k] Δῶρα, Μάρισά τε καὶ Γάζα, καὶ ἄλλαι οὐκ ὀλίγαι. τῶν δὲ ἀνθρώπων πλειόνων

CUM autem Scaurus in Petram Arabiæ *regiam* expeditionem fecisset, & propter difficillimum ad eam aditum agrum in circuitu depopularetur, & exercitus fame laboraret, Antipater Hyrcani jussu frumentum ex Judæa, & alia quibus opus erat *ei* præbebat: missusque ad Aretam legatus à Scauro, quoniam ejus hospes esset, persuasit *ei* ut pecunia vastationem agri redimeret. & ipse trecentorum talentorum sponsor fit. Atque his conditionibus Scaurus bellum finivit; non minus quod ipse hoc voluerit, quam quod Aretas idem concupiverit.

Scauri expeditio in Petram.

X. 2. Aliquanto autem post Alexandro Aristobuli filio Judæam incursante, imperator Gabinius Roma venit in Syriam: qui & alia memoratu digna gessit, & in Alexandrum arma movit, cum quidem Hyrcanus Alexandri vires sustinere amplius nequiret, sed jam Hierosolymorum murum à Pompejo dirutum erigere instituerat. Verum ab hoc quidem *conatu* eum prohibuerunt qui illic erant Romani: at regionem circumquaque obiens multos Judæorum armabat, collegitque celeriter decem millia peditum, ut & mille & quingentos equites, & Alexandrium munitionibus firmavit (castellum prope Coreas situm) & Machæruntem apud montes Arabiæ. Igitur eum aggreditur Gabinius, præmisso Marco Antonio cum aliis ducibus: qui cum armatis quos ducebant Romanis, & præterea Judæis qui eis parebant, quibus Pitholaus & Malichus præfecti erant, assumpto insuper Antipatri auxilio, obviam iverunt Alexandro: Gabinius autem & ipse cum * gravi armatura sequebatur. Et quidem Alexander prope Hierosolyma se recepit: cum vero ad manus illic ventum esset, præliumque committeretur, interfecerunt quidem Romani hostium circiter tria millia, vivosque ceperunt non pauciores.

Gabinius in Syriam venit.

Alexandrum, Judæam incursantem, persequitur.

Prælio superat.

3. Interea Gabinius, ad Alexandrium profectus, eos qui intus erant ad compositionem invitabat, veniam eis ante peccatorum se daturum promittens. Cum autem multi ex hostibus ante munimentum castra haberent, quos adorti sunt Romani, Marcus Antonius egregie pugnando, magnamque cædem faciendo *reliquis* palmam præripuisse visus est. Cæterum Gabinius, relicta ibi parte exercitûs, ad locum expugnandum, ipse reliquam Judæam obibat, & in quascunque incidebat urbes eversas, instaurari jubebat: & refectæ sunt Samaria, & Azotus, & Scythopolis, & Anthedon, & Raphia, & Dora, & Marissa, & Gaza, & aliæ non paucæ. Dumque homines Gabinii

Alexandrium ipse oppugnatum.

Urbes aliquot everfas instaurari jubet.

[y] Ἐπήγετο δὲ] Ita *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.* ἐπήγαγε *Zonar.* ἐπήγετο in *Editis Aliisque.*

[z] Νεώτερος] *Lugd. Bat.* νεώτατος.

[a] Συνεκομίζετο] Συναπεκομίζετο *Busb.* συνεπεκομίζετο *Hen.*

[b] Σκαύρου —— στρατεύσαντος,] Conf. supr. c. 2. §. 3. SPANH.

[c] Παρείχετο.] Παρεῖχε *Hen.*

[d] Στρατηγὸς Γαβίνιος] Vide *Montacutium* in *Exercit.* VIII. p. 275.

[e] Ἀλεξάνδρειόν] Conf. supra lib. 14. c. 3. §. 4. SPANH.

[f] Κορέαις ἔρυμα,] Al. Κορεαῖς.

[g] Ἔρχεται] ὧν ἐπ' αὐτὸν Γαβίνιος,] Ἔρχεται] δ' ὧν *Busb.*

* *Gravi armatura sequebatur.*] Cum legione, *Epiphan.* cum phalange *Schot.* cum reliquo exercitu, *Gelen.*

[h] Ἐνταῦθα καταλιπών,] Ἐκ τοῦ Ἀλεξάνδρειον *Busb.* quod interpretamentum esse puto vocis ἐνταῦθα. *Lugd. Bat.* ἐνταυθοῖ.

[i] Αὐτὸς ἐπὶ τὴν ἄλλην] Αὐτὸς ἐπὶ τὴν ἄλλην Ἰουδαίαν, καὶ ὅσα *Busb. Lugd. Bat.* & *Hen.*

[k] Δῶρα,] Conf. *alter.* lib. 1. c. 2. §. 6. SPANH.

binii mandatis parent, accidit tum ut ea oppida tuto incolerentur, poſtquam diu deſerta fuerant.

Alexandrium aliaque caſtella diruta à Gabinio.

4. Ille vero, iſtis per regionem factis, revertitur ad Alexandrium: & dum obſidionem intendit, mittit ad eum legationem Alexander, peccatorum veniam petens, & de caſtellis tradens Hyrcaniam & Machæruntem, tandemque etiam Alexandrium. Et iſta quidem Gabinius diruit. At cum mater Alexandri, quæ Romanorum partes propterea fovebat; quod ejus vir cæterique liberi Romæ habebantur, ad eum veniſſet, conceſſit ei quæcunque poſtulabat: & compoſitis ejus negotiis, Hyrcanum duxit Hieroſolyma, ſani curam habiturum. Deinde conſtitutis quinque juridicis conventibus, in *totidem* æquales partes gentem diviſit: ita ut alii jus peterent ad Hieroſolyma, alii ad Gadara, alii ad Amathuntem, quarti vero ad Hierichuntem, & quinti ad Sapphora Galilææ. Atque ita principatu liberati Judæi, *deinde* ab optimatibus regebantur.

Judæorum reſtionis mutatio.

οἷς ὁ Γαβίνιος [l] πρωτέταξε, βεβαίως [m] οἰκήσειν σωίζεσθαι τότε τὰς πόλεις, πολὺν χρόνον ἐρήμους γενομένας.

δ'. Ταῦτα δὴ διαπεραξάμενος κατὰ τὴν χώραν ἐπάνοδον εἰς τὸ Αλεξάνδρειον· καὶ τὴν πολιορκίαν αὐτοῦ κρατύναντος ἀπαντᾷ πρεσβεύεται πρὸς αὐτὸν Αλέξανδρος, συγγνώσκην τε αὐτῷ τῶν ἡμαρτημένων δεόμενος, καὶ παραδιδοὺς τὰ ἐρυμάτων [n] Υρκανίαν τε καὶ Μαχαιροῦντα, ὕστερον δὴ καὶ Αλεξάνδρειον. καὶ [o] ταῦτα μὲν Γαβίνιος κατέσκαψε. ἡ Αλεξάνδρα δὲ μήτηρος πρὸς αὐτὸν ἐλθούσης, [p] ἣ ἐφρόνει τὰ Ρωμαίων, καὶ τὰ ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ τῶν ἄλλων τέκνων ἐν Ρώμῃ ἐχομένων, συνεχώρησεν αὐτῇ ταῦθ' ἅπερ ἠξίου· καὶ διαπραξαμένου τὰ πρὸς αὐτὴν, Υρκανὸν κατῆγε εἰς Ιεροσόλυμα, ἐπίτροπον τῆς ἱερᾶς ἐπιμελείας. [q] πάντα δὲ συνέδρια κατασήσας, εἰς ἴσους μοίρας διένειμε τὸ ἔθνος· καὶ ἐπολιτεύοντο οἱ μὲν ἐν Ιεροσολύμοις, οἱ δὲ ἐν [r] Γαδάροις, οἱ δὲ ἐν Αμαθοῦντι, τέταρτοι δὲ ἦσαν οἱ ἐν Ιερειχοῦντι, καὶ τὸ πέμπτον ἐν [s] Σαπφώροις τῆς [t] Γαλιλαίας. καὶ οἱ μὲν ἀπηλλαγμένοι [v] τῆς δυναστείας, ἐν ἀριστοκρατείᾳ δὴ ἦσαν.

XI. CAP. VI.

Quomodo Gabinius Ariſtobulum, poſt fugam à Roma captum, Romam remittit: utque Gabinius ex Ægypto reverſus prælio ſuperat Alexandrum & Nabataeos.

ΚΕΦ. ς'.

Ὡς φυγόντα ἐκ Ρώμης Αριστόβουλον λαβὼν Γαβίνιος ἀναπέμπει εἰς Ρώμην· καὶ ὡς Γαβίνιος ἐξ Αἰγύπτου ἐπανελθὼν μάχῃ κρατεῖ Αλεξάνδρου τῶν Ναβαταίων.

Res geſtæ ab Ariſtobulo à Roma in Judæam profugo.

CUM autem Ariſtobulus Roma in Judæam profugiſſet, & Alexandrium, quod nuper erat everſum, reficere inſtitueret, mittit Gabinius adverſus eum milites, & duces Siſennam & Antonium & Servilium, qui locum ab eo occupari prohiberent, ipſumque comprehenderent. Multi autem Judæorum ad Ariſtobulum confluebant, tum propter veterem ejus gloriam, tum quia novis rebus ſtudebant. Itaque Pitholaus quidam, qui Hieroſolymis legatus erat, cum mille hominibus ad eum perfugit: ſed eorum qui ei ſe adjungebant plerique erant inermes. Cum autem Ariſtobulus ad Machæruntem ſe conferre ſtatuiſſet, eos dimiſit, quod non eſſent inſtructi (ſibi enim ad opera *bellica* inutiles erant) aſſumptiſque armatis, qui erant circiter octo millia, profectus eſt. Sed Romanis eos acriter aggreſſis, victi ſunt egregie Judæi: & animoſe præliati hoſtium vi in fugam verſi ſunt. Et illorum quidem ad quinque millia occiduntur: reliqui vero diſſipati, ſibimet, ut poterant, conſulere conabantur. Ariſtobulus tamen, plus mille ſecum habens, effugit ad Machæruntem, locumque munire inſtituit: &, quamvis rebus afflictis, nihilominus bonas ſpes habebat. Sed poſtquam duos dies obſidionem ſuſtinuit, multis vulneribus acceptis, capitur cum Antigono filio ſuo, qui una cum eo Roma aufugerat, & ad Gabinium ducitur. Et quidem Ariſtobulus, cum ea ſibi fortuna obtigiſſet, iterum ad Romam mittitur, & in vinclis ibi tenebatur, poſtquam rex & Pontifex fuiſſet annos tres & ſex menſes, vir præclarus & magni animi. Verum

Eum comprehendit Gabinius, Romamque remittit.

Ἀριστόβουλος δὴ Αλεξάνδρου ἐκ Ρώμης εἰς τὴν Ιουδαίαν, καὶ [x] τὸ Αλεξάνδρειον, ὅπερ ἐῶ νεωστὶ καταπεπολεμημένον, ἀνατείχιζειν παρασκευαζόμενος, πέμπει Γαβίνιος [y] πρὸς αὐτὸν στρατιώτας καὶ ἡγεμόνας, Σίσενναν τε καὶ Αντώνιον καὶ [z] Σερβίλιον, [a] κωλύσοντάς τε τὸ χωρίον αὐτὸν καταλαβεῖν, καὶ συλλήψομένους αὐτόν. πολλοὶ δὲ Αριστοβούλῳ τῶν Ιουδαίων διὰ τὴν παλαιὰν εὐκλειαν παρεσύροντο, καὶ διὰ τὰ νεωτέρους χαίροντες πράσσειν. Πιθόλαος γάρ τις, [b] ἐπιτήδειος ἐν Ιεροσολύμοις ὤν, μετὰ χιλίων ἡγεμόνευσε πρὸς αὐτόν· πολλοὶ δὲ τῶν προσγενομένων ἦσαν ἄοπλοι. διεγνωκὼς δὲ εἰς Μαχαιροῦντα ἀπανίστασθαι Αριστόβουλος, τούτους μὲν ἀπέλυσεν [c] ὡπλισμένους· ἐδόκουν γὰρ αὐτῷ χρήσιμοι πρὸς τὰ ἔργα· τοὺς δὲ ἐπιτηδείους πρὸς ὁπλομαχίαν ὄντας ἀναλαβὼν ἦγε. καὶ προσπεσόντων αὐτοῖς τῶν Ρωμαίων καρτερῶς, ἥττηται τῇ μάχῃ γενναίως οἱ Ιουδαῖοι· [d] καὶ προθύμως ἀγωνιάμενοι βιασθέντων [e] τε τῶν πολεμίων εἰς φυγὴν τρέπεται. καὶ φονεύονται μὲν αὐτῶν εἰς πεντακισχιλίους· οἱ δὲ λοιποὶ [f] σκεδασθέντες, ὡς ἐδύναντο σώζειν [g] αὐτοὺς ἐπειρῶντο. χιλίων μέντοι πλείονας ἔχων Αριστόβουλος εἰς Μαχαιροῦντα διέφυγε, ὠχυρώτατον τὸ χωρίον, καὶ πᾶσιν κακῶς ἤδη ἦσαν ἐλπίδος ἀγαθῆς εἶχεν. δύο δὲ ἡμέρας ἀντισχὼν τῇ πολιορκίᾳ, καὶ πολλὰ τραύματα λαβὼν, αἰχμάλωτος μετ' Αντιγόνου τοῦ παιδὸς, ὃς δὴ καὶ συνέφυγε ἐκ Ρώμης αὐτῷ, πρὸς Γαβίνιον ἄγεται. καὶ τοιαύτην μὲν Αριστόβουλος τύχην, πάλιν εἰς Ρώμην ἀναπέμπεται, καὶ δεθεὶς [h] αὐτόθι κατέκειτο, βασιλεύσας μὲν καὶ ἀρχιερατεύσας ἔτη τρία καὶ μῆνας ἕξ, ἀνὴρ δὲ λαμπρὸς καὶ μεγαλόψυχος γενόμενος. τὰ μέντοι πίστα αὐτοῦ

---

l Προτέταξε,] Παρεκελεύσατο *Busb.*

m Συνοίσειν οἰκήσειν] Οἰκεῖσθαι *Busb.*

n Υρκανίαν] Conf. *ἀλωτ.* lib. 1. c. 8. §. 2. SPANH.

o Ταῦτα μὲν Γαβίνιος κατέσκαψε.] De diruta à Gabinio Macheruntе *ἀλωτ.* lib. 7. c. 6. §. 2. SPANH.

p Ἡ ἐφρόνει] Ἐσφρόνει δὲ *Hen. Lugd. Bat.* ſimpliciter ἐφρόνει.

q Πάντα δὲ συνέδρια κατασήσας,] Vide *Seldenum* in l. 2. de *Synedriis*, c. 9. §. 5. & *Voſſium* de *Synedriis*, §. 14. HUDS. Conf. *ἀλωτ.* lib. 1. c. 8. §. 5. SPANH.

r Γαδάροις,] Conf. *ἀλωτ.* lib. 1. c. 8. §. 5. SPANH.

s Σαπφώροις] Ita *Busb* (*Lugd. Bat.* in quo Σισφώροις) *Vat.* & *Epiphan.* Σαμφόροις in *Editis*. Σαμφόροις *Hen.* HUDS. Conf. ſupr. lib. 13. c. 12. §. 5. & *ἀλωτ.* lib. 1. c. 16. §. 2. SPANH.

t Γαλιλαίας.] Sic *Busb. Gall.* (*Coccejus*) *Epiphan.* & ipſe *Joſephus* l. 2. *de Bello Jud.* Ιουδαίας in *cæteris*.

v Τῆς δυναστείας.] Τῆς abeſt *Busb.* & *Hen.*

x Τὸ Αλεξάνδρειον, —— ἀνατειχίζειν] Herodes fratrem Pheroram jubet ἀνατειχίζειν καὶ Αλεξάνδρειον infra c. 15. §. 4. hic Ariſtobulum. SPANH.

y Πρὸς αὐτὸν στρατιώτας καὶ ἡγεμόνας,] Ἐπ' αὐτὸν *Busb.*

z Σερβίλιον,] *L. B.* Σερουίδιον.

a Κωλύσοντάς τε] Κωλύσαντας τε *Busb.* & *Hen.*

b Ἀπόρους ὄντας·] In *Cod. Busb.* ἀόπλους, armis inopes, ut vertit *Epiphan.*

c Καὶ] *L. B.* καίπερ.

d Τε] Abeſt à *L. B.*

e Σκεδασθέντες,] Διασκεδασθέντες *Busb.*

f Αὐτοὺς ἐπειρῶντο.] Ἑαυτοὺς *Busb.*

g Αὐτόθι κατέκειτο,] Sic *Baſ. Busb.* & *Epiphan.* αὐτὸς in *reliquis*.

h Ἔτη τρία καὶ μῆνας ἕξ,] Ita in omnibus *Joſephi* libris, tam *Lat.* quam *Gr.* βασιλεύσας καὶ ἀρχιερατεύσας ἔτη τρία *Zonar.* præciſe. ἔτη ς'. καὶ μῆνας γ'. legendum cenſet *Jac. Capellus* ad *A. M.* 3937. Cum regnum tenuiſſe dicitur annos tres & menſes ſex,

αὐτὸ ἀνῆκεν ἡ σύγκλητος, Γαβινίῳ γράψαι τοῦτ' ἐπισχεθῆναι τῇ μητρὶ φρουρούσῃ τὰ ἐρύματα. καὶ τότε μὲν εἰς τὴν [i] Ἰουδαίαν [k] ἐπανῆρχεν.

Aristobuli liberi dimissi.

β'. [l] Γαβινίῳ δ' ὅτι Πάρθους στρατεύσαι, καὶ τὸν Εὐφράτην [m] ἤδη πεπεραιωμένῳ, μεταδόξαν εἰς Αἴγυπτον [n] ἐπανάγεσθαι καταστῆσαι Πτολεμαῖον εἰς αὐτήν. καὶ ταῦτα μὲν καὶ ἐν ἄλλοις δεδήλωται. Γαβινίῳ μέντοι, ἐξ τὴν [o] στρατιὰν ἣν [p] ἐπ' Ἀρχέλαον ἐστείλατο, Ἀντίπατρος ὑπηρέτησε σῖτον καὶ ὅπλα καὶ χρήματα· καὶ τοὺς ὑπὲρ Πηλούσιον τῶν Ἰουδαίων ὄντας αὐτῷ προσηγάγετο καὶ συμμάχους ἐποίησε, φύλακας ὄντας τῶν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐμβολῶν. ἐπανελθὼν δ' ἐκ τῆς Αἰγύπτου καταλαμβάνει τὴν Συρίαν στάσει καὶ ταραχῇ νοσοῦσαν. ὁ γὰρ Ἀριστοβούλου παῖς Ἀλέξανδρος, παρελθὼν ἐξ ὑστέρου πάλιν ὅτι τὴν ἀρχὴν ἐκ βίας, πολλοὺς μὲν τῶν Ἰουδαίων ἀπέστησεν· στρατιμάτην δὲ μεγάλην τὴν χώραν ἐπερχόμενος, ἔκτεινε πάντας ὅσους ὁπιτύχοι τῶν Ῥωμαίων, εἰς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Γαριζεὶν συμφυγόντας, καὶ προσέκειτο πολιορκῶν.

Antipater Gabinium, Ptolemæum in Ægyptum reducentem, adjuvat.

Alexander Aristobuli filius principatum occupat.

γ'. Ὁ δὲ Γαβίνιος, τοιαύτην κατὰ τὴν Συρίαν καταλαβών, Ἀντίπατρον, σωστὸς γὰρ ἦν, προπέμπει πρὸς τοὺς νεοχμώτας, εἰ πάσῃ δυνηθείη τῇ προφορικῇ αὐτοὺς, καὶ πᾶσιν πρὸς τὸν ἀμείνω λογισμὸν ἐπανελθεῖν. ὁ δὲ ἐλθὼν πολλοὺς μὲν [q] ἐσωφρόνισε καὶ προσηγάγετο τῷ δέοντι· [r] τὸν δὲ Ἀλέξανδρον οὐκ ἠδυνήθη κατασχεῖν. στρατὸν γὰρ τρεῖς μυριάδας Ἰουδαίων, ἀπηντήσατο Γαβινίῳ, καὶ συμβολὴν ἥττατο, πεσόντων αὐτοῦ μυρίων περὶ τὸ [s] Ἰταβύριον ὄρος.

Gabinius contra Alexandrum proficiscitur.

Eum prælio superat.

δ'. Καταστησάμενος δὴ Γαβίνιος τὰ κατὰ τὴν Ἱεροσολυμιτῶν πάλιν, ὡς ἦν Ἀντιπάτρῳ θέλοντα, ὅτι Ναβαταίους ἔρχεται. καὶ κρατεῖ μὲν τούτων τῇ μάχῃ· [t] Πάρθων δὲ Φυγάδας Μιθραδάτην καὶ Ὀρσάνην, πρὸς αὐτὸν ἐλθόντας, [v] πρέπεμψε, τῷ δὴ λόγῳ ἀπίδρασιν αὐτόν. καὶ Γαβίνιος μὲν, ἔργα μεγάλα καὶ λαμπρὰ κατὰ τὴν [x] στρατείαν δράσας, ἀπῆρεν εἰς Ῥώμην, Κρίσσῳ παραδοὺς τὴν ἀρχήν. ἐπὶ δὲ Πομπηίου καὶ Γαβινίου στρατείας ὅτι Ἰουδαίους, γράφει Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς, καὶ Στράβων ὁ Καππάδοξ, ἄδεν [y] ἕτερος ἑτέρου κατώτερον λέγων.

Aliis rebus gestis Romam redit.

Nicolaus Damascenus & Strabo.

ejus liberos dimisit Senatus, propterea quod scripsit Gabinius, id se eorum matri castella tradenti promisisse. atque ita rediere tum in Judæam.

2. Gabinius vero, cum in eo esset, ut in Parthos duceret exercitum, trajecto jam Euphrate, mutavit sententiam; & reversus est in Ægyptum, ut *ibi* Ptolemæum in illius regnum restitueret. *Et hæc quidem etiam in aliis *scriptis* memorata sunt. Attamen Gabinio, in ea expeditione quam fecit adversus Archelaum, Antipater frumentum & arma & pecuniam suppeditavit: eique Judæos, qui supra Pelusium collocati custodes erant aditum Ægypti, idem conciliavit, sociosque fecit. Deinde reversus ex Ægypto Syriam offendit seditione & tumultu laborantem. Nam Aristobuli filius Alexander, recuperato denuo per vim principatu, multos quidem Judæorum ad defectionem impulit; ingentique manu regionem incursans, interficiebat quotquot nactus erat Romanorum, qui in montem Garizim appellatum confugerant, eosque obsidione urgebat.

3. Gabinius autem, cum hoc in statu Syriam offendisset, Antipatrum (nam prudens erat & *rerum peritus*) ad rebelles præmittit, si forte posset eorum amentiam sanare, eosque ad meliorem mentem consilio suo revocare. Ille *eò* profectus multos quidem repressit & ad officium reduxit: Alexandrum vero cohibere non potuit. Is enim, cum triginta Judæorum millia in exercitu haberet, obviam ivit Gabinio: & cum eo congressus victus est, amissis suorum decem millibus apud montem Itabyrium.

4. Deinde Gabinius, constitutis ad Antipatri voluntatem urbis Hierosolymitarum rebus, adversus Nabatæos proficiscitur. Et hos quidem prælio superat: Mithradatem vero & Orsanem Parthorum perfugas, qui ad ipsum se receperant, deduxit, sparso rumore, quod ab eo fuga dilapsi essent. Et Gabinius quidem, cum res multas & præclaras gessisset, Romam discessit, tradita Crassо provincia. De his autem Pompeji & Gabinii contra Judæos expeditionibus scribit Nicolaus Damascenus, & Strabo Cappadox, quorum unus nihil ab altero alienum refert.

sex, hoc ipsum *Arabice Hist. Jud. Collector* (ad calcem *Bibliorum* πολυγλώττων editus) cap. 40. de prioris principatûs spatio accipit, *donec captivus adductus est prima vice*, quum de priore illo & posteriore hoc, simul sumptis, intelligendum potius fuisse videatur. ut ante priorem quidem captivitatem annos tres & menses totidem (ut in lib. 20. *Antiq.* c. 8. diferte *Josephus* confirmat) post reditum vero ex urbe Roma, & ante secundam captivitatem tres alios menses in regno ille exegerit. *Usserius* in *Ann.* V. T. p. 287. *Edit. Lond.*

i Ἰουδαίαν] Ἰδουμαίαν *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Vat.*

k Ἐπανῆρχεν.] Ita *Hen.* (*L. B.* στρατιὰν *Busb.*) & *Vat.* ἐπανίεχον) in *reliquis*. HUDS. Si vertas *rediere*, ἐπανίεχον) cum cæteris legendum. IBBETSON.

l Γαβινίῳ δ' ἐπὶ Πάρθους στρατεύσαι,] Αλλοι. lib. 1. c. 8. §. 7. Γαβινίῳ δ' ἐπὶ Πάρθους ἀφορμῶντι &c. SPANH.

m Ἤδη περαιωμένῳ,] Ita *Hen.* ἤδη deest *cæteris*.

n Ὑποστρέψασθαι —— αὐτόν.] Ὑποστρέψαι *Vat.* & *Hen.*

* *Et hæc quidem etiam in aliis* scriptis *memorata sunt.*] Hæc vero & per alios historiarum scriptores monstrata sunt, *Epiphan.*

o Στρατιὰν ἣν] Στρατιὰν δὲ ἐφ' Ἑλ. *Busb.* HUDS. Forte ἐπ' Αἴγυπτον. COCC.

p Ἐπ' Ἀρχέλαον ἐστείλατο,] Prius erat ἐφ' Ἑλαιῶν ἐστείλατο in *Edit. Basil.* quod falsum, & contra omnem Historiæ fidem, cui etiam ipse *Josephus* refragatur *lib.* 1. *de Bello Jud.* ὑφ' Ἑλαιῶν in *Edit. Gen.* quod nulla nititur verisimilitudine. Γαβινίῳ μέντοι στρατιώτας Ἀντίπατρος ὑπερέτησεν legisse visus est *Epiphan.* qui vertit, *Gabinii deinde militibus Antipater ministravit* &c. Unde *Montacutius* in *Apparat.* IV. p. 149. & in *Exercit.* VIII. p. 275.) legendum esse conjicit, Γαβινίῳ μέντοι ἐξ τὴν στρατιὰν ἣν ἐστείλατο, Ἑλκανὸς καὶ Ἀντίπατρος ὑπερέτησεν &c. Est qui malit ἐπ' Αἴγυπτον ἐστείλατο. Verum cum *Livius* (*Epitom.* CV.) dixerit, *A. Gabinius proconsul Ptolemæum reduxit in regnum Ægypti, ejecto Archelao, quem sibi regem adsciverant* &c. placuit rescribere ἐπ' Ἀρχέλαον ἐστείλατο.

q Ἐσωφρόνισε καὶ προσηγάγετο] Ita *Busb.* & *Hen.* ἐσωφρόνησε in *Editis Aliisque*.

r Τὸν δὲ Ἀλέξανδρον οὐκ ἠδυνήθη καθέξειν.] Conf. infr. c. 8. §. 4. SPANH.

s Ἰταβύριον ὄρος.] Vid. *alsos.* lib. 1. c. 8. §. 7. SPANH.

t Πάρθων δὲ Φυγάδας,] Eo ordine *Hen.* Πάρθων δὲ Μιθραδάτην καὶ Ὀρσάνην Φυγάδας in *cæteris*. Καὶ Μιθραδάτην καὶ Ὀρσάνην Φυγάδας οὐκ Πάρθων μόνον ἀπέπεμψε, ὡς δὲ τοῖς στρατιώταις ἔλεγεν ἀποδράναι, lib. 1. *de Bello Jud.*

v Πρέπεμψε, τῷ δὴ λόγῳ ἀπίδρασιν αὐτόν.] Conf. *alsos.* lib. 1. c. 8. §. 7. SPANH.

x Στρατείαν δόξασα] Στρατηγίαν *Busb. Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Vat.*

y Ἕτερος ἑτέρου κατώτερον λέγων.] Ita *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Epiphan.* ἄδει ἑτέρου in *Editis Aliisque*.

XII. CAP. VII.

Quomodo Craſſus, in Judæam profectus templumque depeculatus, bello Parthos tentavit & cum exercitu interiit: utque Caſſius, Syria potitus, Parthos arcebat, & in Judæam aſcendit.

Craſſus in Judæam venit & ſacras pecunias depeculatur.

CRaſſus autem, in Parthos expeditionem facturus, venit in Judæam: & ſublata quæ in templo erat pecunia, quam Pompejus reliquerat, (ea erat duo millia talentorum) à ſe impetrabat ut omni auro (atque id erat ad octo millia talentorum) templum ſpoliaret. Cepit & trabem ſolido auro factam ex minis trecentis. una autem mina apud nos valet duas libras & dimidiam. Hanc vero trabem ei tradidit ſacerdos *ſacri* theſauri cuſtos, nomine Eleazarus, non malitia *quidem*, nam vir bonus erat & juſtus, ſed cum concreditam haberet velorum templi cuſtodiam, quæ & pulchritudine miranda & opere ſumptuoſa erant, & ab ea trabe dependebant, videretque Craſſum colligendo auro incumbentem, metuens de univerſo templi ornatu, trabem ei auream in omnium redemptionem dedit; cum quidem eum jurejurando aſtrinxiſſet, nihil aliud ex templo moturum, ſed eo contentum fore quod ab ipſo daretur, quod quidem eſſet multorum millium. Erat autem ea trabs in lignea trabe cava: id quod alios omnes latebat, ſolus vero ſciebat Eleazarus. At Craſſus & hanc, tanquam nihil aliud tacturus eorum quæ eſſent in templo, ſumpſit, & contra jusjurandum omne templi aurum ſuſtulit.

Fidem, Eleazaro ſacrorum theſaurorum cuſtodi datam, violat Craſſus.

Unde ſacræ Judæorum pecuniæ.

2. Ne cui autem mirum ſit, quod tantæ divitiæ in noſtrum templum congeſtæ eſſent, cum omnes ubique terrarum Judæi, quique Deum colunt, tam ex Europa quam ex Aſia, per multa retro ſecula eò munera contulerint. Nec teſtibus caret opum magnitudo quam memoravimus, neque ex oſtentatione noſtra, aut rem verbis exaggerandi ſtudio, in immenſum adeo extollitur: ſed cum alii multi ex ſcriptoribus nobis teſtimonium perhibent, tum Strabo Cappadox hiſce verbis. "Mithradates autem in Co miſit qui ſibi *inde* pecuniam attulerunt, quam Cleopatra regina ibi depoſuerat, ut & Judæorum octingenta talenta". Nobis autem nulla eſt publica pecunia niſi quæ Deo ſacra. Atque perſpicuum eſt, Judæos in Aſia hanc pecuniam in Co tranſtuliſſe metu Mithradatis. Haud enim veriſimile, eos qui Judæam incolebant, urbem adeo munitam habentes & templum, pecunias Co miſiſſe. Imo nec Judæos Alexandriam habitantes hoc ipſum feciſſe credibile eſt, ut qui nihil Mithradatem metuerint. Quin & Strabo alio in loco teſtatur, Sullam, quo tempore in Græciam trajecit, bellum geſturus contra Mithradatem, Lucullum etiam miſiſſe ad compeſcendam in Cyrene ſeditionem gentis noſtræ, quæ orbem terrarum repleverat, ita dicens. "In urbe autem Cyrenæorum quatuor erant *hominum claſſes*,

Strabonis teſtimonium.

Aliud ejuſdem teſtimonium.

ΚΕΦ. ζ'.

Ὡς Κράσσος, εἰς Ἰουδαίαν ἐλθὼν καὶ τὸν ναὸν συλήσας, ὅπλα Πάρθοις ἐξώρμησε, καὶ ἐφθάρη σὺν τῷ στρατεύματι· καὶ ὡς Κάσσιος, Συρίαν κατασχόμενος, τοῖς Πάρθοις ἐμποδὼν ἦν, καὶ εἰς Ἰουδαίαν ἀνέβη.

4. Quas ille insuper res consequutus, magnificentior evasit: & Cæsarem quidem ad Antiochiam usque comitatus est. Ille vero reversus, quantum res suas prospero foris successu crescere putabat, tanto plus malorum in domesticis habebat, præsertim in re conjugali, in qua antea tam fortunatus esse videbatur. Flagraverat enim, idque merito, Mariamnes amore, non minus quam illi de quibus loquuntur historiæ. atque illa alioquin pudica, & erga eum fidelis erat: sed ingenium habebat mulierbre paulo odiosius; quippe quæ eum amore devinctum satis imperiose tractaret, atque tum quidem, non secum reputans quod in regno viveret & alterius imperio subesset, sæpe in eum petulantius se gereret, id quod ille dissimulans moderate & patienter ferebat. Deridebat etiam ipsa palam regis matrem & sororem, & de eis ob ipsarum generis obscuritatem male dicebat: adeo ut inter feminas jam *aperta* esset simultas & odium inexpiabile, & tunc etiam graviores jacerentur calumniæ. atque ea suspicio *magis magisque* fota integrum annum duravit post Herodis à Cæsare reditum. Postremo alitum diu malum erupit ex hujusmodi occasione. Cum rex *quodam die* quietis gratia meridie cubaret, Mariamnen pro suo perpetuo in eam amore ad se vocabat. Illa vero ingressa quidem est, tamen non cum eo cubuit, sed cum hoc vellet contempsit & contumelia affecit, quasi patris ipsius fratrisque necis auctor exstitisset. Cum autem ille graviter contumeliam tulisset, & ad temerarium aliquid committendum se paravisset, Salome regis soror, majorem turbam sentiens, eò summisit regis pocillatorem à se jampridem subornatum, jussitque ut diceret, à Mariamne rogatum se ut ipsam in conficiendo regi amatorio adjuvaret. Quod si rex turbatus quæsivisset quid esset, diceret amatorium penes ipsum esse, sed se ab ea oratum ut id regi porrigeret. sin hac amatorii mentione rex non moveretur, sileret & nihil laboraret; id quidem ei nullum afferre periculum. Hunc illa ita instructum tempore ipso misit intro *cum rege* colloquuturum. Ille compositus ad fidem & cum studio ingressus, dicit, Mariamnen sibi dona dedisse, suasisseque ut regi præberet amatorium. Ad hoc commoto rege, *id* amatorium dicebat esse pharmacum quod ab ea daretur, cujus quænam vis esset nescire se: hac de causa se id *regi* indicasse, ra- *Herodes ab uxore indies magis offunsus est.* *Mariamnes ingenium paulo morosius.* *Mariamne ex superbia odium sibi conciliat.* *Herodi mœstitia exprobrat.* *Salome falsum testem contra Mariamnem subornat.*

[f] Γαλατῶν τετρακοσίους αὐτὸν ἐδωρήσατο,] Conf. *Antiq.* lib. 1. c. 20. §. 3. SPANH.

[g] Γάδαρα —— πύργον.] Conf. *Antiq.* lib. 1. c. 20. §. 3. Verum mox Gazam etiam Costobaro datam ab Herode §. 9. seq. scribit, ubi regnum adeptus. Unde repugnantia hic à Josepho dici contendit Harduin. de Numm. Herod. p. 21; vid. & de Costobaro uno è Primatibus Idumæorum & Salomes marito *Antiq.* lib. 2. c. 17. §. 4. SPANH.

[h] Ερωτα γὰρ] Ερωτα μὲν γὰρ *Busb.*

[i] Τὰ μὲν ἄλλα σώφρων] Ita *MSS.* & *Zonar.* τὸ μὲν ἄλλο in *Editis.*

[k] Εντρυφῶσα δεδιωλωμένῳ] Καταντρυφῶσα *Zonar.*

[l] Ἄλλου αὐτῆς] Sic *Busb.* & *Hen.* ἄλλων in *ceteris.*

[m] Τήν τε μητέρα] Eo modo *Vat.* τὴν μητέρα in *reliquis.*

[n] Εκγενομένης.] Εγγενομένης *Hen.*

[o] Αναπαύσασθαι μεσημβρίας ὥρας,] Ως ἀναπαύσασθαι *Hen.* & *Busb.*

[p] Σπανδάζοντος ἐκφαυλίσασα] Σπανδάζοντος (hîc absolute sumptum) non agnoscunt *Hen. Busb.* & *Vat.* Fuit cum vocum ordinem & interpunctionem mutatam esse vellem, ut esset, ὃ μὲν κατεκλίθη καὶ σπανδάζοντος, ἐκφαυλίσασα καὶ προσλοιδορηθεῖσα &c. aut hoc modo, ὃ μὲν κατεκλίθη, καὶ σπανδάζοντος ἐκφ. aut demum, ὃ μὲν κατεκλίθη, καὶ σπανδάζοντα ἐκφ. quo modo legisse videtur *Epiphanius*, qui vertit, *festinantem eam depulit.*

[q] Τόν τε πατέρα καὶ τ ἀδελφὸν] Τὸν πάππον αὐτῆς habet hic *Zonaras* p. 240. A. Alexander enim Mariamnes Pater non ab Herode cæsus, sed Antiochiæ à Scipione Pompeji jussu securi percussus supr. lib. 14. c. 7. §. 4. *Patris* tamen & *fratris* habet hic etiam *Rufinus.* Hyrcanus verò ab Herode cæsus Avus Maternus Mariamnes. vid. supr. c. 6. §. 2. SPANH.

[r] Αὐτῆς ὡς ἀπεκτονέναι.] Sic *MSS.* αὐτῷ perperam in *Editis.*

[s] Εἰσπέμπει] Ita cum *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* ἐκπέμπει in *ceteris.*

[t] Επὶ τὸ φίλτρον,] Επὶ τῷ φίλτρῳ *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* utraque lectio satis commoda.

[v] Πιθανὸς ἅμα] Πιθανῶς *Busb.* & *Hen.*

[x] Παρεχῆσθαι λέγων,] Παρεχήκεναι *Busb.*

[y] Πρὸς τοῦτο διαλεχθεντος,] Plenius aliquanto in *Cod. Hen.* ad hunc modum, πρὸς τοῦτο διαλεχθέντος, καὶ τί τὸ φίλτρον εἴη ἐπυνθάνετο, φάρμακον εἶπεν ὑπ' ἐκείνης δεδόμενον. Verum cum cæteri libri una cum *Epiphanio* vulgatam lectionem tueantur, loco dimovere nolui.

[z] Εἰδὼς] *L. B.* εἰδέναι.

ratum id & sibi & regi tutius futurum. His verbis auditis Herodes, qui jam ante male affectus esset, etiam magis exacerbatus est: & de spadone, qui erat Mariamne fidissimus, quæstionem habuit super pharmaco, sciens absque illo nihil tantum tantulumve potuisse fieri. At homo in angustias redactus, nihil eorum, propter quæ cruciabatur, dicere potuit: tantum mulieris in se odium dixit à verbis profectum, quæ ei Soëmus dixisset. Hæc eo adhuc loquente, rex, magno clamore sublato, dicebat, Soëmum, antea & sibi & regno *suo* fidelissimum, nunquam fuisse mandata enunciaturum, nisi majus ei, quam par esset, cum Mariamne commercium intercessisset. Atque ita Soëmum quidem è vestigio comprehendi & necari jussit: de uxore vero judicium habuit, convocatis suis familiarissimis, & accusatione in ipsam magno studio instituta de amatoriis & pharmacis ei per calumniam objectis. Erat autem *Herodes* in verbis intemperans, & iracundior quam esse in judicio deceret; tandemque ii qui aderant ita animatum videntes, eam capite damnarunt. Tamen lata sententia, & ipsi & nonnullis qui præsentes erant in mentem venit, ut non temerario illam perimerent, sed in aliquo regni munito loco collocarent. Atqui Salome sedulo operam dedit, ut mulier de medio tolleretur: idque magis regi persuasit, consulendo ut populi motus caveret, qui possent existere, si ea viva conservaretur. Atque ita quidem ad necem ducta est Mariamne.

Soëmum necari jubet Herodes.

Mariamne capite damnata.

Alexandra indecore se gerit erga Mariamnen.

5. Alexandra vero, quo loco res esset animadvertens, & sibi exiguam spem superesse videns ne ipsa ita plecteretur ab Herode, contra quàm in superiore audacia, nulla decori ratione habita, plane alia facta est. Ut enim se eorum, de quibus illa accusaretur, insciam esse ostenderet, exiliit foras, & omnium in præsentia filiæ conviciando, clamabat, improbam & adversus maritum ingratam fuisse, & merito ei accidere quæ ejusmodi res ausa fuisset. haud enim quæ oportebat retribuisse, de omnibus ipsis bene merito. Hæc dum inhoneste simulat, & illi etiam in crines involare audet, multi quidem, ut verisimile erat, fœdam ejus simulationem culpabant; maxime vero eam culpare visa est illa ipsa, quæ tum mortem erat obitura. neque enim unum prorsus verbum effata, neque *vel tantillum* turbata ad matris offensionem respiciebat; sed excelso quasi animo ut erraverit, præsertimque manifestam ejus turpitudinem se ægre ferre monstravit. Ipsa porro intrepida *animi* firmitate, & ne minimum quidem mutato corporis colore, ad mortem profecta est, generis sui nobilitatem etiam in extremis, ut ab omnibus conspiceretur, præ se ferens.

Mariamnes mors.

Ejus elogium.

6. Atque illa quidem ita interiit, femina ad continentiam & animi magnitudinem optime comparata. ipsi tamen deerat moderatio, naturaque contentionibus paulo erat addictior; corporis vero pulchritudine & auctoritate in congressibus, plus quam dici potest, cæteris suæ ætatis antecellebat: quæ potissima causa erat, quod parum admodum regi gratificaretur, minusque jucunde cum eo viveret. Nam cum indulgenter propter amorem tractaretur, & nihil asperius duriusve ab eo exspecta-

κὴ προσαγγεῖλαι τᾶτ' ἀσφαλέστερον αὐτῷ κὴ τῷ βασιλεῖ διῆλθόντα. τοιᾶτων ἀκούσας ὁ Ηρῴδης λόγων, κὴ πρότερον κακῶς διακείμενος, ἔτι μᾶλλον [a] ἠρεθίσθη, τὸν τ' εὐνοῦχον, ὃς ἰδίᾳ τῇ Μαριάμμῃ πιστότατος, ἐβασάνιζεν ὡσαύτως δὲ Φαρμάκῳ, γινώσκων ὡς χωρὶς ἐκείνου ἡ δυναστεία ἰδία ἔτι μεῖζον ἢ ἐλαττόν τι πεπράχθαι. γιγνόμενος δ' ἐν τῇ ἀνάγκαις ὁ ἄνθρωπος, ὅθεν μὲν ὧν ἕνεκεν ἐβασανίζετο λέγειν εἶχε· τὸ μέντοι τῆς γυναικὸς ἔχθος εἰς αὐτὸν ἔφη ῥηθέν, διὰ τοὺς λόγους οὓς ὁ Σόαιμος αὐτῇ [b] φράσοι. πιστότατος δ' ἔτι λέγοιτο, μέγα βοήσας ὁ βασιλεὺς, οὐκ ἂν, ἔφη, Σόαιμον πιστότατον ὄντα τ' ἄλλον χρόνον αὐτῷ τε ἐν τῇ βασιλείᾳ καταπεφοδοῦναι τὰς ἐντολάς, εἰ μὴ ἐξ ἁδημπίρω [c] προελήλυθή τις πρὸς τὴν Μαριάμμην κοινωνίας. κὴ τὸν μὲν Σόαιμον εὐθὺς ἐκέλευσεν ἀποκτεῖναι συλλαβόντας· τῇ δὲ γυναικὶ κρίσιν ἀπέδιδε, συναγαγὼν τὰς οἰκειοτάτας αὐτῷ, κὴ τὴν κατηγορίαν [d] ἐπαγθασμένην ποιούμενος, ὑπὲρ τε τῆς τὰς διαβολὰς φίλτρων κὴ φαρμάκων. ἐν ᾗ ἀκρατὴς ἐν τῷ λόγῳ, κὴ κρίσεως [e] ὀργιλώτερος· κὴ τέλος ἅτως ἔχοντα γινώσκοντες αὐτὸν οἱ παρόντες, θάνατον αὐτῆς κατεψηφίσαντο. [f] διενεχθείσης δὲ τῆς γνώμης, [g] ὑπεκφύγετο μέν τι κὴ τοιοῦτον αὐτῷ τι καὶ ποιῆσαι τῶν παρόντων, μὴ παντελῶς ἅτως ἀναιρεῖν, κατασχεῖν δὲ εἰς ἕν τι τῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ φρουρίων. ἐπαγθάσθη δὲ [h] τοῖς περὶ τὸν Σαλώμην, ἐκπολιορκῆσαι τὸν ἄνθρωπον· κὴ μᾶλλον ἔπεισαν τὸν βασιλέα, τὰς παραχὰς δὲ ταλήθως, εἰ ζῶσα [i] τύχοι, φυλάξασθαι συμβουλεύσαντες. Μαριάμμην μὲν [k] οὖν ἅτως ἦγεν τὸν ὀπὶ θανάτῳ.

ε'. Σωφρονήσασα δὲ τὸν καιρὸν ἡ Αλεξάνδρα, κὴ ὅτι μικρὰς ἐλπίδας ἔχοι μὴ κὴ αὐτὴ τῶν ὁμοίων ἐξ Ηρῴδου τύχοι, ἐναντίως πρὸς τὸ πρῶτον θρασὺ κὴ λίαν ἀπρεπῶς μετεβάλλετο. [l] βουλομένη γὰρ ἐμφῆναι τῷ ἄγροικον ὧν ἐκείνη τὰς αἰτίας εἶχεν, ἐκπηδήσασα κὴ λοιδορουμένη τῇ θυγατρὶ πάντων ἀκουόντων, ἐβόα, κακῶς κὴ ἀχάριστον πρὸς τὸν ἄνδρα ῥηθεῖσα, κὴ δικαίαν πάσχειν [m] ὀπὶ τοιούτοις τολμήμασιν. ὁ γὰρ ἀμείψασθαι δεόντως τὸν πάντων αὐτῶν εὐεργέτην. τοιαῦτα μεταξὺ καθυποκρινομένης ἀσχημόνως, κὴ τολμώσης ἐφάπτεσθαι κὴ τῶν τειχῶν, πολλὴ μὲν ὡς εἰκὸς κὴ ταῖς ἄλλων ἡ καταγνωσις ἰδίᾳ τὸν ἀπρεπῆ πρόσποιησεως· μᾶλλον δ' ἐνεφάνη παρ' αὐτῆς τὸν ὀπλλυμένης. ἅτε γὰρ λόγον δοῦσα τῷ ὀργῇ, ἅτε παραχθεῖσα πρὸς τὴν ἐκείνης δυσχέρειαν ἐπέλειπεν· ἀλλ' ὡς ὑπὸ φρονήματος τὴν ἁμαρτίαν, καὶ μᾶλλον ἄχθεσθαι πεφανῶς ἀσχημονούσης ἐνέφηνεν. [n] αὕτη γε μὴν ἀτρεμήσω τῷ καταιγίδι, κὴ τῇ χρόᾳ τῆς σαρκὸς ἀμεταβλήτῳ πρὸς τὸν θάνατον ἀπῆλθε, τὴν εὐγένειαν ἐν ἑαυτῇ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἄδηλον τοῖς ὑπολαμβάνουσιν αὐτὴν ἐμφαίνουσα.

ς'. Καὶ ἡ μὲν οὕτως ἀπέθανεν, γυνὴ καὶ πρὸς ἐγκράτειαν κὴ πρὸς μεγαλοψυχίαν ἄκρως γεγυμνασμένη. τὸ δ' ἐπιεικὲς ἔλειπεν αὐτῇ, κὴ πλέον [o] ἢ ἐν τῇ φύσει τὸ φιλόνεικον, κάλλει τε σώματος καὶ τῷ πρὸς τὰς ἐντεύξεις ἀξιώματι μειζόνως [p] ἢ ὡς φέρουσα τὰς κατ' αὐτὴν [q] ὑπερῆγε· ἤ τε πλείων ἀφορμὴ δι' μὴ κεχαρισμένως τῷ βασιλεῖ μηδὲ πρὸς ἡδονὴν ζῆν, ἐπιῦσαν [r] ἐγεγόνει. ἠσκημένη γὰρ διὰ τὸν ἔρωτα, κὴ δυσχερὲς ὂν ἐξ ἐκείνου προσδοκῶσα, τὴν παῤῥησίαν ἀνυμνεῖσθαι

a Ηρεθίσθη,] *L. B.* ἀηρεθίσθη.
b Φράσοιεν.] Ita *Busb.* & *Zonar.* φράσοι *Gall.* φράσαι in *Editis Aliisque.*
c Προελελύθη] Sic *Hen.* & *Busb.* προελελύθη in *reliquis.*
d Επαγθασμένην ποιούμενος,] Επαγθασμένους *Busb.*
e Οργιλώτερος·] Οργίλως κατ' αὐτῆς διέκειτο *Zonaras* p. 240. C. SPANH.
f Διενεχθείσης δὲ τὸν γνώμης,] Διελεγχθείσης *Vat.* in *Epiphanii* versione, *dum hæc sententia pronunciaretur.*
g Υπεκφύγετο μὲν] Ita *Busb.* (*Lugd. Bat.*) *Hen.* & *Epiphanius*, qui vertit, *subvenit.* ἐπεκφύγε in *cæteris.*
h Τοῖς περὶ τὸν Σαλώμην] Τοῖς περὶ τὸν Σ. *Hen.*
i Τύχη,] Τύχοι *Busb.* & *Hen.*
k Οὖν ἅτως ἦγεν] Illud ἂν è *Cod. Hen.* & *Epiphan.*
l Βουλομένη γὰρ] Βουλομένη δὲ ἐμφῆναι *Vat.* βουλομένη δὲ ἐμφῆναι in *Editis.*
m Επὶ τοιούτοις τολμήμασιν.] Ita in *MSS.* ἐπὶ τοῖς τοιούτοις in *Editis.*
n Αὕτη] *L. B.* αὐτὴ.
o Ἢ ἐν τῇ φύσει τὸ φιλόνεικον,] Illud ἢ è *MSS.*
p Ἢ ὡς φέρουσα] *L. B.* ἢ φέρουσα.
q Υπερῆγεν·] Forte ὑπερῆρεν.
r Εγεγόνει.] Εγίνετο *Hen.*

s Καὶ

εἶχεν· ἡνία δ' αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς τὰς οἰκείας, [s] καὶ ταῦτα πάντα πρὸς ἐκεῖνον ὡς ἐπεπόνθει λέγειν ἠξίει· καὶ πέρας ἐξεκίνησεν ἐχθρὰς αὐτῇ γεγενῆσθαι τήν τε μητέρα καὶ τὸν ἀδελφὸν & βασιλέως, κἀκεῖνον αὐτὸν, ᾧ μόνῳ τὸ μὴ παθεῖν τι δυσχερὲς ἀπεπίστευεν.

ζ. [t] Ἀναιρεθείσης δὲ τότε & μᾶλλον ἐξήφθη τὸ πρὸς τὸν ἐπιθυμίαν & βασιλέως, ἔχοντος μὲν ὅτως ὡς & πρότερον ἐδηλώσαμεν. ὁ γὰρ ἀπαθὴς ὀδὲ οἷος ἂν [v] ἐκ συνηθείας τοῦ ὁ πρὸς αὐτὸν ἔρως· ἀλλὰ & πρότερον ἦρξεν ἐνθουσιαστικῶς, καὶ τῇ παῤῥησίᾳ τ συμβιώσεως οὐκ [x] ἀπενικήθη μὴ πολείων ἀεὶ γίνεσθαι. τότε μέντοι καὶ μᾶλλον ἐοικὼς κ νέμεσίν τινα [y] τ κ τὸν Μαριάμμου ἀπωλείας ὀπτήσθαι, κ πολλάκις μὲν ἀνακλίσεις ἦσαν αὐτῆς, πολλάκις δὲ κ θρῆνος ἀχήμων, ἐπενοεῖτο δὲ πᾶν εἴ τι δυναῖτο εἰς ψυχαγωγίαν, πότους & συνουσίας αὐτῷ πραγματευόμενος. κ τούτων ὠδὲν ἦρκει. τὰς οὖν διοικήσεις τ κ τὸν βασιλείαν παρητεῖτο, κ τοσοῦτον ἦλθε & πάθους, ὡς αὐτὸν ἤδη & καλεῖν τὸν Μαριάμμου προστάξαι τοῖς ὑπηρέταις, [z] ὡς ζῶσαν ἔτι & δυναμένου ὑπακούειν. ὅτως δὲ ἔχοντος, ὀπτογίνεται λοιμώδης νόσος, [a] ἣ & τ ὄχλων & τῶν φίλων τὰς πολείους & ἐνδημοτάτους διέφθειρε, καὶ παρέσχεν ἅπασιν [b] ὑπονοῆσαι κατὰ μῆνιν [c] & θεοῦ τοῦτο συνενεχθῆναι, δι' τὸν γεγενημένον ἀδικίαν ὀπὶ τῇ Μαριάμμῃ. χεῖρον οὖν διεπέθει κ τοῦτ' αὐτὸν τ βασιλέα, κ τέλος εἰς τὰς ἐρημίας αὐτὸν ἐλθόντα, κ πρόφασιν κυνηγεσίων ταύτας ἐναδημονῶν, οὐκ ἔφθη πολείας διενεγκεῖν ἡμέρας, κ πεπτώκει νόσῳ δυσχερεστάτῃ. [d] Φλόγωσις γὰρ ἦν κ πῖσις & ἰνίων, κ τ διάνοιας ἀλλαγή· τ τε ἑρπυσμάτων ὀδὲν ὅ, τι κ πρὸς ὠφέλειαν ἐξήνυεν, ἀλλ' ἐναπτόμενα τέλος εἰς ἀπόγνωσιν ἦγε. ὅσοι τε πρὸς αὐτὸν ἦσαν ἰατροὶ, τὰ μὲν οἷς αὐτοὶ προσέφερον βοηθήμασιν οὐδὲν ὑπεχώρει τ νόσος, τὰ δὲ κ & βασιλέως οὐκ ἔχοντα ἄλλως ἢ κ τὸ βιαζόμενον τ ἀῤῥωστίας διαιτᾶσθαι, πάντ' οἷς ἐκεῖνος ἐπενεχθεὶς παρέχειν ἠξίουν, τὸ δύσελπι τ σωτηρίας ἐν ἐξουσίᾳ τ διαίτης ἀναπτέντες τῇ τύχῃ. κἀκεῖνος μὲν ἐν [e] Σαμαρείᾳ, τῇ κληθείσῃ [f] Σεβαστῇ, τοῦτον τ τρόπον ἐνοσηλεύετο.

η. Διατρίβοντι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Ἀλεξάνδρᾳ, καὶ πυθομένη τὰ κατ' αὐτὸν, ἐπιτιθάκει τῶν πρὸς τὴν πόλιν φρουρίων ἐγκρατὴς γενέσθαι. [g] δύο δ' ἦν, ἓν μὲν αὐτῆς τ πόλεως, ἕτερον δὲ & ἱερᾶ· καὶ τούτων οἱ κρατοῦντες, ὑποχείριον τὸ πᾶν ἔθνος ἐχήκασι. τὰς μὲν γὰρ θυσίας οὐκ ἄνευ τούτων οἷόν τε γενέσθαι. τὸ δὲ μὴ παῦσαι σωτελεῖν ὀδενὶ Ἰουδαίων δυνατὸν, & ζῆν ἑτοιμότερον ἂν προαχωρησάντων ἢ τῆς θρησκείας, ἣν εἰς τ Θεὸν εἰώθασι σωτελεῖν. τοῖς οὖν ὑπὸ τούτων τῶν φυλακτηρίων Ἀλεξάνδρα προσῆγε τοὺς λόγους, ὡς δέον αὐτῇ καὶ τοῖς ἐξ Ἡρώδου προγόνου παιδίοις, μὴ κ [h] φθῇ τις, ἐκείνοις μεταλλάξαντος, ἕτερος ἀναλαμβάνειν τῶν πραγμάτων· ῥᾳθέντι μὲν γὰρ, ὀδεὶς ἀσφαλέστερον τῶν [i] οἰκείων διατηρήσει. τούτους τοὺς λόγους αὐτῆς οὐκ ὀπιεικῶς ἤνεγκαν· ἀλλὰ καὶ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον μεγάλης ἐλευθερίας ἐχρήσαντο ἀμέτρως. πρὸς δὲ τοῖς ἐξ ἀρχῆς κακῶς ἔχουσι καὶ τὰ πρὸς τὰς οἰκείας ἐπεπόνθεσαν ἀτόπως. πάντα οὖν ἐκείνῳ προσφερόμενοι ἐμέμφοντο, καὶ τέλος ἐχθροὺς ἐποιήσαντο καὶ τὴν μητέρα καὶ τὴν ἀδελφὴν τοῦ βασιλέως καὶ αὐτὸν τοῦτον, ᾧ μόνῳ τὸ μὴ παθεῖν τι δυσχερὲς ἀπεπίστευεν.

ret libertate usa est immoderata. Quin & ea ipsam male habebant quæ suis acciderant; atque ita omnia apud illum quemadmodum passa fuerat dicere non dubitavit: tandemque infestas sibi reddidit & matrem regis & sororem, illumque ipsum, cui unice fidebat quod non laturus esset ut gravius aliquid pateretur.

7. Illa autem perempta, eo magis etiam regi desiderium exarsit, ut qui ita se haberet sicut prius narravimus. non enim à perturbatione vacuus, nec qualis in aliis esse solet, ejus erga illam erat amor: sed cum primum ad insaniam usque eam deperiret, *postea*, licet liberius fidentiusque se in vitæ consuetudine gesserit, nihil de amore remisit. Tunc vero ex ultione divina ob interitum Mariamnes magis adhuc cupiditate ardere videbatur: adeo ut eam subinde inclamaret, subinde turpiter ploraret, omnesque quas poterat voluptates consectaretur, etiam ex conviviis & conventibus, ut ejus desiderium leniret. sed istis nihil proficiebat. Quare & res regni administrare recusabat, & adeo affectu victus est, ut etiam famulis suis imperaret ut Mariamnen appellarent, quasi ea adhuc viveret & audire posset. Cum autem ita se haberet, oritur pestis, quæ tum plebejorum tum regis amicorum maximam partem sustulit, eosque quibus plurimum detulerat. id quod omnibus suspicionem fecit, divina ira id accidisse, propter illatam Mariamne injuriam. Hæc res etiam deterius regem ipsum affecit: tandemque in solitudinem egressus, & ibi per speciem venationis semet afflictans, non potuit se se per aliquot dies sustinere, quin difficillimum in morbum inciderit. Nam inflammatio erat & dolor occipitis cum mentis alienatione conjunctus; nec medicina erat ulla, quæ vel minimum ei prodesset, sed potius officeret, adeo ut tandem ejus de vita desperaretur. Atque omnes circa ipsum medici, partim quia morbus remediis adhibitis minime cedebat, partim quia rex nullam aliam victus rationem tenere poterat, quam eam ad quam morbus cogebat, omnia ei præbere censebant quæ postularet, spem salutis, in victus potestate sitæ, pene abjectam fortunæ committentes. Atque ille quidem in Samaria, Sebaste appellata, ad hunc modum ægrotabat.

Herodes ex uxoris nece perturbatus.

Pœnas ob necem Mariamnes luit Herodes.

Deo vindice oritur pestis.

Herodis morbus.

8. Alexandra autem, quæ Hierosolymis degebat, his de eo intellectis conata est urbis munitiones occupare. duæ autem erant, una quidem urbis ipsius, altera vero templi; quibus qui potiuntur, universam gentem in sua potestate habent. nam sine iis sacrificia fieri nequeunt. Judæorum autem nemo à seipso impetrare potest ut sacra non faciat; quippe quod eo sint ingenio ut mori malint, quam cultum eum omittere quem solebant Deo præstare. Alexandra igitur cum harum munitionum præsidiis colloquuta est, demonstrans eas sibi & Herodis filiis debere tradi, ne, si ille mortuus esset, alius quispiam rerum administrationem occupare anteverteret: sin convaluisset, neminem tutius eas servaturum quam ejus domesticos. Hæc verba illi tulerunt non mediocriter: quin eo magis in fide sua tunc perstiterunt, quam & antea regi præ-

Alexandra absente Herode id agit, ut arces in potestatem suam redigeret.

s Καὶ ταῦτα πάντα πρὸς ἐκεῖνον] Additur ex *L. B.* πάντα. nihil non videlicet, & magna & parva male habuerunt irritaveruntque Mariamnes asperitatem. HAV.

t Ἀναιρεθείσης δὲ τότε] Ἀναιρεθείσης δὲ αὐτῆς *Hen.* & *Busb.*

v Ἐκ συνηθείας ὦ] Ἐκ συνηθείας ὁ πρὸς αὐτὸν ἔρως ὦ *Gall.*

x Ἀπενικήθη] *L. B.* ἀπενικᾶτο.

y Τῆς κ τὸν Μαριάμμου ἀπωλείας] Forte τῇ κ. M. ἀπωλείᾳ.

z Ὡς ζῶσαν ἔτι κ δυναμένου ὑπακούειν.] Alex. lib. 1. c. 22. §. 4. ὡσὸ κακώσεως δ' ὡς ζώσῃ προσλαλεῖν· SPANH.

a Ἡ κ ——— συνιμωτάτης] Ἡ κ τ ὄχλων τὰς πλείας κ τῶν φίλων αὐτὸ τὰς συντιμωτάτας *Hen.* & *Busb.* HUDS. *Lugd. Bat.* vulgata (ut puto) concinnius, ita scribit. Ἡ κ τ ὄχλων τὰς πλείας κ τ φίλων τὰς συντιμιωτάτας διέφθειρε. HAV.

b Ὑποιοῆσαι κ μῆνιν] Ἐξυποιοῆσαι *Hen. Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Vat.*

c Τὸ Θεῖ τοῦτο συνενεχθῆναι,] Ita & *Cod. Vat.* τοῦτο Θεοῦ συν. in *cæteris.*

d Φλόγωσις γὰρ ἦν κ πῖσις & ἰνίων,] Eadem *Zonaras* p. 241. SPANH.

e Σαμαρείᾳ, τῇ κληθείσῃ Σεβαστῇ,] Conf. *Alex.* lib. 1. c. 2. §. 7. & c. 21. §. 2. SPANH.

f Σεβαστῇ,] Id est *Augusta*, in honorem Augusti.

g Δύο δ' ——— ἐχήκασι.] Duæ Arces Hierosolymis, una in Urbe circa Regiam, altera ad Templum Antonia dicta, quas qui obtinent, totius gentis Domini. Vid. infr. c. 8. §. 5. SPANH.

h Φθῇ τις,] *Gen.* φθίτις· *Distingue* φθῇ τις, præveniat aliquis. SPANH.

i Οἰκείων διατηρήσει.] Οἰκειοτάτων *Hen.* & *Busb.*

præſtiterant, partim ob Alexandræ odium, partim quod indignum putabant de rege deſperare quamdiu ſuperſtes eſſet. Erant autem de ejus veteribus amicis: quinetiam eorum unus, *nomine* Achiabus, regis erat conſobrinus. Itaque eum continuo, nunciis miſſis, de Alexandræ inſtituto certiorem fecerunt. Atque ille citra cunctationem eam quidem interfici juſſit: ipſe vero, poſtquam ex morbo difficulter, nec ſine magno cruciatu revaluit, adeo graviter ex animæ ſimul & corporis vexatione exacerbatus erat, ut haud ægre de iis, qui primi in ejus manus venerant, vel quavis de cauſa ſupplicium ſumeret. Quinetiam amicos ejus maxime neceſſarios interficit, Coſtobarum, & Lyſimachum, & Gadiam cognomine Antipatrum, inſuper & Doſitheum, ex hujuſmodi cauſa.

Quam ob rem Herodis juſſu interficitur.

Herodes ſevit in amicos.

Coſtobarus Idumæus Salomes maritus.

9. Erat Coſtobarus, natu Idumæus, ejus regionis facile primus dignitate, de genere ſacerdotum Coze; quem Deum exiſtimant Idumæi. Hunc Coſtobarum, poſtquam Hyrcanus eos ex patriis inſtitutis in Judæorum mores legeſque coëgerat, Herodes, regnum adeptus, Idumææ Gazæque præfectum conſtituit; eique ſororem ſuam Salomen nuptum dedit, interfecto Joſepho qui eum ante duxerat, ut *ſupra* indicavimus. Coſtobarus autem, iſta læte admodum & præter ſpem aſſequutus, felicitate *ſua* valde elatus eſt, paulatimque modum exceſſit, neque ſibi honeſtum exiſtimans imperantis Herodis juſſa facere, nec Idumæis in Judæorum poteſtate eſſe, eorumque uti moribus. Itaque ad Cleopatram mittit, ſignificans Idumæam ſemper majoribus ipſius Cleopatræ paruiſſe; ideoque æquum eſſe ut ea ab Antonio regionem illam poſtularet: ſe enim paratum eſſe, ſuam benevolentiam transferre ad Cleopatram. Hæc autem agebat, non quod mallet Cleopatram imperio Idumæam tenere; ſed quod arbitrabatur, acciſis Herodis viribus, facile ſe poſſe gentis Idumææ dominatum adipiſci, & ad majora pervenire. Veniebat enim in majorem ſpem, occaſionem non exiguam *ut putabat* nactus, tum quod magno loco natus erat, tum quod divitiis abundabat, quas aſſidua quæſiverat avaritia: neque quidquam mediocre moliebatur. Et quidem Cleopatra, cum regionem iſtam ab Antonio *impenſe* flagitaſſet, eam non impetravit. Herodes autem iſta de re certior factus eſt, atque in eo erat ut Coſtobarum interficeret; ſed, ſororis & matris precibus exoratus, dimittit eum, veniamque ei dedit; ſic tamen ut eum deinceps ſuſpectum haberet propter illum conatum.

Conatur Idumææ principatum occupare.

Herodes ea de re certior factus, à matre & ſorore exoratus, ei veniam dat.

Diſſidium inter Coſtobarum & Salomen.

10. Aliquanto deinde poſt, cum forte inter Salomen & Coſtobarum ortum eſſet diſſidium, ea illi continuo miſit libellum ad diſſuendum matrimonium, contra quam ferunt Judæorum leges. nam viro quidem apud nos id facere licet; * neutiquam vero feminæ, quæ ſponte diſceſſerit, alteri

νον πιστὶ ὄντις, ἔτι μᾶλλον ἐν τῷ τότε διέμενεν, μίσει τε τῆς Αλεξάνδρας, καὶ τῷ μηδ' ὅσιον ὑπολαμβάνειν ζῶντα τὸν Ηρώδην ἀπεγνωκέναι. Φίλοι γὰρ ἄνωθεν ἦσαν· εἷς δ' αὐτῶν καὶ ἀνεψιὸς ὢν βασιλέως [k] Αχιάβου λῶ. εὐθὺς οὖν ἐξήγειλαν πέμψασιν ἐκείνῳ τὴν γνώμην τῆς Αλεξάνδρας. ὁ δὴ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀναβαλλόμενον ἀποκτεῖναι προσέταξεν· αὐτὸς δὴ μόλις καὶ σὺν κακοπαθείᾳ διαφυγὼν τὴν νόσον, [l] χαλεπῶς λῶ [m] ψυχῇ καὶ σώματι κεκακωμένῳ ὁμοῦ πρὸς τὸ δυσάρεστον, καὶ πάσας τὰς αἰτίας [n] ἑτοιμοτέρως εἰς τιμωρίαν τῶν ὑποπεσόντων ἐχόντα. Φονεύει δὴ καὶ τοὺς ἀναγκαιοτάτους αὐτῷ Φίλας, Κοσίβαρον, καὶ Λυσίμαχον, καὶ τὸν Γαδίαν καλούμενον Αντίπατρον, ἔτι δὲ Δοσίθεον, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε.

Θ'. [o] Κοσόβαρος λῶ γένει μὲν Ιδουμαῖος, ἀξιώματος τῶν πρώτων παρ' αὐτοῖς, καὶ προγόνων ἱερατευσάντων τῷ [p] Κοζέ· Θεὸν δὴ τοῦτον Ιδουμαῖοι νομίζουσιν. [q] Υρκανὸς δὴ τὴν πολιτείαν αὐτῶν εἰς τὰ Ιουδαίων ἔθη καὶ νόμιμα μεταχήσαντος, [r] Ηρώδης τὴν βασιλείαν διαλαβὼν, ἄρχοντα τῆς Ιδουμαίας καὶ Γάζης ἀποδείκνυσι τὸν Κοσόβαρον, καὶ δίδωσιν αὐτῷ τὴν ἀδελφὴν Σαλώμην, [s] Ιώσηπον ἀνελὼν τὸν εἰληφότα πρότερον αὐτὴν, ὡς ἐδηλώσαμεν. Κοσόβαρος δὴ τούτων τυχὼν ἀσμένως καὶ παρὰ δόξαν, ἤρθη [t] μᾶλλον ὑπὸ τῆς εὐτυχίας, καὶ κατὰ μικρὸν ἐξέβαινεν, ὥθ' αὐτῷ καλὸν ἡγεμένῳ, ἄρχοντι Ηρώδου τὸ προσταγμένον ποιεῖν, ὅτε τοῖς Ιουδαίοις ἔθεσι τοὺς Ιουδαίους χρωμένους ὑπ' ἐκείνοις εἶναι. [v] Διαπέμπεται οὖν πρὸς Κλεοπάτραν, τὴν Ιδουμαίαν Φάμενος ἀεὶ τῶν ἐκείνης προγόνων γεγενῆσθαι, καὶ διὰ τοῦτ' εἶναι δίκαιον αἰτεῖσθαι [x] παρ' Αντωνίου τὴν χώραν· αὐτὸς γὰρ ἕτοιμος εἶναι μεταφέρειν τὴν εὔνοιαν εἰς ἐκείνην. ἔπραττε δὴ ταῦτα, τῇ Κλεοπάτρᾳ μὲν οὐδὲν τι μᾶλλον εἰς τὴν ἀρχὴν χρησόμενος· εἰ δὴ [y] περιαιρεθείη τῶν πλειόνων Ηρώδης [z] εὐεπιχείρητον εἶναι νομίζων καθ' αὐτὸν ἄρξαι τοῦ τε Ιδουμαίων ἔθνους, καὶ [a] μεῖζον πράξειν. ὑπεδιέβαινε γὰρ τῇς ἐλπίσιν, οὐκ ὀλίγας ἀφορμὰς ἔχων καὶ χώρας καὶ χρημάτων, ἃς μετὰ δικαιοσύνης αἰσχροκερδίας ἐπεπόριστο, καὶ μικρὸν οὐδὲν ἐπενόει. Κλεοπάτρα μὲν οὖν Αντωνίου δεηθέντος τῆς χώρας ταύτης ἀπετυγχάνει. λέγονται δὲ πρὸς Ηρώδην οἱ λόγοι, καίπερ ἕτοιμος [b] ὢν ἀποκτεῖναι τὸν Κοσόβαρον, ὅμως τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ δεηθείσης καὶ τῆς μητρὸς, ἀφῆσι καὶ συγγνώμης ἠξίωσεν, οὐκ ἀνύποπτον αὐτὸν εἰς τὸ λοιπὸν ἔχων τῆς ἐπιχειρήσεως τότε.

ι'. Χρόνῳ δὲ διελθόντος, [c] ἐπεὶ σωφρόνει τὴν Σαλώμην στασιάσας πρὸς Κοσόβαρον, πέμπει μὲν εὐθὺς αὐτῇ [d] γράμματον, ἀπολυομένη τὸν γάμον, οὐ γὰρ τοὺς [e] Ιουδαίους νόμους. ἀνδρὶ μὲν γὰρ ἔξεστι παρ' ἡμῖν τοῦτο ποιεῖν, γυναικὶ δὲ οὐδὲ ἀποχωρισθείσῃ καθ' αὐτὴν γαμηθῆναι,

k Αχίαβος λῶ.] Εχίαβος *Vat.* in *Epiphanii* verſione *Amabec.*
l Χαλεπῶς λῶ] Χαλεπὸς *Hen.* (*Coccejus*) & *Busb.*
m Ψυχῇ καὶ σώματι κεκακωμένῳ] Τῷ ψυχῷ καὶ σῶμα *Busb.*
n Ετοιμοτέρως] Ετοιμότερον *Busb.*
o Κοσόβαρος] Vid. *ἀλωτ.* lib. 1. c. 24. §. 6. & ſupr. §. 3. SPANH.
p Κοζέ·] Κοζὲ Idumæorum Deus, *Goze Ruſino.* SPANH.
q Υρκανὸς —— μεταχήσαντος,] Vid. ſup. lib. 13. c. 9. §. 1. SPANH.
r Ηρώδης —— Κοσόβαρον,] Conf. *ἀλωτ.* lib. 1. c. 20. §. 3. SPANH.
s Ιώσηπον —— ἐδηλώσαμεν.] Vid. ſup. c. 3. §. 9. SPANH.
t Μᾶλλον ὑπὸ τῆς εὐτυχίας,] Μᾶλλα *Busb.*
v Διαπέμπεται] ὃι] Ita *Hen.* & *Epiphan.* καὶ Διαπέμπεται] ὡς Κλ. in *reliquis.*
x Παρ' Αντωνίου τὴν χώραν·] Iterum cum *Cod. Hen.* παρ' Αντωνίῳ in *ceteris.*
y Περιαιρεθείη τῶν πλειόνων Ηρώδης] Rurſus prout *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) παρειθείη in *Editis Aliiſque.* HUDS. Confer lib. VI. c. 13. §. 8. & lib. 5. *ἀλωτ.* c. 1. §. 5. SPANH.
z Εὐεπιχείρητον εἶναι] Εὐεπιχείρητον ἤδη νομίζων καθ' αὐτὸν *Vat.* (& *Lugd. Bat.*) ἀεπιχείρητον εἶναι νομίζων καὶ καθ' αὐτὸν *Hen.*
a Μεῖζον πράξειν.] Καὶ μᾶζον αὐτῶν πράξειν *Vat.*
b Ην ἀποκτείναι τὸν Κοσόβαρον,] Sic *Hen.* & *Busb.* ὢν in *reliquis.*
c Επεὶ σωφρόνει] Επισυνίσῃ τ. Σ. ϛ. ϖρὸς τ. Κ. καὶ πέμπει μ. δ. αὐ. γραμματῶν *Hen.* & *Busb.*
d Γράμματον,] *L. B.* γραμματῶν.
e Ιουδαίους νόμους.] Ιουδαίων *Hen.* & *Busb.*
* *Neutiquam vero feminæ,*] Uxori vero nullatenus ſeparari & ducere alium, niſi prius à marito dimittatur. Salome tamen non generali lege, ſed poteſtatis ſanctione connubium ſeparavit. *Epiphan.* Mulieribus tamen ne dimiſſis quidem fas eſt nubere, niſi prioris viri permiſſu. Verum illa magis ex propria licentia quam communi jure fecit divortium, *Gelen.* Quod plane (ut inquit *Seldenus* lib. 3. c. 19. *de Uxore Hebraïca*) contra inſtituta Judaïca, & ipſi *Joſepho* inauditum. & miror à viris doctiſſimis (*Joſepho Scaligero* in *Animadverſionibus* in *Euſebium*, p. 159, & *Nic Serrario* in *Herode*, c. 17.) locum verti & intelligi juxta illud *Gelenii.* Vertendum itaque, *neutiquam vero uxori quæ ſponte abierit nubere, niſi prius à viro dimittatur. Verumtamen Salome, non lege generali* (*ſeu communi*, ſc. *Hebraïca*) *ſed tamen ea quæ auctoritatem ac vim obtinuit uſu conjugio renunciavit.*

ναι, μὴ ϛ [f] πρότερον ἀνδρὸς [g] ἀφιέντ⟨ος⟩. οὐ μὴν ἡ Σαλώμη [h] τ̃ ἐν γῇ νόμον, ἀλλὰ τ̃ [i] ἐπ' ἐξουσίᾳ ἑλομένη, τῷ τε συμβίωσιν προσαπηγόρευσε, καὶ πρὸς τ̃ ἀδελφὸν Ηρῴδην ἔλεγεν ὡς τ̃ εἰς ἐκεῖνον εὐνοίας ἀποῤῥῆναι τὸν ἀνδρός· ἐγνωκέναι γὰρ αὐτὸν, μετ' Ἀντιπάτρου καὶ Λυσιμάχου καὶ Δοσιθέου, νεωτέρων ἐφιέμενον. καὶ πίστιν παρεῖχε ϛ λόγου, τοὺς [k] Βάβα παῖδας, ὅπως διασώζοιντο [l] παρ' αὐτῷ χρόνον ἐνιαυτῶν ἤδη δώδεκα. τοῦτο γὰρ εἶχεν ἔτος· [m] καὶ πολλῷ ἔκπληξιν ἐποίησε τῷ βασιλεῖ παρ' ἐλπίδας ἀκοῦσαι, ἐκεκίνητό τι μᾶλλον ὑπὲρ τῷ προδόξῳ ϛ λόγου. τὰ γὰρ περὶ τοὺς Βάβα παῖδας [n] ἐπεπόθησε πρότερον ἐπεξελθεῖν αὐτοὺς, δυσμενεῖς γενομένους τῇ διαθέσει. τότε γὰρ διὰ τὸ μῆκος ϛ χρόνου καὶ τῆς μνήμης ἐξεληλύθεσαν. ἡ γὰρ ἔχθρα πρὸς αὐτοὺς καὶ τὸ μῖσος ἀπὸ τοιούτων ἦν. Ἀντιγόνου τῷ βασιλείαν ἔχοντος, Ηρῴδης μὲν ἐπολιόρκει δυνάμει τὴν τῶν [o] Ιεροσολύμων πόλιν· ὑπὸ γὰρ χρείας καὶ κακῶν [p] ὅσοι πολιορκούμενοι [q] παρέσκευτο, πολλοὶ ἦσαν οἱ τ̃ Ηρῴδῃ ἀνακαλούμενοι, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀποτρέποντες ἤδη τῆς ἐλπίσιν. ὄντες δ' ἐπ' ἀξιώματος οἱ τοῦ Βάβα παῖδες, καὶ διὰ τὴν πόλιν δυνάμει, περὶ διετέλουν Ἀντιγόνῳ, τόν τε Ηρῴδην διέβαλλον ἀεὶ, καὶ συμφυλάττειν τοῖς βασιλεῦσι τὴν ἐκ γένους ἀρχὴν παρῄνουν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ἅμα καὶ συμφέρειν αὐτὰ νομίζοντες, ὑπὲρ τοιούτων ἐπολιτεύοντο. τῆς δὲ πόλεως ἁλισκομένης, καὶ κρατουμένου τῶν πραγμάτων Ηρῴδου, Κοσσόβαρος ἀποδειχθεὶς [r] τὰς διεξόδους ἀναφράττειν καὶ φρουρεῖν τὴν πόλιν, ὡς μὴ διαπίπτειν ἐξ αὐτῆς τὸς ἐπιχειρέως τῶν πολιτῶν ἡ τἀναντία τῷ βασιλεῖ πολιτευομένους, [s] εἰδὼς ἐν ὑπολήψει καὶ τιμῇ τὸς ϛ Βάβα τῷ παντὶ πλήθει, καὶ νομίζων μέγα μέρος αὐτῷ γενήσεσθαι πρὸς τὰς μεταβολὰς τῶν πραγμάτων τὴν ἐκείνων σωτηρίαν, ὑπεξέθετο καὶ κατέκρυψεν ἐν οἰκείοις χωρίοις. καὶ τότε μὲν Ηρῴδῃ, διελελύθη γὰρ ἡ τῆς ἀληθείας ὑπόψια, πιστωσάμενος ὅρκοις, ἢ μὴν κακὸν εἰδέναι τῶν καθ' ἐκείνους, ἀφεῖτο τῆς ὑποψίας. αὖθις δὲ [t] κηρύγματα ἐκ μήνυτρα ϛ βασιλέως ἐκλεγέντος, καὶ πάντα τρόπον ἐρευνῆς ὑπενοοῦντος, οὐκ ἦλθεν εἰς ὁμολογίαν· ἀλλὰ τῷ τὸ πρῶτον ἔξαρνος γενέσθαι, τὸ φωραθῆναι τοὺς ἄνδρας [v] οὐκ ἀνυποτίμητος αὐτῷ πεπρασμένος, οὐ μόνον ἐκ τ̃ εὐνοίας, ἀλλὰ καὶ ἐκ τ̃ ἀνάγκης ἤδη ϛ λανθάνειν αὐτοὺς προσεῖχεν. [x] περὶ τούτων ἐξαγγελθέντων αὐτῷ διὰ τ̃ ἀδελφῆς, ὁ βασιλεὺς πέμψας εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς διαφεύγειν ἐμηχανῶντο, ἐκείνους τε καὶ τοὺς συγκαταπεφευγότας ἀπέκτεινεν· ὥστε εἶναι μηδὲν ὑπόλοιπον ἐκ τ̃ γενικῆς συγγενείας, ἀλλὰ τὴν βασιλείαν αὐτεξούσιον [y] αὐτῷ, μηδενὸς ὄντος ἐπ' ἀξιώματος ἐμποδὼν ἵστασθαι τοῖς πραγματευομένοις.

nubere fas est, nisi prius à marito dimittatur. Veruntamen Salome, non lege *Hebræorum* patria, sed eâ quæ tum valebat, usa, & conjugio renunciavit & ad fratrem Herodem dicebat, se propter suam in eum benevolentiam à marito discessisse: quoniam comperisset eum & Antipatrum & Dositheum novis rebus studere. Atque ad fidem sermoni faciendam mentionem injicit Babæ filiorum, quos Costobarus decimum jam annum servaverat. id quod verum erat: eaque re vehementer obstupuit rex, ejusmodi quid audiens quod nunquam suspicatus est, eoque magis commotus est, quòd res erat incredibilis. Nam quod ad Babæ liberos attinet, id aliquando agebat ut illos ultum iret, quoniam sibi infensi repugnassent: verum tum tantum jam temporis præterierat, ut eorum jam non recordaretur. Ejus autem in eos odii & inimicitiarum causa fuit hujusmodi. Quo tempore regno fruebatur Antigonus, Herodes exercitu obsidebat Hierosolymorum urbem, & propter necessitatem & calamitates quibus obsessi premebantur, erant multi qui Herodem advocarent & spe jam in eum propenderent. Babæ autem filii (qui dignitate & gratia multum apud vulgus valerent) Antigono fideles *esse* perseverarunt, Herodemque semper culpabant, ac *cæteros* eò cohortabantur, ut regibus operam suam præstarent in tenendo principatu quem à patribus accepissent. atque illi quidem, dum & ista *magno* commodo fieri existimarent, hujusmodi rebus studuerunt. Verum urbe capta, & Herode rerum potito, Costobarus, præcludendis exitibus & urbi custodiendæ præfectus, ne cives qui sontes essent & regis adversarii evaderent; cum sciret Babæ filios esse in existimatione & honore apud universum populum, cogitaretque, si eis salutem daret, id sibi multum profuturum * ad novas res moliendas, eos subtraxit & † certis in locis abscondit. Et tunc quidem Herodi, nam id quod erat suspicatus est, jurejurando fidem fecit, se nihil quicquam de illis scire, eique suspicionem ademit. Deinde vero, cum rex per edicta indicii præmium proposuisset, & modis omnibus eos perquireret, ne tum quidem fateri voluit: sed quòd primum inficiatus esset, si postea viri deprehenderentur non se impune laturum persuasum habens, non solum benevolentia sed necessitate tenebatur eos occultare. De istis quæ sibi nunciata erant à sorore cum rex misisset ad loca ubi esse dicebantur, & ipsos, & alios cum ipsis accusatos interfecit: ut nihil jam reliquum esset de Hyrcani *genere* & cognatione, sed regnum plane in sua potestate haberet *Herodes*, nemine jam alicujus auctoritatis superstite, qui quæ contra legem fierent impedire posset.

Salome ei repudium mittit, & accusationem injicit.

De Babæ filiis à Costobaro servatis.

Babæ filios necari jubet Herodes.

f Πρότερον ἀνδρὸς] Πρωτέρου forsan *Epiphan.* Vide Grotium ad Matth. c. 5. v. 31.

g Ἀφιέντ⟨ος⟩.] Ἐφιέντ⟨ος⟩ solus *Busb.*

h Τὸν ἐν γῇ νόμον,] Ἐνγῆν *Hen.* forsan pro ἐγγενῆ (in *Lugd. Bat.* ἐγγενῆ νόμον) prout in *Cod. Busb.*

i Ἐπ' ἐξουσίᾳ] Ἐπ' ἐξουσίας *Hen. & Busb.*

k Βάβα παῖδας,] Baba vir erat pietate insignis, ex stirpe Asamonæorum (ut constat ex hac ead. §.) qui singulis totius anni diebus, uno excepto, qui erat undecimus mensis *Tisri*, sacrificium offerebat pro delicto, cujus tamen non erat sibi conscius, ut habet *Cod. Talmud.* tract. *Cherithoth*, cap. 6. atque *Abraham Zacuth* in libro *Juchasin.*

l Παρ' —— δώδεκα.] Παρ' αὐτῶν *Busb.* mallem παρ' αὐτῷ.

m Καὶ πολλῷ ἔκπληξιν] In *Cod. Hen.* (ut & *Lugd. Bat.*) ὁ ϛ, & mox *Cod. Hen.* ἐνεποίησεν.

n Ἐπεπόθησε πρότερον] Ἐπεπόθη μὲ αὐτῷ πς. *Hen.* & *Lugd. Bat.*

o Ιεροσολύμων πόλιν·] Ιεροσολυμιτῶν *Gen. Hen.* & *Epiphan.*

p Ὅσοι πολιορκούμενοι] Ὅσοι τοῖς πολίταις πολιορκ. *Hen.* & *Busb.*

q Παρέσκευτο,] Παρέσκευ) in *iisdem* (ut *Lugd. Bat.* nam in aliis est παρέσκευ)) & *Vat.* nec aliter legisse visus est *Epiphan.*

r Τὰς διεξόδους ἀναφράττειν] Τὰς ἐπιβουλὰς ἀναστέλλειν ϛ Φρ. *Vat.* ut & Margo *Lugd. Bat.*

s Εἰδὼς] *L. B.* εἰδὼς δ'.

* *Ad novas res moliendas*,] *Al.* Siqua interveniisset rerum mutatio.

† *Certis in locis abscondit.*] In propriis prædiis, *Epiphan.* suis in agris, *Gelen.*

t Κηρύγματα ἐκ μήνυτρα] Ita cum *Cod. Hen.* (& *Lugd. Bat.*) μήνυτρα ϛ κηρύγματα in *cæteris.*

v Οὐκ ἀνυποτίμητος αὐτῷ πεπρασμένος,] Illud οὐκ, quod in sua versione agnovit *Epiphanius*, inserendum esse volui, sensu id postulante. HUDS. Recte, confirmante nunc etiam clara lectione MS. *Lugd. Bat.* ex quo insuper reposuimus ἀνυποτίμητος, pro quo hactenus lectum fuit ἀνυποτίμητον, non quidem male, sed fides *Cod.* nostri ostendit maluisse Josephum hoc in versu dicere ἀνυποτίμητος, sicuti in præcedenti ἔξαρνος. HAV.

x Περὶ τούτων ἐξαγγελθέντων] Vocula περὶ (quam delet & *Coccejus*) commode satis abesse potest. Si quis τ̃ περὶ τούτων malit, per me licebit.

y Αὐτῷ,] Τυγχάνειν post αὐτῷ adjicit *Busb.*

CAP. VIII.

Quomodo in Herodem, peregrinis moribus violantem patria instituta, decem cives conjurarunt. De exstructione Sebastes & Cæsareæ, aliarumque munitionum.

Herodes à patriis moribus recedit.

HAC de causa deflexit etiam magis à patriis moribus, & peregrinis institutis antiquum rerum statum subinde labefactavit, quem inviolatum esse, & integrum mansisse oportebat. unde temporis processu magna mali labes nobis illata est, illis insuper habitis, quibus populus antea adductus

Ludi & theatra ab Herode facta.

erat ad pietatem. Primum enim pugilum ludos quinquennales instituit Cæsari, & theatrum Hierosolymis ædificavit, deinde in campo maximum amphitheatrum, utrumque operis magnificentia conspiciendum, sed à moribus Judaïcis alienum. horum enim usum & spectaculorum apparatum à majoribus non acceperant. Ille tamen hunc conventum quinquennalem maximo cum splendore celebravit, missis qui eum finitimis indicerent, & *spectatores* ex omni gente convocarent. adeoque ex cunctis finibus athletæ & omnis generis ludiones accersiti erant spe præmii propositi gloriæque ex victoria. confluxeruntque exercitatissimi quique in ludicris hisce studiis. nam non solum iis qui gymnicis certaminibus operam dant, sed & in musica vitam agentibus, qui thymelici vocantur, maxima victoriæ nomine constituit præmia; atque in id omni cura incumbebat ut nobilissimi quique in certamen venirent. quin & dona non exigua & bigis & quadrigis & equo singulari *vincentibus* proponenda curavit: & quæcunque uspiam ad magnificentiam & dignitatem elaborata fuerant

Herodes spectacula exhibet magnifica.

studiose æmulabatur, modis omnibus agens ut spectaculum eximium daret & illustre. Theatrum vero ipsum splendidissime ornatum erat, depictis per circuitum Cæsaris gestis, & trophæis quæ à gentibus debellatis reportaverat, opere ex probo puroque auro & argento. Et quod ad apparatum attinet, nihil erat vestis adeo pretiosum, nihil gemmarum ornatûs *adeo splendidum*, quod non cum ludionibus qui spectarentur simul in conspectum veniret. Paratæ erant etiam feræ, & leonibus quamplurimis ipsius jussu conquisitis, aliisque quæ aut robore præcellebant aut natura mira erant raritate: atque id agebatur ut vel istæ inter se committerentur, vel cum hominibus ad eas damnatis pugnarent. Peregrinis quidem *summa* erat admiratio sumptuum, simul & animorum oblectatio ex periculorum conspectu: indigenis vero manifesta videbatur morum, qui ipsis summo in honore erant, dissolutio. Res ipsa enim indicabat plane impium esse, homines ad bestias projicere in hominum ex spectaculo delectationem; itemque leges cum peregrinis moribus permutari. Sed nihil eos magis offendebat quam trophæa: nam cum ea putarent

Judæos offendunt trophæa.

imagines esse armis inclusas, ideo quod patriis legibus istiusmodi quid colere nefas esset, indignissime eas ferebant.

Herodis ista de re consilium.

2. Neque vero nescibat Herodes eos turbari,

ΚΕΦ. η'.

Ως κατ' Ηρώδην, ξενικοῖς ἐπιτηδεύμασι θεμελιούμενον τὰ ἔθη τὰ πάτρια, δέκα πολιτῶν ἄνδρες σωώμοσαν. Περὶ κτίσεως Σεβαστῆς καὶ Καισαρείας, καὶ ἄλλων ἐπιτηδευμάτων.

ΔΙΑ τοῦτο καὶ μᾶλλον ἐξέβαινε τῶν [z] πατρίων ἐθῶν, καὶ ξενικοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐκτοπίζετο τὴν πάλαι κατάστασιν, ἀπαρεγχείρητον ὄντων. ἐξ ὧν ὁ μικρὰ καὶ πρὸς τὸν αὐθις χρόνον ἠδικήμεν, ἀμεληθέντων ὅσα πρότερον ἐπὶ τῇ εὐσεβείαν ἦγε τοὺς ὄχλους. [a] πρῶτον μὲν γὰρ ἀγῶνα πενταετηρικὸν ἀθλημάτων κατεστήσατο Καίσαρι, καὶ θέατρον ἐν Ιεροσολύμοις ᾠκοδόμησεν, αὖθις τ' ἐν τῷ πεδίῳ μέγιστον ἀμφιθέατρον, πρόσοπα μὲν ἄμφω τῇ πολυτελείᾳ, ἃ δ' ἦν κατὰ τοὺς Ιουδαίους ἔθους ἀλλότρια. [b] χρῆσίς τε γὰρ αὐτῶν, καὶ θεαμάτων τοιούτων ἐπίδειξις, οὐ [c] παραδέδοντο. τῷ μέντοι πανήγυριν ἐκεῖνον ἐπιφανεστάτην τῇ τῆς πενταετηρίδος συνετέλει, καταγγείλας τε τοῖς πέριξ, καὶ συγκαλῶν ἀπὸ τοῦ παντὸς ἔθνους. οἱ δ' ἀθληταὶ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀγωνισμάτων ἀπὸ πάσης γῆς ἐκαλοῦντο κατ' ἐλπίδα τῶν προκειμένων καὶ τῆς νίκης [d] εὐδοξίαν, συνελέγοντό τε οἱ κορυφαιότατοι τῶν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν. οὐ γὰρ μόνον τοῖς περὶ τὰς γυμνικὰς ἀσκήσεις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν τῇ μουσικῇ [e] διαγωμένοις, [f] θυμελικοῖς καλουμένοις, προὐτίθη μέγιστα νικητήρια· καὶ διεπράττετο πάντας τοὺς ἐπισημοτάτους ἐλθεῖν ἐπὶ τῷ ἆθλον. προὔθηκε δὲ καὶ [g] πωλικοῖς καὶ συωρίσι καὶ κέλησιν ἀμίππους δωρεάς· καὶ πάνθ' ὅσα κατὰ πολυτέλειαν ἢ σεμνοπρέπειαν παρ' ἑκάστοις ἐπετήδευτο, φιλοτιμίας τοῦ διοίσειν αὐτῷ γενέσθαι τῷ ἐπιδείξει, ἐξεμιμήσατο. τό γε μὴν θέατρον ἐπιφανῆ κύκλῳ περιεῖχον Καίσαρος, καὶ τρόπαια τῶν ἐθνῶν ἃ πολεμήσας [h] ἐκεῖνος ἐκτήσατο, χρυσοῦ τε ἀπείρου καὶ ἀργύρου πάντων αὐτῷ πεποιημένων. τὰ δ' εἰς ὑπηρεσίαν οὐδὲν οὕτως ἱμάτιον, οὔτ' ἐσθὴς τίμιος, οὔτε σκεύης λίθων, ὃ μὴ τοῖς ὁρωμένοις ἀγωνίσμασι συμπεδείκνυτο. θηρίων δὲ καὶ θηλειῶν ἐκύρει, λεόντων τε πολλῶν αὐτῷ συναχθέντων, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα καὶ τὰς [i] ἀλκὰς ὑπερβαλλούσας ἔχει καὶ τὴν φύσιν ἐστὶ θαυμαστότερα· τούτων αὐτῶν τε πρὸς ἄλληλα συμπλοκαὶ καὶ μάχαι πρὸς αὐτὰ τῶν κατεγνωσμένων ἀνθρώπων ἐπετηδεύοντο. τοῖς μὲν ξένοις ἔκπληξις ὁμοῦ τῆς δαπάνης καὶ ψυχαγωγία τῶν περὶ τὴν θέαν κινδύνων· τοῖς δ' ἐπιχωρίοις φανερὰ κατάλυσις τῶν τιμωμένων παρ' αὐτοῖς ἐθῶν. ἀσεβὲς μὲν γὰρ ἐκ τοῦ δήλου κατεφαίνετο, θηρίοις ἀνθρώπους ὑποβρίπτειν, [k] ἐπὶ τέρψει τῆς ἀνθρώπων θέας· ἀσεβὲς δὲ ξενικοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐξαλλάττειν τοὺς [l] θεσμούς. πάντων δὲ μᾶλλον ἐλύπει τὰ τρόπαια· δοκοῦντες γὰρ εἰκόνας εἶναι τὰς τοῖς ὅπλοις περιειλημμένας, ὅπ μὴ πάτριον ἦν αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα σέβειν, οὐ μετρίως ἐδυσχέραινον.

β'. Ελάνθανον δὲ οὐδὲ τὸν Ηρώδην ἐκπερατούμενοι, καὶ

z Πατρῴων] *L. B.* πατρίων.

a Πρῶτον μὲν γὰρ —— ἀλλότρια.] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 21. §. 7. τάγε τῷ λοιπὰ τῶν ἔργων ἀμφιθέατρον, καὶ θέατρον, καὶ ἀγορὰν ἄξια τῆ περιηγορίας ὑπεδύσατο, καὶ πενταετηρικὸς &c. Athletica certamina quinquennalia in honorem Cæsaris, & Theatrum Hierosolymis ab Herode erectum, & Amphitheatrum in Campo. SPANH.

b Χρῆσίς τε] *L. B.* χρήσει τε. & mox ἐπιδείξεις.

c Παραδέδοντο.] Παραδίδοται *Vat.*

d Εὐδοξίαν,] Ita *Hen.* favente *Epiphanio*, qui vertit, *victoriæ gloria.* (ὑδοξίαν *Lugd. Bat.*) δόξαν in *reliquis.*

e Διαγωμένοις,] *L. B.* διαγινομένοις.

f Θυμελικοῖς καλουμένοις,] In *Græcis* omnibus καὶ θυμελικούς. verum auctoritate *Epiphanii*, (qui vertit, *quos Thymelicos vocant*) καὶ expunxi: quasi per θυμελικοὺς intelligendi essent Citharœdi, Citharistæ, Lyristæ, Tibicines, atque alii Symphoniaci. Si καὶ retineatur, necesse est ut per *Thymelicos* Histriones intelligamus. *Thymele* quidem suggestum erat: & qui semet illic exercebant *Thymelici* appellabantur. Videsis *Baldi* Lexicon *Vitruvianum*, p 130.

g Τελείποις καὶ συωρίσι] *Gen.* nec non quadrigarii ac trigarii; immo *bigarii.* SPANH.

h Ἐκεῖνος ἐκτήσατο,] Ita *Busb.* & *Hen.* ἐκείνου in *Editis* & *reliisque.*

i Ἀλκὰς ὑπερβαλλούσας] Ἀλκὰς ὑπερβολὰς *Hen.*

k Ἐπὶ τέρψει τῆς ἀνθρώπων θέας·] Ἐπὶ τέρψιν *Busb.*

l Θεσμούς.] Εθισμοὺς *Vat.*

m Bien

καὶ [m] βίαν μὲν ἐπάγειν ἄκαιρον ὥετο· καθωμίλει δ' ἑνίους καὶ παρηγόρει, τῆς δεισιδαιμονίας ἀφαιρούμενος. οὐ μὴν ἔπειθεν· ἀλλ' ὑπὸ δυσχερείας ὧν ἐδόκουν σκῆνον ὑπομεμελῆν, ὁμοθυμαδὸν ἐξεβόων, [n] εἰ καὶ πάντα δοκεῖεν οἱοὶ, [o] μὴ φέρειν εἰκόνας [p] ἀνθρώπων ἐν τῇ πόλει, τὰ τρόπαια λέγοντες. οὐ γὰρ εἶναι πάτριον αὐτοῖς. Ηρώδης δ' ὑπερεκπεπληγμένους ὁρῶν καὶ μὴ ῥᾳδίως ἂν μεταπεισθέντας, εἰ μὴ τύχοιεν παρηγορίας, καλέσας αὐτῶν τοὺς ἐπιφανεστάτους, εἰς τὸ θέατρον παρήγαγε, καὶ δείξας τὰ τρόπαια, [q] τί ποτε δοκεῖ αὐτοῖς παῦσαι ἐπύθετο. τῶν δὲ σκιοποιούντων ἀνθρώπων εἰκόνας, ὑπιτάξας ἀφαιρεθῆναι τὸν πολυτελέστατον κόσμον, ὑπιδείκνυσιν αὐτοῖς γυμνὰ [r] τὰ ξύλα. τὰ δ' εὐθὺς ὑποσυληθέντα, γέλως καὶ πλῆθος εἰς ἀθυμίαν ἐδυνήθη, τῷ καὶ πρότερον αὐτοὺς ἐν εἰρωνείᾳ πίστεως τὰς κατασκευὰς τῶν ἀγαλμάτων.

γ'. Τοῦτον δ' τὸν τρόπον αὐτὸ φθάσαν πεφρικὸς τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ὁρμὴν ἣν [s] ἐπεπόηντο ἐξ ὀργῆς ἀθυμίαν, οἱ πλείους μὲν εἶχον ὡς μεταβεβληκότες καὶ μὴ χαλεπαίνειν ἔτι. τινὲς δὲ αὐτῶν ἐπέμενον τῇ δυσχερείᾳ τῶν οὐκ ἐξ ἔθους ὑπομνημάτων, καὶ τὸ καταλύεσθαι τὰ πάτρια μεγάλων ἡγούμενοι ἀρχὴν κακῶν, [t] ὅσον ὠήθησαν ὑποκινδυνεῦσαι μᾶλλον, ἢ δοκεῖν, ἐξαλλαττομένης αὐτοῖς τῆς πολιτείας, θεωρᾶν Ηρώδην, πρὸς βίαν ἐπαγόμενον τὰ μὴ δι' ἔθους ὄντα, καὶ λόγῳ μὲν βασιλέα, τῷ δ' ἔργῳ πολέμιον φανούμενον τῶν πάντων ἐθνῶν. [v] ἐν δὴ τούτῳ σωφρονισθέντες πάντα κίνδυνον ὑποδύεσθαι δέκα τῶν πολιτῶν ἄνδρες, ἦ ξιφίδια τοῖς ἱματίοις [x] ὑποβαλόντες· ἦν δέ αὐτοῖς, δι' ἀναξιοπάθειαν ὧν [y] ἤκουσιν, καὶ τῶν διεφθορότων τὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς σεσωφρονισμένον, οὐχ ὡς [z] συνεργῆσαί τι καὶ λίαν εἰς τὴν ἐπιχείρησιν ἱκανὸς, ἀλλ' ἐν ἑτοίμῳ καταστῆναι αὐτὸν, παθεῖν εἴ τι κἀκείνοις [a] συμβαίνῃ δυσχερές· ὥστε μὴ μετρίαν τὴν ὁρμὴν τοῖς ἐπιχειροῦσι δι' αὐτὸν γίνεσθαι.

δ'. Ταῦτα γνόντες ἀπὸ συνθήματος εἰς τὸ θέατρον ἐχώρουν, ἐλπίσαντες μὲν οὐδὲ αὐτὸν Ηρώδην [b] διαφεύξεσθαι, περιστήσοντες [c] ἐξ ἀφανοῦς, πολλοὺς δέ, εἰ καὶ μὴ τυγχάνοιεν ἐκεῖνον, τῶν περὶ αὐτὸν ἀναιρήσειν οἰόμενοι· καὶ πᾶσι αὐτοῖς ἀρκέσειν, εἰ καὶ θνήσκοιεν, εἰς ἔννοιαν ὧν ὁ βασιλεὺς ἐξυβρίζειν ἐδόκει τὸ πλῆθος, καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον ἀγαγεῖν. ἐκεῖνοι μὲν [d] οὖν προκαταστάντες, ὑπὸ τοιαύτης ἦσαν [e] προθυμίας. εἷς δὲ τῶν [f] ὑφ' Ηρώδου πολυπραγμονεῖν καὶ διαγγέλλειν τὰ τοιαῦτα τεταγμένων ἐξαίφνης ὅλῳ τὴν ὑπόθεσιν, εἰς τὸ θέατρον εἰσιέναι μέλλουσι τῷ βασιλεῖ κατεμήνυσεν. ὁ δέ, ἃ μὲν ἀνοίκειον ὠήθη τὸν λόγον, εἰς τε τὸ μῖσος ἀφορῶν ὃ συνήδει πᾶσι τῶν πλείονων αὐτῷ, καὶ τὰς παραχὰς τὰς ὑπὸ τοῖς καθ' ἕκαστα [g] γινομένας, ἀναχωρήσας εἰς τὸ βασίλειον, ὀνομαστὶ τοὺς ἐν ταῖς αἰτίαις ἐκάλει. προσαπόντων δὲ αὐτοῖς τῶν ὑπηρετῶν αὐτόφωροι λαμβανόμενοι, τὸ μὲν ὡς οὐκ ἂν διαφύγοιεν ἤδεσαν· ἐπεκόσμησαν δ' τὴν ἀναγκαίαν [h] καταστροφὴν τοῦ τέλους, τῷ μηδὲν ὑφιέναι τοῦ φρονήματος. ὁ γὰρ ἐντραπεὶς, ἀπὸ δεινοπαθούντων τὴν πεῖραν, ἀνέδειξαν ἤδη κραδαίνοντες τὸ ξίφος· [i] διωμολογήσαντο δ' καλῶς καὶ

& vim *illis* inferre intempeſtivum exiſtimabat; quapropter operam dabat ut nonnullos eorum mitigaret verbis, & ea religione ſolveret. Verum nihil proficiebat: ſed quod moleſte ferrent ea, quibus illum flagitium admittere exiſtimabant, uno conſenſu vociferabantur, ſi omnia patienda forent, at hominum quidem imagines (trophæa innuentes) in urbe non paſſuros. haud enim moribus patriis fas eſſe. Herodes vero, cum videret illos turbatos eſſe, & non facile ei ceſſuros, niſi ſolatii aliquid adhiberetur, eorum præcipuos vocat, & in theatrum ductis trophæa monſtrat, quæritque quidnam hæc eis videantur. Cumque exclamaſſent, hominum eſſe imagines, *tunc ille*, ubi juſſerat ornamenta detrahi, merum lignum eis oſtendit. Atque iſta repente ſuo denudata erant ornatu, & riſus in omnium ora vultuſque diffuſus eſt; quippe qui jam ante imaginum apparatus pro ridiculo ducerent.

Judæi ex moribus ab Herode mutatis offenſi.

3. Cum autem populum hoc pacto repuliſſet, atque impetum quo irati ferebantur diſſipaſſet, plerique ſic erant ut mutati pacatique eſſe viderentur. tamen eorum nonnulli in offenſione ex mutatis moribus perſeverabant; &, cum crederent ex patriis inſtitutis violatis magna oritura eſſe mala, ſatius eſſe putarunt vel quodvis periculum ſubire, quam videri Herodem ſinere, mutato rerum ſtatu, quidquam contra receptos per vim introducere, &, dum pro rege ſe gereret, revera ſe toti genti inimicum infeſtumque oſtendere. Itaque conjurarunt cives decem in quodvis periculum, & pugiones ſub veſtibus ſumpſerunt; eratque inter eos quidam cæcus, qui, eorum quæ audiverat indignitate commotus, cum eis conjuravit: non ille quidem quaſi eos in facinore patrando multum adjuturus, ſed cum eis adverſa pati paratus, ſi eis male res caderet: id quod illis ad rem aggrediendam multum animi addidit.

Decem viri contra Herodem conjurant.

4. Ita decreta re vadunt uno animo in theatrum, ſpei pleni ne Herodem quidem ipſum evaſurum, cum ex improviſo eum adorituri eſſent: aut certe ſi ab eo aberrarent, fore arbitrantes ut multos ex ejus comitibus interficerent; atque ita regi ipſi occaſionem præberent cogitandi de injuria, quam genti inferre videbatur, etiamſi ipſis moriendum foret. Et illi quidem jam ante parati ea erant animi alacritate. Quidam autem ex Herodis emiſſariis, cui datum erat iſtiuſmodi de rebus ſatagere eique referre, totum negotium, ab ipſo deprehenſum, regi in theatrum intraturo nunciavit. Atqui ille (nam nuncium à vero non abhorrere viſum eſt, ſi vel ad odium reſpiceret, quod ſibi à pleriſque concitari noverat, aut ad turbas ex rebus fere ſingulis coortas) recepit ſe in regiam, & conjuratos ſuis nominibus evocabat. Cum autem à ſatellitibus, illos adortis, in ipſo facinore comprehenſi eſſent, ubi intellexerunt ſe crimen effugere non poſſe, operam dederunt ut vitæ exitum, quem evitare non poterant, honeſtarent, de animo ſuo nihil remittendo. non enim eos facti ſuppuduit, aut quidquam ſunt inficiati; ſed cum jam tenerentur, pugiones oſtenderunt: confeſſique ſunt

Libera conjuratorum confeſſio.

---

m Βίαν μὲν ἐπάγειν ἄκαιρον ὥετο·] Ita *Busb.* βία vel βίᾳ in *cæteris.*

n Εἰ καὶ πάντα δοκεῖν] Εἰ καὶ τὰ πάντα *Hen.*

o Μὴ φέρειν ——— λέγοντες.] Conf. *Salvo.* lib. 1. c. 33. §. 2. & infr. lib. 17. c. 6. §. 2. SPANH.

p Ἀνθρώπων ἐν τῇ πόλει,] Ἀνθρώπων ἐᾶν ἐν τῇ π. *Busb.*

q Τί ποτε δοκεῖ αὐτοῖς] Τί ποτ' ἔστιν ὃ δοκεῖ αὐτοῖς ταῦτα *Vat.*

r Τὰ ξύλα.] Τὰ ξύλα δὲ δ' εὐθὺς *Vat.*

s Ἐπεπόηντο ἐξ ὀργῆς διαχέοντος,] Sic *Hen.* & *Busb.* ἐπεπόηθεν in *Editis.*

t Ὅσον ὠήθησαν ὑποκινδυνεῦσαι μᾶλλον,] Ita *Hen.* & *Busb.* ὅσιον ἡγήσαντο in *Editis Aliisque.*

v Ἐκ δὴ τούτου σωφρονισθέντες] Ἐκ δὴ τούτων *Busb.*

x Ὑπολαβόντες·] Ὑποβαλόντες *Hen.*

y Ἤκουσιν,] Ita cum *Epiphanio*, qui vertit, *audiebat.* ἤκουσαν in *Editis Aliisque.* ἤκουσον *Hen.* ἤκουσι *L. B.* ἤκουεν *Cocceius.*

z Συνεργῆσαί τι] Ἐνεργῆσαί τι καὶ ὁρᾶν εἰς *Hen.*

a Συμβαίνῃ δυσχερές·] Συμβαίνοι *Vat.* συμβαίνοι *L. B.*

b Διαφεύξεσθαι,] Διαφυγεῖν *Hen.*

c Ἐξ ἀφανοῦς,] Ita cum *Hen.* & *Busb.* δι' ἀφανοῦς in *reliquis.*

d Οὖν προκαταστάντες,] Illud δὴ è *Codd. Hen. Busb.* & *Vat.*

e Προθυμίας.] Ita *Hen.* & *Busb.* qui etiam paulo ante habet ἐπὶ τῇ αὐτῇς. Non eſt cur dubitem, quin *Epiphanius* legerit προθυμίας, qui vertit, *cumque parati cum audacia properarent.* προθεσμίας in *Editis Aliisque.* mallem tamen ἐπὶ ταυτῇς ἦσαν προθεσμίας.

f Ὑφ' Ηρώδου] Sic *Busb.* & *Vat.* ἐφ' Ηρώδῃ in *reliquis.*

g Γινομένας φ] Γινομένοις παρυφισαμένας, ἀναχωρήσας *Hen.*

h Καταστροφὴν τοῦ τέλους,] Ex hoc loco aliquis forſan ſuſpicaretur *Joſephum* ſcripſiſſe τὸ πέρας τοῦ τέλους ſupr. cap. 6. §. 4.

i Διωμολογήσαντο] Ita *Hen.* & *Busb.* διωμολογήσαντες in *Editis Aliisque.*

sunt se pulchre ac pie conjurationem fecisse, ne quidem quæstus ullius gratia, neque suis ut obsequerentur affectibus; sed, quod majus, pro institutis publicis, quæ par est ut omnes aut custodirent aut pro illis vitam amitterent. Istis quidem ab illis de suo insidiandi proposito magna cum fiducia dictis, à regiis circundati *militibus* abducti sunt, & modis omnibus excruciati mortem oppetierunt, Verum cum & indicem istum, qui illis odio erat, quidam non multo post corripuissent, non solum interfecerunt, sed & membratim discerptum canibus *dilaniandum* objecerunt. atque id multi civium viderunt, neque tamen quisquam indicavit, donec, Herode acerbum & acrem quæstionem habente, coactæ quædam cruciatibus mulieres confessæ sunt quæ facta viderant. Et quidem in auctores facinoris animadversum est, à totis familiis pro temerario ausu pœnas repetendo. At populi perseverantia, & in legum tuitione intrepida constantia, fecit ut Herodes non facilior evaderet, nisi se tutius muniret. Statuit itaque populum undique circumsepire, ne hujusmodi motus in apertam rebellionem erumperent.

Delator conjuratorum membratim discerptus.

Herodes seipsum munit.

modi cauſam. Incolæ Trachonis, poſtquam Cæſar eam regionem, Zenodoro ademptam, Herodi attribuerat, amplius quidem latrocinari nequibant, terram vero colere & quiete vivere cogebantur; id quod eis parum placebat, † nec admodum idoneum agriculturæ ſolum *habebant*. veruntamen à principio, rege eos coërcente, finitimos nullis laceſſebant injuriis. qua ex re Herodes magnam diligentiæ laudem adeptus eſt. Illo autem Romam profecto, cum & puerum Alexandrum accuſabat, & Antipatrum ſuum filium commendaturus Cæſarem adibat, Trachonis incolæ mortuum eſſe Herodem ſermonibus divulgarunt, rebellaruutque, & iterum finitimum agrum, ut ante conſueverant, diripere & vaſtare cœperunt. At tum regii duces, abſente ipſo, eos domuerunt. Cæterum fuerunt circiter quadraginta latronum principes, qui, captorum exemplo territi, ex iis finibus ceſſerunt, ſeque in Arabiam receperunt, & à Syllæo, poſtquam is à Salomes conjugio aberraverat, accepti ſunt, qui eis locum munitum dedit: qua habitatione uſi, cœperunt non ſolum Judæam incurſare, verum etiam univerſam Cœlen-Syriam, receptum & præſidium maleficis ſceleratiſque præſtante Syllæo. Herodes autem, Roma reverſus, comperit eos gravia damna ſuis intuliſſe: & quoniam latronibus ipſis potiri nequibat, quippe ſecuritate ex Arabum tutela fretis, eas contumelias ægre ferens, Trachonem obiit, & latronum conſanguineos necavit. Ea res, quam pro gravi injuria habuerunt, tanto reddidit irritatiores, præſertim quod legem habebant, quæ ſuorum interfectores omnibus modis ulciſci juberet: adeo ut, quicunque tandem ſequuturus eſſet eventus, ex univerſa Herodis ditione prædas agere eamque diripere non ceſſarint. Ille vero, hac de re loquutus cum Saturnino & Volumnio, Cæſarianis ducibus, latrones ad ſupplicium depoposcit. Quamobrem latrones ſeipſos magis etiam confirmare, & numero aucti omnia perdere, loca pagoſque Herodiani regni vaſtando, hominesque quos ceperant interficiendo: adeo ut hujuſmodi incurſiones bellicis ſimiles eſſent. homines enim jam circiter mille erant. Quam rem moleſte ferens Herodes latrones depoſcebat, & ſexaginta talenta exigebat, quæ Obodæ per manus Syllæi mutua dederat, quorumque dies tranſacta jam erat. At Syllæus, qui Oboda rejecto omnia regebat, negare in Arabia eſſe latrones, & pecuniæ ſolutionem differre: qua de re coram Saturnino & Volumnio, qui tum Syriæ * præeſſent, diſceptatum eſt. Tandem vero, illis ita decernentibus, convenit, Herodi intra dies triginta pecuniam ſolutum iri, & utrumque alterius homines redditurum, quos in ſuo regno haberet. Atque Herodes quidem neminem omnino Arabem habere compertus eſt, neque ob maleficium, neque ob aliam cauſam: at Arabes convicti ſunt habere in ſuis finibus latrones.

Latrones à Syllæo recepti.

Eos ad ſupplicium depoſcit Herodes.

2. Cæterum cum jam elapſa eſſet dies præſtituta, Syllæus, antequam aliquid eorum quæ debebat XIV. *Syllæus, cum promiſſis non ſteriſſet, Romam proficiſcitur.*

r Τοῦτο δ' οὖν] Τὸ δ' ἐμοὶ *Busb.* & *Vat.*

† *Nec admodum idoneum agriculturæ ſolum* habebant.] Neque terra reſpondebat laboribus. *Gelen.*

s Κατ' ἀρχὰς μέ,] Διὰ σέ☉ τ̃ βασιλέως *Busb.*

t Απολωλὼς εἴη] Ita reſcripſi è *Cod. Gall.* (corrigente quoque ſic *Coccejo*) cum ἀπολωλὸς & mox νεμόμενοι antea editum eſſet. διεδίδη λόγ☉ ὡς ἀπολωλὼς εἴη. Διαπειρώντες δὲ οἱ τ̃ Τρ. *Busb.*

v Διαπειρῶντες] Διαπειρᾶντες COCC.

x Αδικεῖν ἐτρέποντο.] Ηδικουν pro ἀδικεῖν ἐτρέποντο in *Cod. Busb.* ἐτράποντο *Gall.*

y Περὶ τεσσαράκοντα] Aliud quiddam in ſuo codice habuiſſe videtur *Epiphanius*, qui vertit. *ex quibus* XL. *principes latronum cum cognatione ſua à Trachone provinc.*

z Καὶ δι☉] *Gen.* κ̃ ζ.

a Ποιῶσιν ἄδειαν.] Ποιοῦσ☉ *Vat.* & *Hen.* à pr. m.

b Προελθὼν τ̃ Τραχωνα,] Ἐκπροελθὼν *Busb.* & *Lugd. Bat.*

c Επεποίηντο,] Επεποίηνται ἠρεθίσθησαν *Busb.*

d Επιξιέναι] Ita cum *Cod. Busb.* (& *Coccejo*) ἐπεξεῖναι in *Editis Aliiſque.*

e Καίσαρ☉ —— Οὐολουσίῳ.] Conf. *ἀλλοι.* lib. 1. c. 27. §. 2. & infr. c. 10. §. 8. SPANH.

f Επὶ κολάσει] Eo plane modo *Vat.* τὸν ἐπὶ κολ. in *reliquis.*

g Επισφάττοντες] Αποσφάττοντες *Busb.* ἀπισφαίζι *Vat.*

h Εοικυῖαν.] *Gen.* ἐοικυῖαν.

i Εξήκοντα,] Πενταϰόσια *Busb.* non ita in *ceteris*, aut in *Epiphanii* libris.

* *Præeſſent*,] *Sc.* non æquata poteſtate & imperio. cum Saturninus id temporis eſſet Legatus Proprætor Syriæ, Volumnius vero tantum Procurator ejuſdem provinciæ, ut oſtendit *Noriſius* in *Cenotaph. Piſ.* p. 206. & *Pagi* ad *Ann. Baronii*, p. 30.

k Σωέβη δι' ἐκείνων] Σωέθη δι' ἐκείνου *Vat.* & *Hen.* à prima manu.

l Καὶ τοὺς ἀλλήλων] Καὶ τοὺς ἀλλήλων ἑκατέρᾳ διακατασχοῦσι τῇ βασιλείᾳ *Busb.* quo ſane modo legiſſe videtur *Epiphan.* qui vertit, *& eos qui de utroque regno auſugiſſent invicem reddere.*

m Πεποιηκὼς,] Πεποίηϰ', ἀλλ' εἰς P. *Busb.*

bat feciſſet, Romam profectus eſt. Herodes vero exſequebatur redditionem pecuniarum & latronum qui apud Arabas erant, Saturnino & Volumnio permittentibus ut contumaces etiam armis perſequeretur. Atque exercitum habens in Arabiam cum duxit, ſeptem manſiones triduo emenſus. Et poſtquam ad præſidium, quod latrones habebat, pervenit, omnes primo impetu cepit, & locum *munitum*, qui Raëpta vocabatur, complanavit: aliorum vero nihil violavit. Cumque latronibus Arabes, Nacebo duce, ſubſidio veniſſent, prælium committitur: in quo pauci quidem ex Herodianis *deſiderati ſunt*, Arabum vero dux Nacebus una cum ſuorum circiter viginti quinque ceciderunt: reliqui in fugam compulſi ſunt. Iſto autem de illis ſumpto ſupplicio, cum tria Idumæorum millia in Trachonitidem deportaſſet, regionis illius latrones coërcuit: totaque de re literas dedit ad duces qui erant in Phœnicia, quibus eos certiores fecit, quod nihil amplius, quam in contumaces Arabes *fieri* oportebat, ab eo actum fuiſſet. Et iſta quidem illi, cum in ea diligenter inquirerent, vera eſſe comperiebant.

Herodis expeditio in Arabiam.

XV. 3. Nuncii autem Romam celeriter ad Syllæum res geſtas pertulerunt, &, ut fere fit, ſingulas in majus auxerunt. Ille vero, qui jam id conſequutus erat ut Cæſari innoteſceret, & forte tum circa palatium erat, his auditis, confeſtim mutata veſte pullatus Cæſari indicatum ibat: Arabiam bello eſſe vexatam, & univerſum regis exercitum everſum ab Herode, qui regionem vaſtaverat. Ad hæc lachrymans querebatur, duo millia quingentos Arabiæ primarios cecidiſſe: eorumque ducem Nacebum occubuiſſe, amicum cognatumque ſuum: direptaique divitias, quæ Raëptis eſſent, contempto Oboda ut ad bellum ſuſtinendum inferiore, quoniam nec ipſe Syllæus, nec Arabum exercitus adeſſet. Cum iſtiuſmodi verba faceret Syllæus, &, ut invidioſiorem redderet Herodem, illud etiam adjiceret, ſe eam profectionem ſuſcepturum non fuiſſe, niſi Cæſarem putaſſet daturum operam, ut cum omnibus omnes pacem haberent, neque, ſi ipſum ibi adeſſe contigiſſet, fauſtum Herodi bellum futurum fuiſſe; his verbis irritatus Cæſar, quæſivit ab Herodis amicis qui aderant, & à ſuis, qui ex Syria venerant, hoc ſolum, an Herodes exercitum duxiſſet. id quidem cum illi fateri neceſſe haberent, Cæſar vero quam ob cauſam & quo pacto non auſcultaret, cum ille magis ira exardeſcebat, tum ſcripſit acerbius Herodi, & inter alia, literarum ſumma hæc fuit, "Se eum aliquando in "amicis habuiſſe, nunc pro ſervo habiturum". Syllæus quoque ea de re ſcripſit ad Arabes. atque illi *literis ejus* elati neque prædones elapſos dediderunt, neque pecuniam ſolverunt, inſuper & paſcuis, quæ Herodis erant & ipſi conduxerant, gratis utebantur, quoniam Judæorum rex eſſet Cæſaris ira dejectus. Item Trachonitæ, hanc occaſionem nacti, in Idumæorum præſidium conſurgunt, atque una cum Arabibus latrocinantes, qui Idumæorum agrum populabantur, non ſolum lu-

Syllæus Herodem apud Cæſarem accuſat.

Cæſar in Herodem irritatur.

Trachonitæ in eum inſurgunt.

ⁿ ῥύσια ᾖ τῶν χρημάτων καὶ τῶν παρ' ἐκείνοις λῃστῶν Ἡρῴδης ἐπιεῖτο, καὶ τῶν σὺν τὸν Σατορνῖνον καὶ Οὐολύμνιον ἀπιτρεπόντων ἀγνωμονοῦντας ° ἐπιξιέναι. στρατιάν τε ἔχων, προσήλαυν εἰς τὴν Ἀραβίαν, τρισὶν ἡμέραις ἑπτὰ σταθμοὺς διανύσας. καὶ γενόμενος ὅπου ἔσ φρουρίῳ ἔσ τοὺς λῃστὰς ἔχοντος, ᵖ αἱρεῖ μὲν ἐξ ἐφόδου πάντας αὐτούς, κατασκάπτει ᾖ τὸ χωρίον, ᵠ Ραεπτὰ καλούμενον· τῶν ᾖ ἄλλων ʳ οὐδὲν ἐλύπησεν. ἐκβοηθησάντων ᾖ τῶν Ἀράβων ἡγουμένου Νακέβου, μάχη γίνεται· καθ' ἣν ὀλίγοι μὲν ˢ τῶν Ἡρῴδου, Νακέβος ᾖ ὁ τῶν Ἀράβων στρατηγὸς, καὶ σὺν εἴκοσι πέντε τῶν σὺν αὐτῷ πίπτουσιν, οἱ ᾖ ἄλλοι πρὸς φυγὴν ἐτράποντο. πεσόντας ᾖ τούτους, τετρακοσίους ᵗ Ἰδουμαίων ἀπὸ τῆ Τραχωνίτιδι κατοικίας, ᵘ ἤγαγε λῃστὰς τοὺς ἐκεῖ· καὶ περὶ τούτων πρὸς ἡγεμόσιν ἔπεμπεν περὶ Φοινίκην οὖσιν, ἀποδεικνὺς ὅτι μηδὲν πλέον ὧν ἀγνωμονοῦντας ἐπιξελθεῖν ἔδει τοὺς Ἄραβας αὐτῷ πέπρακται. ταῦτα μὲν οὖν ἐκεῖνοι πολυπραγμονοῦντες εὕρισκον οὐ ψευδόμενον.

γ'. Ἀγγέλοι ᾖ Συλλαίῳ καταπεχήσαντες, εἰς Ῥώμην τὰ πεπραγμένα διεσάφουν, εἰς μεῖζον ὡς εἰκὸς ἕκαστον τῶν γενομένων αἴροντες. ὁ ᾖ ἤδη μὲν ἐπιπραγματεύσει γνώμῳ εἶναι Καίσαρι, τότε ᾖ σὺν τὴν αὐλὴν ἀναστρεφόμενος, ὡς ἤκουσεν, εὐθὺς μεταμφιέννυται μέλαναν ἐσθῆτα, καὶ παρελθὼν ἔλεγε ˣ ὡς αὐτὸν, ὅτι πολέμιον τὸν ʸ σὺν τὴν Ἀραβίαν εἴη κεκακωμένα, ᶻ καὶ πᾶσα ἀνάστατος ἡ βασιλεία στρατιᾷ πορθήσαντος αὐτῇ Ἡρῴδου. ᵃ δακρύων ᾖ, πεντακοσίους μὲν ὅτι χιλίους Ἀράβων κατηλλέναι τοὺς πρώτους ἔλεγε, ἀνῃρῆσθαι ᾖ ᵇ καὶ τὸν στρατηγὸν αὐτῶν Νάκεβον, οἰκεῖον αὐτῷ καὶ συγγενῆ, πολίτην ᾖ διαπάσης τὴν ἐν Ραέπτοις. καταφρονηθεὶς ᾖ τὸ Ὀβόδου, ὑπὸ ἀσθενείας σὺν δυνάσθαι τῷ πολέμῳ, μᾶλλον τὸ μηδ' αὐτὸν, μήτε τὴν Ἀραβικὴν δύναμιν παρεῖναι. τοιαῦτα ᾖ Συλλαίου λέγοντος, καὶ πρασιθέντος ὀπιφόνως, ὡς ἂν αὐτὸς ᶜ ἀπέλθοι τὴν χώρας μὴ πεπεισμένος ὅτι Καίσαρι μέλοι τὴν εἰρήνην ἅπασιν εἶναι πρὸς ἀλλήλους, μηδ' εἰ παρὼν ἐτύγχανεν ἐκεῖ λυσιτελῆ ποιήσαι τὸν πόλεμον Ἡρῴδῃ, παροξυνθεὶς ὅτι τοῖς λεγομένοις ὁ Καῖσαρ, ἀνέκρινε τὸν Ἡρῴδου τοὺς παρόντας, καὶ τὸν ἰδίων τοὺς ᵈ ἀπὸ Συρίας ἥκοντας, αὐτὸ μόνον, εἰ τὴν στρατιὰν Ἡρῴδης ᵉ κατάγοι τὸν δὲ τοῦτο μὲν αὐτὸ λέγειν ἀνάγκην ἐχόντων, τὸ δὲ ἐφ' ὅτῳ καὶ πῶς οὐκ ἀκούοντος, ὀργή τε μείζων ἐγίνετο τῷ Καίσαρι, καὶ γράφει πρὸς τὸν Ἡρῴδην, τότε ἄλλα καλεπῶς, καὶ τοῦτο τὸν ὀπισολῆς τὸ κεφάλαιον, "ὅτι πάλαι χρώμενος αὐτῷ "φίλῳ, νυνὶ ὑπηκόῳ χρήσομαι." γράφει δὲ καὶ Σύλλαιος ὑστερον τούτων τοῖς Ἄραψιν. οἱ δὲ ἐπαρθέντες ὅτε τὸν λῃστῶν ὅσοι διέφυγον ἐξεδίδοσαν, ὅτε τὰ χρήματα ᶠ διελύοντο, νομάς τε ἃς ἐκείνοι μισθωσάμενοι διεκάλουν, ἀμοιβὴ πάντας ἐχρῶντο, τεταπεινωμένου ᾖ τὸν Ἰουδαίων βασιλέως διὰ τὴν ὀργὴν ᾖ Καίσαρος. ὑπιόντων ᾖ τῷ καιρῷ καὶ οἱ τὴν Τραχωνίτιν ἔχοντες, τῆς τῶν ᵍ Ἰδουμαίων φρουρᾶς κατεξαναστάντες, καὶ λῃστηρίοις χρώμενοι μᾶ τῶν Ἀράβων, οἳ ἐλεη-

ⁿ Ρύσια ᾖ τῶν χρημάτων] Redditionem pecuniarum. *Ruſinus.* SPANH.

ᵒ Ἐπεξίναι.] Τοὺς Ἀραβας poſt ἐπεξίναι addit *Busb.*

ᵖ Αἱρεῖ μᾶ ἐξ ἐφόδου πάντας] Ita *Busb.* αὖθις in *Editis Aliiſque.*

ᵠ Ραεπτὰ καλούμενον·] Αιπτὰ *Vat.* Ράπτα *Gall.* & *Lugd. Bat.* in *Epiphanii* libris *Repta.*

ʳ Οὐδὲν] *L. B.* ἐδίνα.

ˢ Τῶν Ἡρῴδου,] Illud τῶν inſertum dedi è *Cod. Busb.*

ᵗ Ἰδουμαίων] Ἰδυμαίους *Busb.*

ᵘ Ἤγαγε] Lege Εἶργε. atque ita (cum *Coccejo*) *Busb.* IBBETS.

ˣ Ὡς αὐτὸν,] Illa ὡς αὐτὸν deſunt *Busb.*

ʸ Περὶ τὴν Ἀραβίαν] Καὶ τὴν Ἀραβίαν *Busb.*

ᶻ Καὶ πᾶσα ἀνάστατος] Καὶ πᾶσα ἀνάστατος ἡ βασιλεία στρατιᾷ πορθήσαντος αὐτῇ Ἡρῴδου in *Editis Aliiſque.*. καὶ πᾶσα ἀνάστατος ἡ βασιλεία στρατιᾷ πορθήσαντος αὐτῷ Ἡρῴδου *Vat.* unde reſcribere non dubitavi, καὶ π. ἀ. ἡ. βασιλεια στρατιᾷ π. nec aliter, ut puto, legebat *Epiphanius*, qui vertit, *totumque regnum commotum ab Herodis exercitu fuiſſet.*

ᵃ Δακρύων ᾖ] Δακρύων μᾶ *Hen.* à prima manu, & *Vat.* qui mox μᾶ poſt πενθακοσίους negligit.

ᵇ Καὶ τὸν στρατηγὸν] Illud καὶ è *Cod. Vat.* & *Epiphan.*

ᶜ Ἀπέλθοι τὴν χώρας] Ita lego pro ἐπέλθοι, quod in *Editis* exſtat & *MSS.* (præter *Lugd. Bat.* tamen, in quo edita hæc nova lectio invenitur) in *Epiphanii* verſione, *quod nec ipſe rediret in provinciam, neque ſi præſens fuiſſet, commodum fuiſſet cum Herode bellum committere.*

ᵈ Ἀπὸ Συρίας ἥκοντας,] Ita *Vat.* & *Lugd. Bat.* ἐκ Συρίας in *Editis Aliiſque.*

ᵉ Κατάγοι.] Καταγάγοι *Busb.* & *Baſ.* ἐξαγάγοι *Lugd. Bat.*

ᶠ Διελύοντο,] Διελύετο *Busb. Lugd. Bat. Hen.* & *Vat.*

ᵍ Ἰδυμαίων] Ἰουδαίων *Busb.* & *Hen.* à pr. m.

ἐλεηλάτων τὴν ἐκείνων χώραν, οὐχ [h] ὑπὲρ ὠφελείας μόνον, ἀλλὰ καὶ μνησικακίας χαλεπώτεροι [i] τὰς ἀδικίας ὄντες.

δ'. Ἡρώδης δὲ ταῦτα πάντα φέρων ἠνείχετο, μεταβεβληκὼς αὐτῷ τὴν παῤῥησίας, ὧν εἶχε παρὰ Καίσαρι, [k] καὶ τὸ μεῖζον [l] ἀφῆκεν ἤδη φρονήματος. οὐδὲ γὰρ πέμψαντος αὐτοῦ πρεσβείαν ἀπολογησομένῳ ὁ Καῖσαρ ἠνέσχετο, πάλιν δὲ τοὺς συνελθόντας ἀπράκτους ἀνέπεμψεν. ὥστ' οὖν ὑπὲρ τούτοις ἀθυμίᾳ καὶ δέει, ὅ, τε Σύλλαιος ἀπὸ μετρίως ἐλύπει, πεσὼν τε καὶ παρὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ, τότε δὲ καὶ μειζόνων ἀπώμνυεν. ὁ μὲν γὰρ Ὀβόδας ἐτεθνήκει, Αἰνείας δὲ τὸν τῶν Ἀράβων ἄρχων Αἰνείας, ὁ μετονομασθεὶς [m] αὖθις Ἀρέτας. τὸν γὰρ ἐπιχειρεῖ Δημ. Ἐκλαῖς παρωσάμενος αὐτὸς [n] ἀναλαμβάνειν τὴν ἀρχὴν, χρήματα μὲν πολλὰ διδοὺς τοῖς περὶ τὸν αὐλὸν, πολλὰ δὲ Καίσαρι δώσειν ὑπισχνούμενος. ὁ δὲ τῷ μὴ τὸν Ἀρέταν ἀπιστειλάντα πρότερον αὐτῷ βασιλεύειν ὠργίζετο. πέμπει δὲ κἀκεῖνος ἀπιστολὴν καὶ δῶρα τῷ Καίσαρι, στέφανόν τε χρυσοῦν ἀπὸ πολλῶν ταλάντων. ἡ δὲ ἀπιστολὴ κατηγορεῖ Σύλλαιον ὄντα πονηρὸν δοῦλον, Ὀβόδαν [nn] τε Φαρμάκοις ἀφεῖναι, καὶ ζῶντος ἔτι κρατεῖν αὐτὸν, τάς τε τῶν Ἀράβων μοιχεύοντα, καὶ χρήματα δανειζόμενον, ὡς ἐξιδιώσοιτο τὴν ἀρχήν. προσέχειν δὲ οὐδὲ τούτοις ὁ Καῖσαρ, ἀλλ' ἀποπέμπει μηδὲν τῶν δώρων λαβών. τὰ δὲ περὶ τὴν Ἰουδαίαν καὶ Ἀραβίαν, ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐπιδιδὰ, τὰ μὲν εἰς ἀταξίαν, τὰ δ' ὡς καταφρονουμένων μηδένα προϊσταναι. τῶν γὰρ βασιλέων ὁ μὲν, [o] ὅπως τὴν ἀρχὴν βεβαίαν ἔχων, οὐκ ἱκανὸς ἦν κωλύειν τοὺς ἀδικοῦντας· Ἡρώδης δ', ἐφ' οἷς [p] ἠμύνετο τάχιον ὀργισθέντος αὐτῷ Καίσαρος, ἀπάσας τὰς εἰς αὐτὸν ὕβρεις φέρειν ἠναγκάζετο. πέρας δ' οὐδὲν ὁρῶν τῶν περιεστώτων κακῶν, ἔγνω πάλιν εἰς Ῥώμην ἀποστέλλειν, εἴ τι δυνατὸν μετριώτερον εὑρεῖν. Δημ. τε τῶν φίλων, καὶ πρὸς αὐτὸν Καίσαρα τὴν ἐντυχίαν [q] ποιησόμενος. κἀκεῖ μὲν ὁ Δαμασκηνὸς ἀπῆλθε Νικόλαος.

cri ſed etiam ultionis cauſa miris modis in eos ſæviebant.

4. Herodes autem iſta omnia ferre cogebatur, perdita, quam in Cæſare habuerat, fiducia, & animum multo quam ante demiſſiorem gerebat. nam *Cæſar* legationem miſſam ab Herode ob cauſæ ſuæ defenſionem audire nolebat, eamque iterum venientem re infecta remiſit. Itaque erat ex iſtis in magna ſolicitudine atque metu, & ei permoleſtus erat Syllæus, tum quod ei crederetur, tum quod Romæ eſſet, & eo tempore ad majora ſpiraret. Nam Obodas quidem diem ſupremum obierat, Æneas vero, mutato deinde nomine dictus Aretas, Arabum imperium occupat. Cæterum Syllæus eum per calumnias deturbare, regnumque invadere nitebatur, magnas largitiones aulicis faciens, multaſque Cæſari promittens. Aretæ quoque Cæſar ſuccenſebat, quod regnum uſurpaſſet, neque prius ad ſe ſcripſiſſet. Verum & ille literas cum muneribus ad Cæſarem mittit, & in his auream coronam multa talenta pendentem: quibus in literis Syllæum accuſabat, ut qui malus ſervus eſſet & Obodam veneno ſuſtuliſſet, quo etiam vivo rerum dominus fuiſſet, dum & Arabum uxores adulteraret, & pecuniam mutuaretur, ut imperium ſibimet vendicaret. Cæſar autem ne hos quidem *legatos* audire dignatus eſt, ſed nullo accepto dono remiſit. Judææ vero & Arabiæ regna indies deterius ſe habebant, tam propter turbas, quibus agitabantur, quam quia nemo erat qui ei malo mederetur. Nam *duorum* regum alter nondum certo rex erat; alter vero Herodes, quod ſemet vindicatum iverit, Cæſarem iratum habens, omnes contumelias perpeti cogebatur. Cum autem nullum finem videret malorum, qui eum circumſteterant, Romam iterum mittere decrevit, ſi quid æquius amicorum gratia & precibus apud Cæſarem poſſet obtinere. Atque iſtam quidem legationem ſuſcepit Nicolaus Damaſcenus.

Legatos ad Cæſarem fruſtra mittit Herodes.

Aretas Obodæ in Arabum regnum ſuccedit.

Cæſar ei ofſenſus.

Nicolaus Damaſcenus ad Cæſarem miſſus.

ΚΕΦ. ι'. CAP. X. XVI.

Quomodo Eurycles Herodis filios ad ipſum calumniatus eſt: utque eos in vincula conjecit pater, & de illis ad Cæſarem ſcripſit. De Syllæo à Nicolao accuſato.

Ὡς Εὐρυκλῆς τοὺς Ἡρώδου παῖδας διέβαλεν· καὶ ὡς ἔδησεν αὐτοὺς ὁ πατὴρ, καὶ τῷ Καίσαρι περὶ αὐτῶν ἔγραψε. περὶ Συλλαίου ὑπὸ Νικολάου κατηγορηθέντος.

Ἐπεπαύκει δὲ τὰ περὶ τὴν [r] οἰκείαν καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ [s] πολὺ χεῖρον ἐσχηκότας κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον. ὅλως μὲν γὰρ, [t] οὐδὲ τὸ ἔμπροσθεν χρόνου [v] ἀσύνοπτον ἦν, ὡς τὸ μέγιστον καὶ δυσχερέστατον τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν [x] ἐπείλειτο τῇ βασιλείᾳ καὶ τὸ τύχης· ἐπέβαινε δὲ καὶ μᾶλλον ἠυξήθη τότε διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Εὐρυκλῆς ὑπὸ Λακεδαίμονος, οὐκ ἄσημος τὸ σκεῖ, κακὸς δὲ τὴν ψυχὴν ἄνθρωπος, καὶ πρὸς τρυφὴν καὶ κολακείαν δεινὸς [y] ἑκατέραν αὐτῶν ἔχων τε καὶ μὴ δοκεῖν, ὑπεδημήσατο ὡς τὸν Ἡρώδην, δῶρά τε δίδωσιν αὐτῷ, καὶ πολλὰ παρ' ἐκείνου λαβὼν, ταῖς εὐκαιρίαις τῶν ἐντεύξεων ἐπαγγελτικὸς φίλος ἐν τοῖς μάλιστα γενέσθαι βασιλέως. ὧν δ' αὐτῷ καταγωγὴ μὲν ἐν τοῖς

VErum res ſuæ domi, filiorumque, qui multo magis in ipſum eo tempore exacerbati erant, valde turbari cœperunt. Omnino enim nec jam ante obſcurum erat, fortunam malorum, quæ in homines cadunt, maximum & graviſſimum regno *ipſius* minatam eſſe: tunc autem ingruebat & in majus crevit ex hujuſmodi cauſa. Eurycles *quidam* Lacedæmonius, honeſto loco natus, ſed homo nequam, voluptatibus & aſſentationi deditus, ita tamen tecte ut non animadverteretur, cum peregre ageret apud Herodem, multis muneribus ei datis & majoribus acceptis, urbanitate ſua ſeſe in intimam regis amicitiam inſinuavit. Antipatri quidem hoſpitio utebatur, ad Alexandrum vero itabat, multumque cum eo erat; ut qui ſe Archelao Cappado-

Eurycles Lacedæmonius.

Eurycles in Herodis & Antipatri & Alexandri amicitiam ſe inſinuat.

---

b Ἐπὶ ὠφελείᾳ μόνον,] Ἀπὸ ὠφελείας *Hen.* & *Vat.* ἀπιφελείας *Lugd. Bat.* ἀπ' ὠφελείας *Coccejus* mavult.

i Τὰς] Lege σὺν τὰς. COCC.

k Καὶ τὸ μεῖζον] Καὶ μεῖζον *Hen.* & *Vat.*

l Ἀφῆκεν] *L. B.* ἀφῆειτο.

m Αὖθις Ἀρέτας.] Ex *L. B.* αὖθις hoc loco inſeruimus, & in verſione pariter expreſſimus. Regium enim illud nomen poſtea videtur aſſumpſiſſe, in regno confirmatus ab Auguſto. Minus recte verterat *Hudſon* cognomento Areras. HAV.

n Ἀναλαμβάνειν τὴν ἀρχὴν,] Ἀναλαμβάνῃ *Vat.* & *Hen.* à prima manu.

nn Τε] *L. B.* ζ.

o Ὅπως τὴν ἀρχὴν βεβαίαν,] Ὃ μὲ ὡδέπω τὴν ἀρχ. *Vat.*

p Ἠμύνετο] Ἠμύνατο *Busb.* & *Lugd. Bat.*

q Ποιησόμενος] *L. B.* ποιησάμενος.

r Οἰκείαν] Οἰκίαν *Busb.* & *Zonar.*

s Πολὺ χεῖρον ἐσχηκότας] Πολὺ χεῖρον ἐσχηκότα *Busb.* & *Lugd. Bat.* περὶ τὸ in *cæteris.* χεῖρον ἔχε τὰ κ' τοὺς παῖδας *Zonar.*

t Οὐδὲ ——— Λακεδαίμονος,] Conf. ἄλλως. lib. 1. c. 25. §. 1. SPANH.

v Ἀσύνοπτον] Ἀνύποπτον legiſſe videtur *Epiphan.* qui vertit, *& licet ſine ſuſpicione nunquam fuiſſent, malum tamen plus tunc ex hujuſmodi cauſa prævaluit.*

x Ἠπείλει] Ἀπείλει in *Editis* & *MSS.* unde ἠπείλει fecimus.

y Ἑκατέραν] Cum in *Editis Aliiſque* fuerit ἑκατέρων, reſcripſimus ἑκατέρων. in *Cod. Vat.* ἑκάτερον. quod & *Coccejus* malebat.

dociæ regi familiariſſimum eſſe dictitaret. ideoque Glaphyræ honorem ſe præbere ſimulabat: atque in eo totus erat ut omnes clam coleret, & quæ dicerentur & fierent ſemper obſervabat, ut ita calumniis retineret hominum benevolentiam. Poſtremo id conſequutus eſt, ut, cum ſe in familiaritatem alicujus dedidiſſet, ejus amicus eſſe videretur; quod ſi alium frequentaret, id ejus gratia facere putaretur. Alexandrum itaque, ut juvenem, adeo ſibi conciliavit, ut ei perſuaſerit, ſe tuto poſſe ei querelas de iis quæ paſſus fuerat concredere, id quod alii audebat nemini. Suam igitur vicem dolens ei aperuit, ut pater *ab ipſo* alienatus eſſet, narravitque ei cuncta de matre, itemque de Antipatro, quod is, ipſis ab honoribus repulſis, omnem ſibimet poteſtatem arripuiſſet. Atque iſta haud ferenda eſſe dicebat, præſertim quod pater tantum in eos odium jam conceperat, ut cum ipſis, prout adjiciebat, nec convivia nec colloquia communicare ſuſtineat. Talia quidem ipſi, ut veriſimile erat, dolor ſuggerebat. Hæc autem verba Eurycles Antipatro referebat, dicens quidem, non illius gratia hoc ipſum ſe facere, ſed tanti eſſe momenti rem ut tacere nequeat, quòd illi ab Alexandro cavendum eſſe putet. neque enim ſingula illorum ſine affectu eum dicere, quin non obſcuram præ ſe ferre nocendi voluntatem. Jam vero Antipater, cum ex iſtis eum ſibi amicum opinaretur, ei ſæpe liberaliter largiebatur: & ad extremum perſuaſit, ut ea referret Herodi. Ille vero, dum ex iis quæ ſe audiviſſe dicebat de Alexandri malevolentia verba faceret, non difficulter fidem inveniebat, atque ita regem affecit, orationis calliditate eum circumagens atque irritans, ut odium inexpiabile *in filium* ſuſciperet. id quod ea ipſa hora oſtendit. nam Eurycli extemplo quinquaginta talenta dedit. Is vero cum iſta accepiſſet, & Archelaum Cappadociæ regem adiiſſet, *ei* laudabat Alexandrum, ſeque ei in componenda cum patre pace magno uſui fuiſſe prædicabat. Hac arte Archelao etiam pecunia emuncto, antequam detegeretur malitia, diſceſſit. Et quidem Eurycles iſte, cum *poſtea* in Lacedæmone improbus eſſe non deſiiſſet, ob multa facinora à patria relegatus eſt.

Ab Antipatro & Herode muneribus donatur.

Archelao etiam pecuniam extorquet.

Herodes filiis fit infenſior.

2. Judæorum autem rex non ut ante ſatis habebat criminationes adverſus Alexandrum & Ariſtobulum audire: verum etiam tam inteſtino in eos odio flagrabat, ut, ſi nemo criminaretur, ipſe ad criminandum induceret, omnia ſpeculando & explorando; & omnibus, ſi quid contra eos haberent, dicendi poteſtatem faciendo: ac perfecit ut ei referretur, Evaratum Coum cum Alexandro conſpiraſſe. Et hoc quidem omnium libentiſſime audivit Herodes.

Jucundus & Tyrannus ſe ſolicitatos ab Alexandro; ut inter venandum Herodem interficerent, fatentur.

3. Huc & majus quiddam contra juvenes accedit, dum novæ ſemper in eos excogitantur calumniæ, & omnes ut ita dicam certatim id agunt, ut grave aliquid de iis ad regem deferrent, quod pro ſalute ipſius facere videretur. Erant Herodi ſatellites duo, qui propter corporis fortitudinem

Ἀντιπάτρῳ, πρόσοδον ἤ καὶ σωτηρίαν πρὸς τ Ἀλέξανδρον· Ἀρχελάῳ γὰρ ἔλεγε εἶναι τῷ Καππαδοκι διὰ παιδός. ὅθεν καὶ τὴν Γλαφύραν ὑπεκρίνατο τιμᾶν· καὶ πολὺς ἦν ἀφανῶς μὲν ἐκθεραπεύων ἅπαντας, ἀεὶ δ τοῖς λαλυμένοις ἢ γινομένοις προσέχων, ὡς ἐξ αὐτῶν ἀντιχαρίζεσθαι τὰς διαβολάς. τέλ ἤ [z] πιστ [a] ἑκάστῳ κατὰ τὰς συντυχίας [b] ἀπέβαινεν, ὡς ἐκείνῳ μὲν εἶναι φίλ, τοῖς δ ἄλλοις δοκεῖν κατὰ τὸ συμφέρον ἐκείνῳ [c] προσεῖναι. [d] τ οὖν Ἀλέξανδρον προσεκτήσατο νέον ὄντα, καὶ πρὶ ὧν ἐπεπόνθη μηδενὶ μέν, πρὸς ἐκεῖνον δὲ μόνον ἀδεῶς πεπρᾶσμένον ἐξεῖναι λέγειν· ἐνέφαινεν οὖν ἀχθόμεν ὡς ὁ πατὴρ ἠλλοτρίωτο, καὶ τὰ περὶ τὴν μητέρα διηγεῖτο καὶ τ Ἀντίπατρον, ὅτι παρωθούμεν αὐτὸς τ τιμῆς τὰ πάντα ἤδη δύναται. τούτων δὲ ἀνεκτὸν ἐδὲν ἔφη, κατασκευασμένου πρὸς μῖσ ἤδη ἔ πατρὸς, [e] μηδὲ συμποσίοις μηδὲ συλλόγοις ἀνέχεσθαι, λέγων. τοιαῦτα μὲν ἐκεῖν, ὡς εἰκὸς, ἐφ' οἷς ἤλγει. τὰς δὲ λόγους Εὐρυκλῆς Ἀντιπάτρῳ τότε ἀνέφερεν, λέγων μὲν ὡς οὐχ ἕνεκα σοῦ τοῦτ' αὐτὸ ποιεῖν, [f] νικᾶσθαι ἤ ὑπὸ σοῦ τιμώμεν τῷ μεγέθ ἔ πραγμάτ, καὶ φυλάττεσθαι παρακελεύομεν τ Ἀλέξανδρον. ὁ γὰρ ἀπαθῶς [g] τούτων ἕκαστον λέγει, ἀλλὰ τοῖς ῥήμασιν αὐτοῖς εἶναι τὴν αὐθαιρεσίαν. Ἀντίπατρ μὲν οὖν εὔνοιαν ὑπολαμβάνων [h] ἐκ τούτων, μεγάλας αὐτῷ παρ' ἕκαστα δωρεὰς ἐδίδου, καὶ τέλ ἤδη πίστ πρὸς τ Ἡρῴδην ἀναφέρειν τ λόγον. ὁ δ' οὐκ ἐᾷ τὴν Ἀλεξάνδρου δύσνοιαν ἐξ ὧν ἔλεγε ἀκριβῆ διηγούμεν [i] ἀπόφαν, ἀλλ' ὅτω διέθηκε τ βασιλέα, φειδόμενος ἀεὶ τοῖς ῥήμασι καὶ παροξυόντων, ὡς ἀμετάγνωστον ποιῆσαι τὸ μῖσ. ἐδήλωσε δ καὶ πρὸς αὐτὸν τ καιρόν. εὐθὺς γὰρ Εὐρυκλεῖ δίδωσιν πεντήκοντα τάλαντα δωρεάν. ὁ δ ταῦτα λαβὼν, καὶ πρὸς τ Ἀρχέλαον [k] ἀναβὰς τ βασιλέα τ Καππαδόκων, τ Ἀλέξανδρον ἐπῆλ, καὶ χρήσιμ ἔλεγε αὐτῷ εἰς πολλὰ πρὸς τὰς διαλλαγὰς τὰς πρὸς τ πατέρ γενῆσθαι. χρηματισάμεν δ καὶ παρ' ἐκείνου, πρὶν καταφωραθῆναι τ κακοηθείας, ἀπῆλ. Εὐρυκλῆς μὲν οὖ, ἐδὲ ἐν τῇ Λακεδαίμονι παυσάμεν εἶναι μοχθηρὸς, ὅτι πολλοῖς ἀδικήμασιν ἀπεστρήθη [l] τ πατρίδος.

β'. Ὁ δὲ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς οὐχ ὥσπερ πρότερον εἶχεν πρός τι τ Ἀλέξανδρον καὶ τὸν Ἀριστόβουλον, ἀκούειν μόνον τὰς κατ' αὐτῶν διαβολὰς, ἀλλ' ἤδη διὰ μίσους οἰκείου γενομένους αὐτὸς, εἰ καὶ μὴ λέγοι τις, [m] ἐξεργάζετ, κατασκοπῶν ἕκαστα, καὶ πυνθανόμενος, καὶ πᾶσιν ἐνδιδοὺς τοῖς βουλομένοις, εἴ τις ἔχοι τι κατ' ἐκείνων εἰπεῖν, [n] Εὐάρεστόν τι Κῶον Ἀλεξάνδρῳ συνειδέναι. καὶ τοῦτ μὲν ὃν [o] καθ' ἡδονὴν τὸ πάντων ἥδιστον Ἡρῴδης ἐλάμβανεν.

γ'. Ἐπιγίνεται δ κ τ νεανίσκων μεῖζόν τι, [p] συνωργισμένης ἀεὶ τ κατ' αὐτῶν διαβολῆς, κ πᾶσιν ὡς εἰπεῖν ἄθλα τοῦτο προκειμένου, λέγειν τι περὶ ἐκείνων [q] δυσχερές, ὃ πρὸς τ Ϝ βασιλεύοντος ἐδόκει σωτηρίας. σωματοφύλακες ἦσαν Ἡρῴδῃ δύο, κατ' ἰσχὺν καὶ μέγεθος

z Τοιοῦτ] Τοιοῦτο in *Cod. Gall.*

a Ἑκάστῳ] Ἐν ἑκάστῳ *Vat.*

b Ἀπέβαινεν,] Ita *Vat.* & *Busb.* ὑπέβαινεν in *Editis Aliiſque.*

c Προσεῖναι.] Πρεσβεύειν *Busb.*

d Τὸν οὖν Ἀλέξανδρον] Οὕτως Ἀλέξανδρον προσήγγ νέον ὄντα πρὸ ὧν ἐπεπόνθη μὴ ὡς πεπεισμένον μηδενὶ μέ, πρὸς ἐκεῖνον *Vat.*

e Μηδὲ συμποσίοις] Ὡς μηδὲ συμποσίοις ἢ συλλόγοις ἀνέχεσθ *Vat.*

f Νικᾶσθ —— πράγματ,] *Non pro mea utilitate tibi hæc nuncio, ſed tuis jam victus honoribus, & rei magnitudine*, vertit *Rufinus.* ut legiſſe videatur, τιμώμ ἤ ὑπὸ σοῦ νικ. &c. SPANH. Quomodo legerit *Vet. Interpres* ſeu *Rufinus*, apparet ex lectione Cod. *Lugd. Bat.* qui diſtincte τιμωμ exhibet, quod inſerui pro vulgato νικωμ, unde patet totum locum ita eſſe legendum, λέγων μὲν ὡς οὐχ ἕνεκα σοῦ (pro vulgato σοῦ) τοῦτ' αὐτὸ ποιεῖν, νικᾶσθ ἤ, ὑπὸ τοῦ τιμώμ, τῷ &c. i. e. *Dicens quidem, non ſui ipſius gratia ſeſe illud facere, verum illius, quod victus eſſet honore ejuſdem erga ſe, atque ipſius ſceleris magnitudine.* HAV.

g Τούτων ἕκαστον] Ita rurſus ex *Lugd. Bat.* quod fortius quam vulgatum τοῦτο ἕκαστον, & in verſione *ſingula illorum* repoſui pro *hæc* &c. HAV.

h Ἐκ τούτων,] Illa ἐκ τούτων δὲ *Codd. Hem.* & *Vat.*

i Ἀπίθανον,] Πιθανὸς *Vat.*

k Ἀναβὰς τ βασιλέα] Διαβὰς *Busb.*

l Τῆς πατρίδ.] Τῆς ἑαυτοῦ πατρίδ.

m Ἐξεργάζετο,] Περιεργάζετο juxta *Zonaram.* qui hoc ipſum ex *Joſepho* ad hunc modum narrat; Ἡρῴδης δ τοῦτον πρὸς τοὺς παῖδας ἐξώργισε, ὡς μηκέτι διῆγε διαβολῶν, ἀλλ' αὐτὸς περιεργάζεσθ τὰ ἐκείνων, κ κατασκοπεῖν ἕκαστα.

n Εὐάρεστόν τε Κῶον] De hoc Eurato Coo. ἀλλαχ. lib. 1. c. 26. §. 5 SPANH.

o Καθ' ἡδονὴν τὸ πάντων] Forſan κατ' αὐθαίρ.

p Συνωργισμένης —— διαβολῆς,] Ἀλλαχ. lib. 1. c. 26. §. 3. SPANH.

q Δυσχερές,] Δυσχερὲς πρὸς τ Ϝ βασιλεύοντος σωτηρίας *Vat.*

r Τύ-

θος πιμώμενοι, Ιάκωβον καὶ [r] Τύραννον. ἔπει, προσκρούσαντος αὐτοῖς τοῦ βασιλέως ἀπεωσμένοι, [s] τοῖς περὶ Αλέξανδρον ἦσαν συνιππαζόμενοι, καὶ κατ' [t] γυμνασίαν τιμώμενοι, καὶ τὸ χρυσίον καὶ δωρεὰς ἄλλας ἐλάμβανον. εὐθὺς οὖν καὶ τότε ὁ βασιλεὺς ἔχων ἐν ὑποψίᾳ, ἐβασάνιζεν. [v] οἱ δὲ, διακαρτερήσαντες πολὺν χρόνον, ὕστερον ἔλεγον, ὅτι πείθοι Φονεύειν αὐτὸς Ηρώδιον Αλέξανδρον, [x] ἐπὶ περὶ κυνηγίσιον θηρίων διώκων [y] προσβάλοι. [z] δυνατὸν γὰρ εἶναι λέγειν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἵππου καπνεχθεὶς [a] ἀναπαρείη τὰς ἑαυτοῦ λόγχαις. καὶ γὰρ πρότερον αὐτῷ τοιοῦτόν [b] τι πάθος. [c] ἐπέδειξαν δὲ καὶ χρυσίον μὲν ἐν ἱππείῳ κατορωρυγμένον, καὶ τὸν ἀρχικυνηγὸν ἐξήλεγχον, ὅτι [d] λόγχας αὐτοῖς δοίη βασιλικὰς, καὶ τοῖς Αλέξανδρον θεραπεύουσιν ὅπλα, κελεύοντος ἐκείνου.

δ'. Μετὰ τούτους ὁ Φρούραρχος [e] Αλεξανδρείς ληφθεὶς ἐβασανίζετο· [f] καὶ γὰρ ἐκεῖνος αἰτίαν εἶχε [g] δέξασθαι τῇ Φρουρᾷ, καὶ παρέξειν τοῖς νεανίσκοις χρήματα ὑποσχέσθαι, τὰ κείμενα τοῦ βασιλικοῦ κατ' ἐκεῖνο τὸ Φρούριον. αὐτὸς μὲν οὖν οὐδὲν ὡμολόγησεν· ὁ δὲ αὐτοῦ παρελθὼν παῖδα ἔφη γνέσθαι, καὶ γράμματα ἐπιδοῦναι, [h] ὡς εἶναι εἰκάσαι τὰ Αλεξάνδρου [i] χειρός. "Τε-"λέσαντες, σοὶ Θεῷ εἰπεῖν, ἃ προεθέμεθα πάντα, ἤλθο-"μεν πρὸς ὑμᾶς· ἀλλὰ πράξατε, καθὼς [k] ὑπέσχε-"σθε, δέξασθαι ἡμᾶς τῷ Φρουρίῳ." μὴν τοῦτο τὸ γράμμα εἶον, ὁ μὲν Ηρώδης [l] οὐκέτι εὐδοιασίμως εἶχε περὶ τῶν παίδων εἰς αὐτὸν ὑπιδεχθῆς. Αλέξανδρος δὲ [m] Διόφαντον ἔφη τὰ γράμματα μιμήσασθαι τὸν τύπον, καὶ δι' Αντιπάτρου κακουργηθῆναι τὸ γραμματίδιον. [n] ὁ γὰρ Διόφαντος εὐδοκεῖ τὰ τοιαῦτα δεινός· ἐν ὑστέρῳ δὲ διελεγχθεὶς ἐπ' ἄλλοις, ὕστως ἀπέθανε.

ε'. Τοὺς δὲ βασανισθέντας ὁ βασιλεὺς καὶ εἰς τὸ πλῆθος προήγαγεν ἐν Ιεριχοῦντι [o] κατηγορήσοντας τῶν παίδων· [p] καὶ τούτους μὲν [q] ἐκ χειρὸς οἱ πολλοὶ βάλλοντες ἔκτειναν. ὡρμημένων δὲ καὶ [r] τοὺς περὶ Αλέξανδρον ὁμοίως κλεῖναι, τοῦτο μὲν ὁ βασιλεὺς παρητήσατο, Αγὲ Πτολεμαίῳ καὶ Φερώρᾳ τὸ πλῆθος ἀναστεῖλας. ἵνα δὲ φυλακὴ καὶ τήρησις αὐτῶν, καὶ προσίει μὲν [s] οὐδεὶς, πάντα δὲ ἐπεσκοπεῖτο τὰ γινόμενα καὶ λαλούμενα. [t] καὶ τί γὰρ ἢ κατεδίκων εἶχον ἀδοξίαν καὶ δέος. ἕτερος δὲ αὐτῶν Αριστόβουλος, ἐκ βαρυθυμίας [v] ἐπαγόμενος καὶ τὴν ἑαυτοῦ [x] πτερίδα καὶ πενθερὰν σωαλγεῖν αὐτῷ τὰς συμφορὰς καὶ μισεῖν τοὺς τοιαῦτα πειθομένους, "οὐ γὰρ, ἔφη, καὶ σοὶ κίνδυνος ἀπωλείας, "[y] Διαβεβλημένῃ Συλλαίῳ κατ' ἐλπίδα [z] γάμων "ἅπαντα ταῦτα προμηνύειν"; τοῦτος ἐκείνῃ ταχὺ μάλα ταδελφῷ προσφέρει τοὺς λόγους. ὁ δὲ, οὐκ ἔτι κατασχὼν αὐτὸν, δήσαί τε κελεύει, καὶ Διαφησάμενος ἀπ' ἀλλήλων ὅσα κακῶς ἐποίησαν ὑπὸ τῷ

& proceritatem habebantur in pretio, videlicet Jucundus & Tyrannus. Ii, offenso rege depulsi, cum Alexandro equitabant, &, quoniam homines exercitati essent, erant in honore, & auri aliquantum, aliaque dona accipiebant. Quapropter rex eos statim suspectos habuit, & in quæstionem vocavit. Illi vero, postquam diu perstiterant, tandem dixerunt, Alexandrum sibi persuadere voluisse, ut Herodem in venatione feras persequentem occiderent. facile enim confingi posse, equo delapsum suismet venabulis transfixum esse. nam & ante pene simile quiddam ei acciderat. simulque indicaverunt aurum in equili defossum esse, & venatorum præfectum convicerunt, sibi regia venabula, & Alexandri aulicis arma, ipsius jussu, dedisse.

In Alexandrii præfectum quæstio.

4. Post hos comprehenditur & torquetur præfectus præsidii Alexandrii: quippe accusatus, promisisse adolescentibus sese eos castello recepturum, eisque regiam pecuniam, quæ in ea munitione esset, traditurum. Atque ipse quidem *præfectus* nihil confessus est: sed prodiit ejus filius, & ita esse dixit; literasque tradidit scriptas, ut videbatur, manu Alexandri, *in hanc sententiam*. "Perfectis, si *Literæ ficta à Diophanto, manum Alexandri assimulante.*
"Deus volucrit, omnibus quæ instituimus, venie-"mus ad vos: sed date operam, sicut promisistis, "ut nos castello recipiatis". Post hanc schedam non dubitabat Herodes, quin insidiæ sibi à filiis paratæ fuerint. Alexander autem dicebat, manum suam à Diophanto notario assimulatam, eamque schedam ab Antipatro malitiose effictam. Erat enim Diophantus assimulandarum literarum peritissimus; tandemque alias simulasse convictus morte pœnas dedit.

5. Eos autem, in quos fuerat habita quæstio, produxit rex Hierichunte ad populum, ut accusarent pueros: atque illos quidem † multi lapidibus obrutos necarunt. cum vero idem Alexandro & Aristobulo facturi essent, hoc ipsum quidem nè fieret prohibuit rex, per Ptolemæum & Pheroram populi impetum reprimendo. at pueros ita concludendos custodiendosque curavit, ut eos adiret nemo, cunctaque eorum facta & dicta observarentur. Et nihil omnino à condemnatis differebant infamia & *futuri* metu. Eorum autem alter Aristobulus tantum animi dolorem concepit, ut Salomæ amitæ socruique suæ persuadere tentaverit, ut ipsius calamitatem acerbe ferret, eumque odio haberet, qui se eò perduci sineret. "Etenim non-"ne tu quoque, inquit, in mortis periculo versa-"ris, cum omnia quæ hîc fiunt Syllæo spe con-"jugii detegere dicaris"? Hæc verba illa protinus *Herodi* fratri narratum it. Ille vero, ut qui non amplius semet cohibere potuerit, eum sine ulla cun-

Alexander & Aristobulus in carcerem conjecti.

Operam dat Aristobulus ut Salomen Herodi infensam reddat.

Aristobulus, Salome ejus consilia Herodi narrante, constringitur.

[r] Τύραννον.] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 26. §. 3. SPANH.

[s] Τοῖς περὶ Αλέξανδρον] Τοῖς deëst *Vat.*

[t] Γυμνασίαν τιμώμενοι,] Γυμνάσια *Vat. Lugd. Bat. Busb.* & *Hen.* à manu secunda.

[v] Οἱ δὲ, —— ἔλεγον,] Conf. ἀλωσ. lib 1. c. 26. §. 3. SPANH.

[x] Επὶ περὶ κυνηγίσιον] Επειτ' εἰς κυν. *Busb.* atque ita *Hen.* voce περὶ in ora libri posita. ἐπεί περί τι *Lugd. Bat.* ἐπεί τε περὶ καὶ *Vat.*

[y] Προσβάλοι.] *L. B.* προστλάσοι, in *Marg.* προσκαλῇ.

[z] Δυνατὸν γὰρ εἶναι λέγειν,] Δυνατὸν γὰρ εἶν λέγειν *Busb.* & *Hen.* à pr. m.

[a] Αναπαρείη τοῖς ἑαυτοῦ λόγχαις.] Εμπαρείη *Busb. Lugd. Bat.* & *Gall.* ἀναπαρήῃ *Hen.* à pr. m. ἀναπαρείη τὰς ἑαυτοῦ λόγχας *Gen.*

[b] Γεγονὸς] *L. B.* γενέσθ.

[c] Επέδειξαν δὲ] Επεδειξαν δὲ καὶ τὸ χρυσίον *Vat.*

[d] Λόγχας αὐτοῖς δοίη βασιλικὰς,] Eadem *Zonaras* p. 250. D. SPANH.

[e] Αλεξανδρείς] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 26. §. 3. SPANH.

[f] Καὶ γὰρ ἐκεῖνος] Καὶκεῖνος αἰτίαν εἶχεν ὡς ἐπαγγελλόμενος δέξασθαι τῷ Φρουρίῳ *Busb.* καὶ ὁ Φρούραρχος ὃν ἔφη Αλεξανδρεὶς ἠτιάζατο, ὡς ἐπαγγελλόμενος δέξασθαι τοὺς νεανίσκους ἐν τῷ Φρουρίῳ *Zonar.*

[g] Δέξασθαι] Forte δέξεσθαι.

[h] Ως εἶναι εἰκάσαι] Ως εἰκάσαι *Vat. Lugd. Bat.* & *Zonar.*

[i] Χειρός.] Φερίζοντα post χειρὸς addit *Busb.*

[k] Υπέσχεσθε,] Υπέσχησθε *Vat.*

[l] Οὐκέτι εὐδοιασίμως εἶχε] Οὐκέτι εὐδοιάσιμος ἦν *Zonar.* HUDS. Ita etiam *Zonaras* p. 251. A. SPANH.

[m] Διόφαντον ἔφη] Hujus Diophanti meminit *Tzetzes*, Chil. VI.

[n] Ο γὰρ Διόφαντος] Ο γάρ τοι. Δ. *Vat.*

[o] Κατηγορήσοντας] Καὶ τοὺς κατηγορήσοντας τῶν παίδων legisse videtur *Epiphan.* qui vertit, & *accusatores eorum.*

[p] Καὶ τούτους] Καὶ βάλοντες ἐπέκτειναν *Busb.*

[q] Εκ —— ἔκτειναν.] Manu jaculantes multi interemerunt. *Rufinus.* malè *Gelenius*: saxis sunt obruti. Βάλλειν tamen pro *saxis obruere* dictum infra cap. XI. §. 2. ubi *Zonaras* pro βάλλειν habet λιθολογεῖν· & §. 6. in genere τοῖς δυστυχοῦσι βάλλοντες. item ἀλωσ. lib. 1. c. 27. §. 5. ξύλοις βαλλόμενοι καὶ λίθοις. SPANH.

† *Multi*] Melius vertas per *vulgus*. HAV.

[r] Τοὺς περὶ Αλέξανδρον] Id est, *Alexandrum*; ut aliquanto post τοῖς περὶ Ολυμπον, ubi de Olympo agitur §. 9. REL.

[s] Οὐδεὶς,] Οὐδεὶς ἔτι *Vat.* & *Lugd. Bat.*

[t] Καὶ τί γὰρ] Καὶ κατεδίκων εἶχον ἀδοξίαν καὶ δέος *Zonar.*

[v] Επαγόμενος] Υπαγόμενος *Vat.*

[x] Τιτθίδα καὶ πενθερὰν] Salomen vid. infr. lib. 17. c. 1. §. 1. ubi *Rufinus* male vertit *nutricem.*

[y] Διαβεβλημένῃ Συλλαίῳ] Ita *Busb. Gall.* & *Zonar.* Διαβεβλημένης in *Editis Aliisque.*

[z] Γάμων] Γάμου *Vat.*

a Τοῦ-

cunctatione constringi jubet, & utrumque ab altero separatum scripto prodere quicquid mali in patrem commisissent. Illi vero, quoniam ita ipsis mandatum esset, scribunt, se in patrem insidias neque cogitasse neque struxisse: fugam autem adornasse, idque vi coactos, quia suspectam molestamque vitam degerent.

Nonnulla ab Alexandro quærit Herodes coram Mela Archelai legato.

6. Eo tempore, cum venisset ex Cappadocia legatus ab Archelao, Mela quidam, unus ex illius dynastis, volens Herodes ei ostendere Archelai in se malevolentiam, Alexandrum vinctum accivit ad se, & ex eo iterum quæsivit de fuga, quonam & quo pacto discedere decrevissent? Ad quod respondit Alexander, "ad Archelaum, qui se inde "Romam eos missurum promisisset: verum in pa- "trem nihil quidem sceleris aut maleficii conatos "fuisse, neque eorum quæ ipsis ab adversariis ma- "litiose imponerentur, quicquid verum esse. vo- "luisse etiam *se*, ut de Tyranno & illo altero cir- "cumspectius haberetur quæstio, sed illos celerius "periisse, auctore Antipatro, qui amicos suos in- "ter multitudinem summisisset.

Interrogatur etiam de iisdem Glaphyra.

7. Hæc eo dicente, jussit *Herodes*, ut Melas & Alexander ad Glaphyram Archelai filiam ducerentur; & ex ea quæreretur, ecquid insidias Herodi structas sciret. Quò ut ventum est, Glaphyra, simulac vinctum conspexit Alexandrum, caput sibi percussit, animoque consternata magnum tristemque ploratum edit. Quin & juveni manarunt lachrymæ, atque iis qui aderant miserabile adeo erat spectaculum, ut diu id cujus causa venerant dicere aut facere nequirent. Tandem vero cum Ptolemæus (huic enim mandatum erat ut illum duceret) jussisset dicere, ecquid ei factorum conscia foret mulier; "quî potuit, inquit, non con- "scia esse, quæ mihi sit vel ipsa anima charior, & "communes mecum natos habeat?" Ad hæc quidem illa exclamavit, "nullius se malæ rei con- "sciam: sed *tamen* si ejus utilitas postulet, ut ali- "quid vel contra seipsam mentiatur, omnia con- "fessuram". Tum Alexander, "scelus quidem, "inquit, nullum eorum quæ suspicantur quos mi- "nime omnium decebat, neque ego cogitavi, ne- "que tu nosti, nisi quod ad Archelaum nos reci- "pere decreveramus, & inde Romam". Ista etiam illâ fatente, Herodes, ratus Archelaum malevolentiæ in se convictum esse, dedit Olympo & Volumnio literas, jussitque ut inter navigandum ad Eleüsam Ciliciæ * *insulam* appulsi Archelao scriptum de his redderent, &, post expostulationem quod insidiarum particeps cum filiis suis fuisset, recta inde Romam navigarent. & si quid illic à Nicolao expeditum invenirent, adeo ut Cæsar † ipsi non succenseret, literas *ei* & testimonia traderent, quæ contra adolescentes parata mittebat. Cæterum Archelaus sese purgabat, de susceptione quidem juvenum confitendo, quod è re illorum ipsorum esset patrisque, * ne quid præterea du-

De fuga ad Archelaum se cogitasse fatetur Alexander.

Olympus & Volumnius Romam missi.

Archelaus Herodi se excusat.

πατρὶ [a] ταῦτα γραψαμένους ἀποφέρειν. οἱ δὲ, ἐπεὶ τοῦτο προσεπετάχθη αὐτοῖς, ἐγκαλοῦσιν, ὑπὲρ μὲν [b] ὅτι νοῆσαι κατὰ τοῦ γεγυνηκότος, αὐτὸ συσκευάσασθαι, δρασμῷ δὲ ὑπεξαλέσθαι, καὶ τοῦτο δι' ἀνάγκην, ἐπαχθῆ καὶ δυσχερῆ ὄντος αὐτοῖς τοῦ βίου.

ς'. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἥκοντος [c] ἀπὸ Καππαδοκίας πρεσβεύοντος τοῦ Ἀρχελάου, Μήλα τινὸς, ὃς ἦν δυνάστης τῆς ἐκείνης, βουλόμενος Ἡρῴδης ἐνδείξασθαι τὴν δύσνοιαν Ἀρχελάου πρὸς αὐτὸν, ἐκάλεσε τὸν Ἀλέξανδρον, ὡς ἦν ἐν τοῖς δεσμοῖς, καὶ πάλιν ἠρώτα περὶ τῆς φυγῆς, ὅπου καὶ πῶς ἐγνώκασιν ἀποχωρεῖν; ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, "πρὸς Ἀρχέλαον, ἔφη, [d] κἀκεῖθεν εἰς Ῥώμην ὁμολο- "γήσαντας διαπεμψθῆν· ἀλλ' ὅδεν ὅτι ἄπορον ἦν ὅτι δυσχερεῖς "ἐντεθυμῆσθαι καὶ τοῦ πατρὸς, ὅδε ὅσον συνεσκευάσμεθα κα- "κοηθείας τοῦ ἐναντίων ἀληθῆ εἶναί τι τούτων. βούλεσθαι "δὲ [e] ἀνετάζειν ἐπὶ τοῖς περὶ Τύραννον εἰς ἐξέτασιν ἀ- "σφαλεστέραν, ἀλλὰ ἐπὶ τούτοις [f] ἀπολέσαι ταχίον, ἀνύ- "πάρχειν τῷ πλήθει τοὺς ἰδίους [g] ἐγκαθισταμένους φίλους.

ζ'. Τοιαῦτα λέγοντος, ἐκέλευσεν ἅμα τὸν τε Μήλαν καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἄγειν ὡς Γλαφύραν τὴν Ἀρχελάου, καὶ πυνθάνεσθαι παρ' αὐτῆς εἴ μηδὲν ἠγνοεῖτο τῶν εἰς ὑπεξαλλὴν Ἡρῴδην γιγνομένων. [h] ὡς δ' ἦκον, εὐθὺς μὲν ἡ Γλαφύρα, δεσμώτην ἰδοῦσα τὸν Ἀλέξανδρον, ἐπλήξατο τὴν κεφαλὴν, καὶ καταπλαγεῖσα, μέχρι καὶ [i] συμπαθὴς ἀνώμωξεν. ἦν δὲ καὶ νεανίσκου θάκρυα, καὶ τῶν παρόντων ὀδυνηρά τις θέα, μέχρι πλείονος δὲ ἐφ' οἷς ἦκον εἰπεῖν ἢ πρᾶξαι δυναμένων. ὁ δὲ τοῦ Πτολεμαίου, [k] τοῦτο γὰρ ἄγειν αὐτὸν ἐπετέτακτο, φράζειν [kk] κελεύοντος, [l] εἴ τι τῶν πραττομένων ἡ γυνὴ συνοίδεν αὐτῷ· "τί δ' οὐκ ἂν, ἔφη, "συνέγνω [m] τῇ ψυχῇς ἐμοὶ συγγομένη πλέον, καὶ γι- "νωσκούσῃ τέκνων;" ἡ δὲ πρὸς ταῦτα μὲν ἀνέκρινεν, "ὡς συμφοράν μὲν ὅδεν ἄπορον· εἰ δὲ φέροι [n] πρὸς συ- "μπεραίνειν τῷ ἐκείνου τὸ καθ' [o] αὑτῆς τι ψεύσασθαι, "πάντα ὁμολογεῖν." ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, "ἀσεβὲς μὲν "ὅδεν, εἶπεν, ὅδε ὧν ὑπονοῆσαι ἂν ἥκιστα ἐχρῆν, ὅτι "αὐτὸς ἐνενόησα, ὅτε [p] σὺ ὅδεν οἶσθα, ἀλλ' ὅτι παρ' "Ἀρχέλαον ἀποχωρεῖν ἐγνώκειμεν κἀκεῖθεν εἰς Ῥώμην." ταῦτα κἀκείνης ὁμολογούσης, ὁ μὲν Ἡρῴδης, Ἀρχέλαον [q] ἐξελεγλέγχθαι τὰ πρὸς αὐτὸν δυσνοίας [r] ὑπολαβών, δίδωσιν Ὀλύμπῳ καὶ Οὐολομνίῳ γράμματα, κελεύσας [s] ἐν Φόρτλῳ μὲν [t] Ἐλεύσῃ τῆς Κιλικίας πρόσχωσας, [v] Ἀρχελάῳ τὸ [x] περὶ τούτων ἀποδοῦναι, καὶ μεμψαμένους ὅτι τὸν [y] ὑπεξαλῆς ἐφάψαιτο τοῖς παισὶν, ἐκεῖθεν εἰς Ῥώμην πλεῖν. κἀν εὕρωσιν ἀνυσαντά τι Νικόλαον, ὡς μηκέτι αὐτῷ δυσχεραίνειν Καίσαρα, δοῦναι τὰς ἐπιστολὰς, καὶ τοὺς ἐλέγχους, οὓς κατὰ τῶν νεανίσκων [z] καλεσκευασμένους ἀπέφηνεν. Ἀρχέλαος μὲν οὖν ἀπελογεῖτο, δέχεσθαι μὲν τοὺς νεανίσκους ὁμολογήσας διὰ τὸ

[a] Ταῦτα γραψαμένους] Ταῦτα γραψαμένους Καίσαρι ἀποφέρειν *Busb.* & *Lugd. Bat.*

[b] Οὔτε νοῆσαι] Οὔτ' ἐνοῆσαι *Busb.*

[c] Ἀπὸ Καππαδοκίας πρεσβεύοντος] Ἐκ Καππαδοκίας δ' πρεσβεύοντος δὲ ὧδε *Vat.*

[d] Κἀκεῖθεν] Forte ἐκεῖθεν. COCC.

[e] Ἀνετάζειν] *L. B.* ἀνετάζειν. *Lugd. Bat.* & *Vat.*

[f] Ἀπολέσαι] Ἀπολέσθαι *Lugd. Bat.* & *Vat.*

[g] Ἐγκαθισταμένους] *L. B.* Ἐγκαθίσασθαι.

[h] Ὡς δ' ἦκον,] Ita *Vat* & *Busb.* nec aliter *Epiphanius*, qui vertit, *qui cum venissent.* ὡς δ' ἦκεν in *Editis.*

[i] Συμπαθὴς ἀνώμωξεν.] Περιπαθὴς *Busb.*

[k] Τοῦτο γὰρ ἄγειν] Τοῦτο γὰρ αὐτῷ ἐπετέτακτο *Busb.*

[kk] Κελεύσαντος,] Κελεύοντος *Vat.*

[l] Εἴ τι τῶν πραττομένων] Εἴ τι τῶν πεπραγμένων συνοίδε τἀνδρὶ *Busb.* quo ferè modo *Epiphan.* qui vertit, *interrogante Glaphyram* [*Ptolemæo*] *si quid de his quæ fiebant cognosceret.*

[m] Τῆς ψυχῆς ἐμοὶ συγγομένη] Ἢ τῆς ψυχῆς *Busb.*

[n] Πρὸς συμπεραίνειν τῷ ἐκείνου] Πρὸς τὸ συμπ. *Hen.* & *Vat.*

[o] Κατ' αὐτῆς] Lege καθ' αὑτῆς. COCC.

[p] Σὺ δὲ οἶσθα,] Illud σὺ δὲ *Cod. Busb.* & *Epiphan.*

[q] Ἐξελεγλέγχθαι] Ἐξελεγλέχθαι *Vat.*

[r] Ὑπολαβών,] Καλαλαβὼν *Busb.* Φολαλαβὼν *Hen* à pr. m.

[s] Ἐν Φόρτλῳ μὲν] Ἐν Φόρτλῳ τῇ Κιλικίᾳ πρόσχωσας *Zonar.* unde pro Ἐλεύσῃ, quod (in *Lugd. Bat.* tamen est Ἐλαίσῃ) in libris omnibus exstat, rescripsi Ἐλαίσῃ. Vide supr. c. 4. §. 6.

[t] Ἐλεύσῃ τῆς Κιλικίας πρόσχωσας,] Ἡσιόδου τῆς ἐν Κιλικίᾳ *Gen.* infr. lib. 18. c. 6. §. 4. Ubi *Rufinus*: Lesidi Ciliciæ civitatis, vel Hesidis. SPANH.

* Insulam ——*redderent*,] Civitatem *Epiphanio.* Vide *Annott.* supr. ad cap. 4. §. 6.

[v] Ἀρχελάῳ] Ἀρχελάου τε *Busb. Hen.* & *Vat.*

[x] Περὶ τούτων ἀποδοῦναι,] Περὶ τούτων ἐντυχεῖν *Busb.* & *Zonar.*

[y] Ἐπιβαλῆς ἐφάψαιτο] Ita è *Codd. Busb.* & *Gall.* ἐπιβολὴς in *reliquis.*

† *Ipsi non succenseret*,] *Sc.* Herodi.

[z] Κατεσκευασμένους ἀπέφηνεν,] *L. B.* Καθασκευασμένους ἐπέφηνεν.

* *Ne quid præterea durius in eos statueret*,] Ne quod illi suspicionibus adacti minus se obsequentes patri præbuerant, id ipsa ira-

τὸ

τὸ συμφέρον αὐτοῖς τε ἐκείνοις καὶ τῷ πατρὶ, [a] μὴ χαλεπωτέρον π [b] προσενεγκεῖν κατ' ὀργὴν ὧν ἑκατέρωθεν ἔχοντες ἐτύγχανον, ἢ μὴν ἐπὶ πρὸς Καίσαρα πέμψειν, ἢ δὲ ἄλλό τι κατὰ δύσνοιαν τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὁμολογῆσαι τοῖς νεανίσκοις.

η'. Εἰς δὴ τὴν Ῥώμην ἀποκομισθέντες, ἔχόν τε καιρὸν [c] ἀποδοῦναι τὰ γράμματα τῷ Καίσαρι, διηλλαγμένον εὑρόντες Ἡρῴδῃ. τὰ γὰρ πρὸς τὴν Νικολάου πρεσβείαν ἀπέβη τοιοῦτόν τι τρόπον. ὡς ἀνῆλθεν εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ πρὸς τὴν αὐλὴν ἐλθὼν, πρῶτον μὲν οὐκ ἐφ' οἷς ἐληλύθει μόνον, ἀλλὰ καὶ Συλλαίου κατηγορεῖν ἠξίου. καὶ [d] οἱ Ἄραβες δῆλοι πρὸ τῆς ἐντυχίας ἦσαν ἀλλήλοις πολεμοῦντες, [e] ὑποσοφισάμενοι ἐξ αὐτοῦ, καὶ τῷ Νικολάῳ προσελθόντες, τὰς ἀδικίας ἀπάσας ἐμήνυον, καὶ τὸ Ὀβόδα ὡς διαφθαρέντων πολίτων σκῆπτρα πεκμήρια παρέχοντες. ἦν γὰρ καὶ τὸ γράμματον [f] αὐτοῦ τῆς τῶν ἀποστασιν [g] ὑφηρημένα, διὰ τούτων ἤλεγχον. ὁ δὲ Νικόλαος [h] ἀτυχίαν πρώτην ὁρῶν αὐτῷ προσγεγενημένην, ἐπὶ αὐτῆς ἐπραγματεύετο τὸ μέλλον, ἐπιὼν ἐλθεῖν εἰς διάλυσιν Ἡρῴδῃ [i] ποιήσας Καίσαρα. σαφῶς γὰρ ἠπίστατο βουλομένῳ μὲν ἀπολογήσασθαι πρὸς ὧν ἔπραξεν οὐκ ἐσεσθαι παῤῥησίαν· ἐξέλοντι δὲ κατηγορεῖν Συλλαίου, γνώσεσθαι καιρὸν ἑτέρῳ Ἡρῴδου λέγειν. σωζομένων οὖν ἐπ' ἀλλήλους καὶ δοθείσης ἡμέρας, [k] Νικολάου, παρόντων αὐτοῦ τῶν Ἀρέτα πρέσβεων, τότε ἄλλα κατηγόρει τοῦ Συλλαίου, "τήν τε τοῦ βασιλέως ἀπώλειαν λέγων καὶ πολλῶν Ἀράβων, χρήματά τε ὡς εἴη δεδανεισμένον ἐπ' ὄδην ὑγιᾶ, καὶ μοιχείας ἐξελέγχων, "οὐ τῶν ἐν Ἀραβίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ "γυναικῶν· προσετίθη δὲ τὸ μέγιστον, ὡς ἐξαναστάντα "Καίσαρα, μηδὲν ἀληθὲς διδάξας ὑπὲρ τῶν Ἡρῴδῃ "πεπραγμένων". ὡς δὲ ἦκεν ἐπὶ τοῦτον τὸν τόπον, ὁ μὲν Καῖσαρ ἐξεῖπεν αὐτὸν τοῦτο μόνον ἀξιῶν ὑπὲρ Ἡρῴδου λέγειν, "ὡς οὐ στρατιὰν ἤγαγε εἰς Ἀραβίαν, "μηδὲ δισχιλίους καὶ πεντακοσίους ἀπολείπειν τῶν ἐκεῖ, "μηδὲ αἰχμαλώτους λάβοι τὴν χώραν διαρπάσας". [m] πρὸς ταῦτα ὁ Νικόλαος, "ὑπὲρ τούτων, ἔφη, καὶ "μᾶλλον διδάξειν, ὅτι μηδὲν ἢ τὰ ὠφέλιμα γε αὐτῶν "οὐ γέγονεν [n] ὡς σύ τε ἀκήκοας, καὶ δίκαιον ἂν [o] χαλεπώτερον ἐπ' αὐτοῖς φέρειν". πρὸς δὲ τὸ εὐδόξον Καίσαρος [p] εἰπόντος αὐτὸν ἀκροᾶσθαι, τὸ δάνεον [q] εἰπὼν τῶν πεντακοσίων ταλάντων, καὶ τὴν συγγραφὴν, ἐν ᾗ καὶ τόκῳ [r] προσγεγεγραμμένον, ἐξεῖναι τῆς προθεσμίας παρελθούσης ῥᾴστα λαμβάνειν ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας, "τὴν μὲν [s] στρατιὰν οὐ στρατιὰν ἔλεγε, "ἀλλ' ὅτι [t] δικαίαν τῶν ἰδίων ἀπαίτησιν χρημάτων· καὶ "μηδὲ ταχὺ [u] τούτων, μηδὲ ὡς ἐπέτρεπον αἱ συγγρα-"φαί, πολλάκις μὲν ὅτε [v] Σατορνῖνον ἐλθόντα καὶ "Οὐολούμνιον τοὺς τῆς Συρίας ἡγεμόνας· τελευταῖον δὲ, "ἐν Βηρυτῷ τούτων ἐναντίον Συλλαίου τοῦ σοῦ τύχου "ἐπομόσαντος, ἢ μὲν ἐντὸς ἡμερῶν τριάκοντα πα-"ρέξειν τὰ χρήματα, καὶ τοὺς ἐκ τῆς δεχῆς τῆς "Ἡρῴδου πεφυγότας. ὧν οὐδὲν ποιήσαντος Συλλαίου

rius in eos ſtatueret, dum illis ſuccenſeret ob ea quorum ex ſuſpicione orta eſſet diſſenſio; non tamen miſſurum fuiſſe ad Cæſarem, neque aliud quidquam ex ſua in illum malevolentia juvenibus promiſiſſe.

8. Cum autem Romam perveniſſent, opportunitatem habuerunt literas tradendi Cæſari, quòd eum Herodi reconciliatum offenderunt. Nam Nicolai legatio hunc in modum ſe habuit. Quamprimum Romam venit & in palatium profectus eſt, viſum eſt ei non ſolum id agere cujus cauſa venerat, verum etiam Syllæum accuſare. Nam Arabes, priuſquam cum iis colloqueretur, aperte inter ſe diſſentiebant, quorum nonnulli cum ſe à Syllæo ſubduxiſſent, ad Nicolaum ſe applicuere, facta omnia injuſta ei indicantes, manifeſtiſque indiciis oſtendentes, eum multos ex Obodæ hominibus interfeciſſe. cum enim diſceſſionem feciſſent ſubreptæ erant literæ, quibus ipſum redarguebant. Quam rem ſibi valde opportunam videns Nicolaus, ea utebatur ad id quod ſibi agendum erat, modis omnibus ſtudens ut Cæſarem cum Herode in gratiam redire faceret. Certo enim ſciebat, ſi vellet Herodis facta defendere, non habiturum audientiam; ſin Syllæum accuſare conſtitueret, fore ut occaſio ſibi daretur Herodis cauſam *melius* agendi. Conteſtata igitur lite, dictaque die, Nicolaus, adſiſtentibus ſibi Aretæ legatis, & alia Syllæo objiciebat, "& quod regi ſuo Arabumque "multis perniciem attuliſſet, quodque † ad per-"turbandum ſtatum pecunias mutuo ſumpſiſſet; "eum etiam arguebat mulieres corrupiſſe, tam "Romæ quam in Arabia: &, quod maximum eſ-"ſet, adjiciebat, Cæſarem alienaſſe, quod *ipſum* "nihil veri de geſtis ab Herode docuerit." ‡ Ubi autem ad hunc locum ventum eſt, eum interpellabat Cæſar, jubens hoc unum diceret de Herode, "annon exercitum in Arabiam duxiſſet, & bis "mille & quingentos homines illic occidiſſet, & "directo agro abduxiſſet captivos?" Ad hæc Nicolaus, "de his ſe vel maxime, ajebat, docere poſ-"ſe, hæc partim nihil habere veri, partim non ita "facta, ut tute intellexiſti, nec ut ob ea merito "ſuccenſere *Herodi* debeas". His præter opinionem auditis, & Cæſare attentiorem ſe præbente, cum narraſſet de quingentis talentis mutuo datis, & de Syngrapha, in qua cautum fuerat, ut liceret Herodi, ubi dies præſtituta ceſſiſſet, pignora capere ex univerſa *Arabum* terra, "hanc expeditio-"nem non expeditionem eſſe dicebat, ſed juſtis "de cauſis pecuniæ ſibi debitæ exactionem. ne-"que tamen huc feſtinanter decurriſſe *Herodem*, ne "tum quidem cum formula cautionis id permitte-"ret, ſed poſt aditos aliquoties Syriæ duces Sa-"turninum & Volumnium: denique, poſtquam "apud Berytum his coram Syllæus * per tuam "fortunam juraſſet, omnino intra trigeſimum "diem ſe & nomen exſoluturum, & dediturum "qui ex ditione Herodis *in Arabiam* profugerant. "& cum horum nihil Syllæus præſtitiſſet, iterum "ab

Litera ab Olympo & Volumnio tradita Cæſari, Herodi ope Nicolai reconciliato.

Syllæum apud Cæſarem accuſat Nicolaus.

Herodem criminibus ei falſo objectis purgat.

racunde magis quam paterne vindicaret, *Gelenius.*

a Μὴ χαλεπώτερον] Μὴ κὲ χαλεπώτερον *Busb.* & *Lugd. Bat.*

b Προσενεγκεῖν] Forte ἀφεστηξῆ. COCC.

c Ἐπιδοῦναι τὰ γράμματα] Ἀποδοῦναι *Busb.*

d Οἱ Ἄραβες] Illa οἱ Ἄραβες deſunt *Busb. Vat.* & *Hen.* à prima manu. mox autem poſt πολεμοῦντες in *iiſdem* habentur οἱ δὴ Ἄραβες.

e Ὑποσοφισάμενοι] Forte κὲ ὑποσησάμενοι. COCC.

f Αὐτοῦ —— ἤλεγχον.] Αὐτοῦ ὃ (ſic. ἃ) κὲ τῶν ἀποστασιν ὑφηρημένοι Διὰ τούτων ἤλεγχοι *Vat.* Forſan, ἦν γὰρ τὰ γρ. ἀ. κ. τ. ὑ. ὑφηρημένα, κὲ Διὰ τ.

g Ὑφηρημένα.] *L. B.* ὑφηρημένοι. & in *Marg.* ἐτύγχανον.

h Ἐπιτυχίαν ταύτην] Εὐτυχίαν τινὰ ταύτην ὡς ἐδόκει *Busb.* & *Vat.*

i Ποιῆσαι Καίσαρα.] Ποιῆσαι deeſt *Vat.*

k Νικόλαου,] Ὁ Νικόλαος πρεσβύτων αὐτῷ κὲ τῶν *Busb.*

† *Ad perturbandum ſtatum pecunias mutuo ſumpſiſſet;*] Pro nullo reip. commodo, *Epiphan.*

‡ *Ubi autem ad hunc locum ventum eſt,*] *Vel*, in hac orationis parte interfatus eſt Cæſar.

l Ὡς δὲ στρατιὰν] Εἰ μὴ στρατιὰν, & mox ἀπέκτεινεν, *Busb.* & *Vat.*

m Πρὸς ταῦτα] Ὁ δὲ Νικόλαος *Busb.*

n Ὡς σύ τε ἀκήκοας,] Ὡς σὺ ἀκήκοας *Vat.* ὡς σύ τε ἀκήκοας *Hen.* à pr. m. ὡς σύγε ἀκ. ab altera manu.

o Χαλεπώτερον ἐπ' αὐτοῖς] *L. B* ἐπ' αὐτοῖς χαλεπῶς.

p Εἰπόντος τὸν πεντακοσίων] Εἰπὸν *Vat.*

q Προσγεγραμμένον,] Προγεγραμμένον *Vat.*

r Στρατιὰν ἢ στρατιὰν ἔλεγεν,] Hic στρατιὰ ſumitur pro στράτευσις.

s Δικαίαν τῶν ἰδίων ἀπαίτησιν] Ita cum *Busb. Vat.* & *Hen.* à pr. m. ut αἰτίαν aut πρόφασιν ſubintelligatur. forſan delendum ἐπὶ ante δικαίαν. in *Editis* δικαίαν.

t Τούτων,] Ita *Busb. Vat* & *Hen.* à pr. m. ταύτη in *reliquis.*

v Σατορνῖνον —— ἡγεμόνας.] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 27. §. 2. SPANH.

* *Per tuam fortunam juraſſet,*] *Al.* per tuum Genium.

"ab Herode appellatos duces; cumque hi ei per-
"miſiſſent pignora capere, vix tandem cum ſuis
"profectum in Arabiam. Equidem hoc, inquit,
"eſt quod, tragice exaggerantes bellum appel-
"lant, atque ejuſmodi erat iſta expeditio. At quo
"modo bellum dicatur *hæc juris perſequutio*, poſt
"impetratam à ducibus à te datis veniam, idque
"ex præſcripto cautionis, poſt violatum & Deo-
"rum aliorum numen & tui, Cæſar, nominis ma-
"jeſtatem. Jam reſtat dicere, quæ ad captos ho-
"mines pertinent. Cum Trachonitæ latrocinari
"cœpiſſent, quadraginta primum, mox etiam com-
"plures, ne ab Herode ad ſupplicium raperentur,
"in Arabiam perfugerunt. Hos recepit Syllæus,
"& omnium hominum in damnum aluit, locum-
"que ad habitandum dedit, immo & horum ex
"latrociniis quæſtûs partem in ſe vertit. Eodem
"tamen juramento ſpopondit, hos ſe dediturum
"illa ipſa die, quæ & pecuniæ exſolvendæ erat
"præſtituta. nec poteſt oſtendere in præſenti
"quenquam alium præter hos ex Arabia abduc-
"ctum, ac ne hos quidem omnes, ſed qui latebras
"reperire nequibant. Jam cum videris illud invi-
"diæ plenum de hominibus captis nihil eſſe niſi
"calumniam, rogo aliud, Cæſar, cognoſcas ne-
"quiſſimum figmentum & mendacium, quo uſus
